



Scriptores rerum Germanicarum Septentrionalium, vicinorumque populorum diuersi : continentes historiam ecclesiasticam, et religionis propagationem, gestaque Saxonum, Sclauorum, VVandalorum, Danorum, Norvvegiorum, Suedorum, [et]c. Situm denique & naturam omnium quae in Septentrione sunt regionum, ipsarumque gentium vetustis temporibus mores ac religiones: quibus accedunt variorum Pontificum, Imperatorum, Regum & Ducum diplomata & priuilegia.

<https://hdl.handle.net/1874/427199>

SCRIPTORES

RERVM GER-
MANICARVM SEPTEN-
TRIONALIVM, VICINORVM-
QVE POPVLORVM DIVERSI,

CONTINENTES HISTORIAM ECCLESIASTICAM, ET RE-
ligionis propagationem, gesta que Saxonum, Sclavorum, Vandalorum, Dano-
rum, Norvegiarum, Suedorum, &c. Situm denique & naturam o-
mnium que in Septentrione sunt regionum, ipsarumque
gentium vetustis temporibus mores ac
religiones:

QVIBVS ACCEDVNT VARIORVM PONTIFICVM, IMPE-
ratorum, Regum & Ducum Diplomata & Priuilegia.

OMNIA AD FIDEM VETT. CODD. EMENDATA ET
aucta: partim etiam nunc primum ex archiuis prolata,

Studio atque opera

ERPOLDI LINDENBROGI.

Cum INDICE Rerum & Verborum satis locuplete.

Auctorum nomina atque seriem proxima post præfatio-
nem pagina indicabit.



FRANCOFVRTI,
Typis Caspari Röteliij, Sumptibus
Guilielmi Fitzeri.

ANNO M. DC. XXX.

SCRIPTORES

RERVM GERMANICARVM SEPTENTRIONALIVM WICINORVM QVE POPVLOVVM DIVERSIS

CONTINENTES HISTORIAM ECCLESIASTICAM ET RE-

publicam spectantibus. Auctores sunt: Claudius Clavdianus, Doro-

theus, Gregorius, Hieronymus, Isidorus, Beda, Bede, Bede, Bede, Bede,

et alii. In hac parte continentur: Bede, Bede, Bede, Bede, Bede,

et alii. In hac parte continentur: Bede, Bede, Bede, Bede, Bede,

et alii.

QUIBUS ACCURAT VARIORVM PONTIFICVM IMPER-

atorum Regum & Ducum Diplomata & Priviligia.

ONIAM AD HANC PARTEM PERTINENT: Bede, Bede, Bede, Bede, Bede,

et alii. In hac parte continentur: Bede, Bede, Bede, Bede, Bede,

et alii.

et alii.

et alii.

Auctores sunt: Bede, Bede, Bede, Bede, Bede, Bede, Bede, Bede,

et alii.



FRANCOFVRTI

Typis Caroli Röschii. Sumptibus

Gottfriedi Fricen

ANNO MDCXXX



Illustri ac Generosissimo Domino,

**DN. ANTONIO GVN-
THERO, COMITI IN OLDEN-
BURG ET DELMENHORST, DYNA-
stæ in Iheueren & Kniphusen, &c.**

ILLVSTRIS ET GENEROSISS. DOMINE,



QUOM omnes homines, æterna lege iubente, summa ope niti deceat, ne sibi tantum nati sint, aut in pingui otio desidiose vāgendo consenescant, sed aliis quoq; prodesse & auxilium ferre, tum vero patriæ commodis inservire vt possint, nihil mihi antiqui^{us} aut magis in votis fuit, quam eius me studiosissimū, qua parte possem, declarare. Itaque cum multa sint, quibus alij post alios utilitates publicas quotidie promovere conantur, mihi eorum exemplū proponendum duxi, quibus quæ retro vel præsentī seculo acta sunt, ab oblivionis iniuria ut vindicentur, curæ est. Neque exilem hunc laborem, credo, ullus unquam putavit. Licet enim in florente regno, aut splendida Republica, nō omnes peræque rebus gerendis adhibeantur, non minimum tamen opis eisdem adferre videntur, qui accurato studio magnorum virorum præclara facta litteris posteritati commendare conantur. Neque vero nunc disputo utri utris hic laude præferendi sint: illud saltem verissime Fl. Vegetium dixisse reor, *Unius ætatis esse, quæ fortiter fiunt: quæ vero pro utilitate Republicæ scribuntur, æternæ.* Cæterum nescire quæ, antequam natus quis sit, acciderint, ut est homini celso loco constituto vituperosum; ita nihil à pueris differre illi censendi sunt, qui nugis & fabularum anilibus ineptiis potius oblectantur, quam veteris historiæ lectione seria capiuntur. Quo nomine sacerdos Ægyptius apud Platonem Græcos appellat, & vehementer reprehendit, quod nullam rerum gestarum cognitionem, ab antiquitate commēdatam percepissent. Vt ergo viri quantumvis in senium ætate iam proclives, animo

E P I S T O L A

tamen pueri sunt, si nulla antea rei notitia instruuntur: sic contra, historias varias diversarum ætatum nationumque qui pervolvit, etsi ætatis flore juvenis sit, pectus tamen senili prudentia munitum gerit, ut etiam velut ex thesauro memoriæ deprompta ea referre possit, quæ trisecli senes, ut Nevius ait, vel Evandri tritavus mirentur. Longum esset ire per singula, & historiarum utilitates ac commoda cuncta recensere: quarum cum cognitio nemini non utilis & necessaria sit, tum vero illis in primis, qui ad imperij & Reipublicæ clavum sedent. Maiorum enim exemplis necessum est bene subactum ingenium ut habeat, qui aliis recte præesse velit: ut scilicet è re nata facile consilium capiat, & quid præsentis statui conducibile sit, prævideat, ne forte eum in adversis & subitis casus imparatum inveniat. Itaque magnæ semper viris sapientibus curæ fuit, ne quid priori ævo actum postumam ætatem lateret. Unde antiquissimis temporibus, etiam ante cataclysmum, duabus columnis, faxea nempe & lateritia, rerum gestarum ordinem posteritati relictum Fl. Iosephus narrat. Apud alios, sive quod rudia adhuc tempora, sive litterarum monumenta quod memoriæ obesse putarent, facta heroum illustria, & quidquid ab interitu asserere volebant, carminibus vulgaribus compositis, maiores natu minoribus recitabant: filij à parentibus edocti nepotibus velut per manus transmittabant. De Auruncis hoc scribit Servius Honoratus, de Germanis Corn. Tacitus, Iulianus Imp. Eginhardus. Hinc factum, ut non illa melle dulciori oratione, vel aureo eloquentiæ flumine egregia maiorum nostrorum facinora posteritati tradita sint: sed stilo plerumque rudi, sæpius etiam à vera latinitate alieno. Sed ea est historiæ dignitas, ut vel impolite & barbare scripta delectet ac iuvet. Eius generis sunt, Illustris Domine, quos hic damus auctores: ex quibus cum maiorum nostrorum Virtus splendide elucescat, variaque nos rerum cognitione afficiat, utiliter me patriæ meæ prodesse posse putavi, si iunctim sic eos unum velut in corpus redactos publicarem. De labore, quem in conquirendis iis ac recensendis impendi, non dicam, quilibet equus rerum arbiter, & tua potissimum, Clementissime Domine, Prudentia facile æstimabit, non unius anni opus id esse, multasque mihi subeundas fuisse molestias in perscrutandis tot vetustis & obsoletis scriptis, tam difficili & inusitato sæpius caractere exaratis, ut Plautinum illud non raro in mentem venerit, *an habent quoque gallinæ manus?* Sed patriæ amore omnes quos cæpi labores mihi fuere leves, inque iis indelassato animo ac fortiter perduravi: ea scilicet spe fretus, gratum hoc quidquid egi recte iudicantibus futurum; tibi vero Comes Illustris, gratissimum, sub cuius tuitione

D E D I C A T Ō R I A .

tione securius etiam in lucem id omne proditurū putavi. Suā-
dent hoc cum multa alia, tum vero potissimum, quod non rā-
ro quoque eæ res, quæ vel à maioribus tuis, vel ab illustri domo
tua oriundis, non procul à iurisdictionis tuæ territorio, vel in i-
pso etiam, vicinisque partibus hisce Aquilonaribus gestæ sunt,
tractari videbis: quarum sane cū & memoria semper grata, tum
etiam quod hic eas legere liceat, volupe tibi fore spero.

Clementiæ igitur tuæ limen, velut ad aram quandam, devo-
tamente accedo, & hoc quidquid est muneris L. M. offero cō-
secroque. Tranquillitatem C. T. rogans & obsecrans, benivo-
lo id animo suscipere ut velis, meque innato tibi Clementiæ fa-
vore prosequi & amplecti. Quod ubi te facere intellexero, calcar
addes & incitabis ad alia in lucem proferenda, quæ Germaniæ
huius nostræ historias antiquitate fere sepultas aperient, vel per-
peram hæctenus intellectas docebunt.

D E U S optimus maximus C. T. quam diutissime salvam at-
que incolumem conservet. Vale Idib. August. cix. id. cix.

*Illustri ac Generos. Cels. T.
addictissimus*

ERPOLDVS LINDENBROG.

)(3

ELEN-

ELENCHVS

AVCTORVM HOC VOLV-
MINE COMPRAHENSORVM.

- M. Adami Historia Ecclesiastica, continens Religionis propagatae gesta, quae à temporibus Caroli Magni vsque ad Henricum IV. in locis Septentrionalibus acciderunt.* fol. 1.
- Eiusdem Auctoris libellus de situ Daniae, & reliquarum, quae trans Daniam sunt, regionum, &c.* fol. 63.
- Incerti Auctoris Historia Archiepiscoporum Bremensium, à tempore Caroli Magni, vsque ad Carolum IV.* fol. 77.
- De Ecclesia Bremensi vetus Scriptum.* fol. 132.
- De Benedicto V. Pontifice Romano Hamburgam ab Imperatore in exilium relegato Narratio.* fol. 133.
- Poema antiquum de Episcopo Vicelino.* fol. 134.
- Priuelegia Archiecclesiae Hammaburgensis.* fol. 143.
- Incerti Auctoris Chronica Sclauica.* fol. 203.
- Helmoldi Presbyteri Buzouienensis Chronica Sclauorum Supplementum, quod haectenus desideratum est, ex M. S. Cod. redintegratum.* fol. 274.
- Incerti Auctoris Annales siue Chronica Sclauica.* fol. 278.
- Erici Daniae Regis, Vratislai VII. Ducis Pomeraniae F. Historica narratio, de origine gentis Danorum, & de Regibus eiusdem gentis, deque eorundem rebus gestis.* fol. 292.



M. A D A M I

HISTORIA EC- CLESIASTICA,

CONTINENS RELIGIONIS PROPAGATÆ GESTA,
quæ à temporibus CAROLI MAGNI, vsq; ad HENRICVM IV.
acciderunt, in Ecclesia tam HAMBÛRGENSI quàm
BREMENSI, vicinisque locis Septen-
trionalibus.

EIVSDEM AVCTORIS LIBELLVS DE SITV DANIAE, ET
*reliquarum qua trans Daniam sunt regionum natura: deq; gentium ista-
rum istis temporibus, moribus religionibusque.*

BEATISSIMO PATRI, ET ELECTO COELITVS ARCHIEPI-
scopo Hammburgensi Liemaro A. minimus sanctæ Bremensis Ecclesiæ
Canonicus integræ deuotionis paruum munus.



*V*M in numerum gregis vestri, pastor Euangelice, nuper à
decessore vestro colligerer, sedulo operam dedi, ne profelytus
& aduena tanti muneris beneficio ingratus existerem. Mox
igitur vt oculis atque auribus accepi Ecclesiam vestram an-
tiqui honoris priuilegio nimis extenuatam, multis egere con-
structorum manibus, cogitabam du, quo laboris vestri mo-
numento exhaustam viribus matrem potuerim iuuare. Et ecce occurrunt mihi
plurima interdum legenti vel audienti facta ab antecessoribus vestris, quæ tum
sui magnitudine, tum Ecclesiæ huius necessitate videantur digna relatu. Sed quo-
niam rerum memoria latet, & pontificum loci nõ est tradita literis historia, for-
tasse dixerit aliquis, aut nihil eos dignum memoria fecisse in diebus suis, aut si fe-
cerant quippiam, scriptorum qui hoc posteris traderent diligentia caruisse. Hac
ego necessitate persuasus, appuli me ad scribendum de Bremensium siue Ham-
maburgensium serie præsulum, non alienum credens meæ deuotionis officio, seu
negotio vestre legationis, si cum sim filius Ecclesiæ, sanctissimorum patrum, per
quos Ecclesia exaltata, & Christianitas in gentibus dilatata est, gesta reuolue-
ro. Ad quod nimirum valde arduum & viribus meis impar onus, eo maiorem flagi-
to veniam, quo fere nullius qui me præcessit vestigia sequens, ignotum iter quasi
palpans in tenebris carpere non timui, eligens in vinea Domini pondus diei ferre
& æstus, quam extra vineam stare ociosus. Tuo igitur, sanctissime præsul, exa-
mini audacter incepta cõmitto: te iudicem simulque defensorem imploro, sciens
tibi pro sapientia tua nihil dignum posse deferri: qui decurso mundanæ pruden-
tiæ stadio, ad studium diuinæ philosophiæ maiore nunc ascendisti gloria, terrena
despi-

despiciens, & sola cœlestia meditans. Cūque doctrina & veritate, hoc est, verbo & exemplo pastorali facile multos excellas, præcipua est in virtutibus tuis humilitas, quæ omnibus te communem faciens, mihi quoque fiduciam dedit, quæ balbutiens audeam cum Philosopho loqui, & Saul inter prophetas videri. Scio tamen aliquos, vt in nouis rebus fieri consuetum est, aduersarios mihi non desuturos, qui dicant hæc ficta & falsa veluti somnia Scipionis à Tullio meditata; dicant etiam si volunt per eburneam portam Maronis egressa. Nobis propositum est non omnibus placere, sed tibi pater & Ecclesie tue. Difficillimum est enim inuidis placere. Et quoniam sic amulorum cogit improbitas, fateor tibi quibus ex pratis deflorauit hoc sertum, ne dicar specie veri captasse mendacium. Itaque de his quæ scribo, aliqua per schedulas dispersa collegi, multa vero de historiis mutuauit, & priuilegiis Romanorum, pleraque omnia seniorum quibus res nota est traditione didici, testem habens veritatem, nihil de meo corde pro palari, nihil temere definiri; sed omnia quæ positurus sum certis roborabo testimoniis, vt si mihi non creditur, saltem auctoritati tribuatur. In quo opere talibusque ausis sciant omnes, quod nec laudari cupio vt historicus, nec improbari metuo vt falsidicus. Sed quod bene ego non potui, melius scribendi ceteris materiam reliqui. Ab introitu sancti VVillehadi cum Saxonia tota & armis subacta Francorum, & diuino cultui mancipata est, ordiens, in tuo salutari ingressu pono metam libelluli, simul omnipotentis Dei misericordie supplicans, vt qui te populo suo diuerranti & afflicto pastorem constituit, annuat etiam tua opera tuisque diebus, ea quæ inter nos sunt praua corrigi, & correctæ perpetuo conseruari. Ad hoc quæ in gentium conuersione à prædecessoribus tuis strenue dudum incepta sunt, à te, qui hereditariam prædicandi legationem possides, in totam septentrionis latitudinem mature perfici concedat Iesus Christus Dominus noster, cuius regni non est finis per omnia secula seculorum. Amen.

M. ADA.

M. A D A M I
**HISTORIA EC-
 CLESIASTICA.**

CAP. I.



HISTORIAM Hammaburgensis Ecclesiae scripturi, quoniam LIBER
 Hammaburg nobilissima quondam Saxonum ciuitas erat, PRIMVS.
 non indecens aut vacuum fore putamus, si prius de gente Sa- CAP. I.
 xonum & natura eiusdem prouinciae ponemus ea, quae do-
 ctissimus vir Einhardus aliiq; non obscuri auctores in scriptis
 suis reliquerunt. Saxonia, inquit, pars non modica est Ger-
 maniae, & eius quae a Francis incolitur duplum in lato puta-
 tur habere, cum ei longitudine possit esse confimilis. Positio eius recte metien-
 tur trigona videtur, ita ut primus angulus in austrum porrigatur, usque ad Rhe-
 num flumen. Secundus vero inchoans a maritimis Hadeloe regionis, longo secus
 Albiam limite protenditur in orientem usque ad Salam fluuium. Ibi est angulus
 tertius. Itaque ab angulo in angulum habens iter octo dierum, praeter eam par-
 tem Saxoniae, quae trans Albiam supra incolitur a Sorabis, infra autem a Nordal-
 bingis. Saxonia vitis, armis & frugibus incluta, excepto quod raris intumescit
 collibus. Tota vero decliuus in planiciem consideratur, sola caret vini dulcedine,
 alia omnia fert vsui necessaria. Ager ubiq; fertilis, compascuus & syluestris. Qua
 Thuringiam accedit, aut Salam vel Rhenum fluuios, ibi prorsus opimus. Cate-
 rum iuxta Fresiam palustris & aridus. prope Albiam degenerat aliquantum. Io-
 cunda vbique, nec mirum, cum oportuna prouinciam riget annuum copia.

CAP. 2.

Nobilissimi Saxoniae fluuij sunt Albis, Sala, Wisura, qui & Wirraha nuncupa- CAP. II.
 tur. Is in Thuringiae saltu fontem habet, quemadmodum & Sala: deinde mediam
 cursu pertransiens Saxoniam, in vicino Fresonum sortitur occasum. Verum ma-
 ximus Albis, qui nunc Albia nomen habet, etiam Romanorum testimonio pra-
 dicatur, cuius ortum ferunt trans Bohemiam; mox Slauos dirimit a Saxonibus.
 Iuxta Magdaburg in se recipit Salam fluuium, nec longe ab Hammaburg ipse
 Albia mergitur in Oceanum. Quartus ex magnis Saxoniae fluminibus est Emisa,
 qui Westualos a reliquis illius prouinciae dirimit populis. Isque oritur in saltu
 Padarburnensi; currit autem per medios Fresonum terminos in Oceanum Bri-
 tannicum.

CAP. 3.

Quarentibus autem qui mortales ab initio Saxoniam coluerunt, vel a quibus CAP. III.
 gens haec primo finibus sit egressa, compertum est nobis ex multa lectione vete-
 rum, istam gentem, sicut omnes fere populos, qui in orbe sunt, occulto Dei iu-
 dicio non semel de regno ad populum alterum fuisse translatos, & ex nomine vi-
 ctorum prouincias quoque vocabula sortitas. Quippe, si Romanis credendum est
 scriptoribus, primi circa Albiam, & in reliqua Germania Sueui habitauerunt, quo-
 rum confines erant qui dicuntur Driades, Bardi, Sicambri, Huni, Wandali, Sar-
 matae, Langobardi, Heruli, Dacae, Marcomanni, Gothi, Nordmanni & Sclau.
 Qui propter inopiam soli natalis, contentionesque domesticas, aut sicut dicitur,
 minuendae multitudinis causa a loco suo egressi, totam simul Europam inunda-
 uerunt & Africam. De antiquitate vero Saxonum meminit Orosius & Gregorius
 ita: Saxonum, inquit, gens ferocissima, virtute, & agilitate terribilis, in Ocea-
 ni littore habitat, inuisi inaccessa paludibus, quae periculosam tunc Romanis fi-
 nibus irruptionem meditans, a Valentiniano Imperatore oppressa est. Deinde
 cum occuparent Gallias Saxones, a Siagrius duce Romanorum victi sunt, & insu-
 lae eorum captae. Igitur Saxones primo circa Rhenum sedes habebant, & vocati
 sunt Angli, quorum pars inde veniens in Britanniam, Romanos ab illa depulit in-
 sula.

fula. Altera pars Thuringiam oppugnans tenuit eam regionem. Quod breuiter conscribens Einhardus, tali modo suam ingreditur historiam.

CAP. 4.

Saxonum gens, inquit, sicut tradit antiquitas, ab Anglis Britannia incolis egressa, per Oceanū nauigans, Germaniæ littoribus studio & necessitate quærendarū sedium appulsa est, in loco qui vocatur Hatheloe. Eo tēpore quo Thidericus rex Francorū contra Hirminfridum ducem Thuringorū generum suum dimicans, terram eorum crudeliter ferro vastauit & igne, & cum iam duobus præliis ancipiti pugna incertaq; victoria mirabili cæde suorū decertassent, Theodoricus spe vincendi frustratus, misit legatos ad Saxones, quorum Dux erat Hadugatus, vt audiuit causam aduentus eorum, pollicitusq; pro victoria cohabitandi sedibus, conduxit eos in adiutorium. Quibus secum quasi iam pro libertate & patria fortiter dimicantibus, superauit aduersarios, vastatisque indigenis, & ad interneccionem pene deletis, terram eorum iuxta pollicitationem suam victoribus delegauit. Qui eam sorte diuidentes, cum multi ex eis in bello cecidissent, & pro raritate eorum tota ab eis occupari non potuit, partem illius, eam maxime quæ respicit orientem, colonis tradebant, singulis, pro sua sorte, sub tributo exercendam. Cætera vero loca ipsi possederunt. A meridie quidem Francos habentes, & partem Thuringorum, quos præcedens hostilis turbo non tetigit, aluoque fluminis Vnströte dirimuntur; A septentrione vero Nordmannos, gentes ferocissimas; Ab ortu solis Obotritos; & ab occasu Frisos, à quibus sine intermissione vel fœdere vel concertatione necessaria finium suorum spatia tuebantur. Erant enim inquieti nimis, & finitimorum sedibus infesti, domi vero pacati, & ciuium

CAP. 5.

utilitatibus placida benignitate consulentes. Generis quoque ac nobilitatis suæ, prouidissimam curam habentes, nec facile vllis aliarum gentium, vel sibi inferiorum connubiis infecti, propriam & sinceram, tantumque sibi similem gentem facere conati sunt. Vnde habitus quoque ac magnitudo corporum comarumque color, sicut in tanto numero hominum, idem pene omnibus. Quatuor igitur differentiis gens illa consistit, nobilium scilicet, & liberorum, libertorumque atq; seruorum. Et id legibus firmatum, vt nulla pars in copulandis coniugiis propriæ sortis terminos transferat; sed nobilis nobilem ducat vxorem, & liber liberam, libertus coniungatur libertæ, & seruus ancillæ. Si vero quispiam [horum sibi non congruentem, & genere præstantiorem] duxerit vxorem, cum vitæ suæ damno componat. Legibus etiam ad vindictam malefactorum optimis vtebantur. Et multa vtilia atque secundum legem naturæ honesta, in morum probitate studuerunt habere: quæ eis ad veram beatitudinem promerendam proficere potuissent, si ignorantiam creatoris sui non haberent, & à veritate culturæ illius non essent alieni. Coluerunt enim eos qui natura non erant Dij, inter quos præcipue Mercurium venerabantur, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare consueuerant. Deos suos neq; tēplis includere, neque vlla humani oris specie assimilare, ex magnitudine & dignitate cœlestium arbitrati sunt. Lucos & nemora cōsecrantes, deorūque nominibus appellantes, secretū illud sola reuerentia contemplantur. Auspicia & sortes quam maxime obseruabāt. Sortium consuetudo simplex erat, virgam frugiferæ arbori decidam, in furculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargebant. Mox si publica fuit consultatio, sacerdos populi; si priuata, ipse paterfamilias precatus Deos, cœlumque suspiciens ter singulos tulit, sublato secundum impressam ante notam interpretatus est. Si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa die consultatio; si permissum est, euentuum adhuc fides exigebatur. Auium voces & volatus interrogare proprium erat illius gentis. Equorum quoque præfagia ac motus experiri, hinnitusque ac fremitus obseruare. Nec vlli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed etiam apud proceres habebatur. Erat & alia obseruatio auspiciorum, qua grauium bellorum euentus explorare solebant. Eius quippe gentis eum qua bellandum fuit, captiuum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorū, patriis quemque armis

CAP. III.

CAP. V.

CAP. VI.

mis committere, & victoriam huius vel illius pro iudicio habere. Quomodo autē certis diebus, cū aut inchoatur luna, aut impletur, agendis rebus auspiciatissimū initium crediderint, aliaq; innumerabilia vanarum superstitionum genera, quibus impliciti sunt, obseruauerint, praterco. Hæc vero ideo commemorauī, quo prudens lector agnoscat, à quantis errorum tenebris, per Dei gratiam & misericordiam sint liberati; quando eos ad cognitionem sui nominis lumine veræ fidei perducere dignatus est.

Erant enim sicut omnes fere Germaniam incolētes, & natura feroces, & cultui dæmonum dediti, veræque religioni contrarij, neque diuina neque humana iura polluere vel transgredi inhonestum arbitrabatur. Nam & frondosis arboribus, fontibusq; venerationem exhibebant. Truncum quoq; ligni non parua magnitudinis in altum erectum sub diuo colebant, patria eum lingua *IRMINSVL* appellantes, quod latine dicitur vniuersalis columna, quasi sustinens omnia. Hęc titulumus excerpta ex scriptis Einhardi, de aduentu, moribus & superstitione Saxonum, quam adhuc Sclauī & Sueones ritu paganico seruare videntur.

CAP. 6.

Qualiter autem gens dura Saxonum ad cognitionē diuini nominis peruenerit, aut quibus prædicatoribus ad Christianæ religionis normam pertigerit, explicare locus quarit, si de bello prius Caroli quod cum Saxonibus lōgo profligatum est tēpore, mentionem facimus, & belli causas simul connectimus. Thuringi vel Saxones, itemq; ceteræ quæ iuxta Rhenum sunt nationes, ex antiquo Frācis tributariæ legūtur. Quibus deinde à regno eorum deficientibus Pippinus genitor Caroli bellum intulit, quod tamen filius eius maiori fælicitate peregit; de quo idē scriptor Einhardus breui epilogo meminit dicens: Susceptum est igitur bellum aduersum Saxones, quod magna vtrinque animositate, tamen maiore Saxonum quam Francorum damno, per continuos xxx. annos gerebatur: poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Omnibus igitur qui resistere solebant profligatis & in suam potestatem redactis, ea conditio à rege proposita, & ab illis suscepta est, vt abiectō dæmonum cultū, relictisque patriis ceremoniis, Christianæ fidei sacramenta susciperent; & Francis adunati, vnus cum eis populus efficerentur: tractumque per tot annos bellum ita constat esse finitum. Nunc autem spiritales animarum triumphos ad scribendum succincti, de hiis prædicatoribus, qui ferocissimos Germaniæ populos ad diuinam religionem perduxerunt, tale sumamus exordium.

CAP. VII.

CAP. 7.

Primus omnium qui Australes Germaniæ partes, Idolorum cultui deditas, ad cognitionē diuinæ ac Christianæ religionis adduxit, erat Winifrid^o natione Anglus, verus Christi philosophus, cui postea cognomentū ex virtute erat Bonifacius. Et quamuis alij scriptorū vel Gallum in Alemānia, vel Heimeraminū in Bauiaria; siue Kilianū in Frāconia, seu certe Willebrordum in Frieslandia, priores asserāt verbū Dei prædicasse: Hic tñ omnes alios, vt Paulus apostolus, studio & labore prædicationis anteuenit. Ipse. n. vt in gestis suis legitur, apostolicæ sedis auctoritate fultus, legationē ad gētes suscepit, Theutonumq; populos, apud quos nunc & summa Imperij Romani, & diuini cultus reuerētia viget ac floret, Ecclesias doctrina, virtutibusq; illustrauit. Quorū etiam prouincias in Episcopatus distribuens, seorsum Francos cis Rhenū, Hessones ac Thuringos qui Saxonum cōfines sunt, primitiuo quodā laboris sui fructu Christo & Ecclesiæ copulauit. Tandēq; à Fresonibus, quos iam ante ad fidem cōuerterat, illustri martyrio coronatus est. Gesta eius à discipulis plenaria manu edita sunt, qui ferunt eū agonizasse cū aliis quinquaginta & amplius cōmilitonibus suis, anno ordinationis suæ xxxvii. Ipse

CAP. VIII.

CAP. 8.


Post passionem sancti Bonifacij Willehadus & ipse Angligena, feruēs amore Martyrij properauit in Frieslandiam, vbi consistens ad sepulchrum beati martyris, Paganos facti penitentes suscepit, & credentium multa millia baptizauit. Deinde cū in circuitu prouinciam cum discipulis perlustrans idola cōfregisse, populosque ad culturam veri Dei euangelizasse dicitur. Tunc & gentilium zelo susti-

CAP. IX.

bus percussus, & gladio legitur ad iugulandū proscriptus. Licet gratia Dei maioribus eum prædestinaret titulis, sua tamen voluntate & studio nihilominus ad martyrium piger erat. Post hæc missus à Carolo rege in Saxoniam, primus omnium doctorum maritimas & boreales Saxonie partes, ac Transalbianos populos ad Christianam prouocauit fidem. Septem annos prædicasse dicitur eam regionē, vsque ad annum rebellionis Saxonum XII. cum Widuchind persecutionem mouens in Christianos, Francorum terminos vsque ad Rhenum vastabat. In qua persecutione discipuli Willehadi sancti quidam Brema, quidam per Fresiam, cæteri trans Albiā passi leguntur. Vnde cōfessor Dei, maius adhuc lucrū expectans, de cōuersione plurimorū, legitur secundum Euangelicum præceptum de ciuitate in ciuitatē fugisse, dispersisq; ad prædicandum sociis, ipse Romam cum Luidgero venisse. Vbi sanctissimi Papæ Adriani consolatione releuati, Luidgerus in montem Cassinum recessit ad confessionem sancti Benedicti. Willehadus in Galliam ad sepulchrū sancti repedauit Willebrordi. Itaq; biennio vterque reclusi, contemplatiuæ vitæ operam dabant, apprime orantes pro persecutoribus & gente Saxonum, ne iactum in eis semen verbi Dei inimicus homo zizaniis oppleret, impletumque est q; scriptura dicit, multum valet deprecatio iusti assidua. Hæc de vita eius ad sentum excerpta protulimus. Transacto igitur biennio, quod est anno Caroli XVIII. Widekind in centor rebellionis ad fidem Caroli venit, baptizatus est ipse cum aliis Saxonum magnatibus, & tunc demum Saxoniam subacta, in prouinciam redacta est. Quæ simul in VIII. Episcopatus diuisa, Mogūtino & Coloniensi Archiepiscopis est subiecta. Cuius exemplar diuisionis, quod ex præcepto regis in Bremēsi Ecclesia seruatur, hiis cognosci potest verbis.

CAP. 9.

In nomine Dñi & Saluatoris nostri Iesu Christi, Carolus diuina ordinante CAP. X.
 prouidentia Rex. Si Dño Deo exercituum succurrente in bellis victoria potiti sumus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc seculo pacē & prosperitatem, & in futuro perpetuæ mercedis retributionē nos promereri confidimus. Quapropter nouerint oēs Christi fideles, q; Saxones, quos à progenitoribus nostris ob suæ pertinaciam perfidię semper indomabiles, ipsique Deo & nobis tam diu rebelles, quousq; illius non nostra virtute ipsos & bellis vicimus, & ad baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam cōtulit, ipsi tributarios & subiugales deuote addiximus, videlicet, vt qui nostræ potestatis iugum hæcenus ferre detrectauerunt; victi iam (Deo gratias) & armis & fide Dño & Saluatori nostro Iesu Christo & sacerdotibus eius, omnium suorū iumentorum & fructuum totiusq; culturæ decimas ac nutrituræ, diuites ac pauperes legaliter constricti persoluant. Proinde oēm terram eorum antiquo Romanorū more in prouinciam redigentes, & inter Episcopos certo limite determinantes, Septentrionalem illius partem, quæ est piscium vbertate ditissima, & pecorib⁹ alendis habetur aptissima, pio Christo, & Apostolorum suorum principi Petro pro gratiarū actione deuote obtulimus: Sibi que in Wigmodia in loco Bremon vocato, super flumē Wirraham Ecclesiam & Episcopale statuimus cathedram. Huic parochiæ decem pagos subiecimus, quos etiam abiectis eorum antiquis vocabulis & diuisionibus, in duas redegimus prouincias, hiis appellantes nominibus, Wigmodiam & Lorgœ. Insuper ad præfatæ constructionem Ecclesię in supradictis pagis LXX. mansos cum suis colonis offerentes totius huius parochiæ incolas, decimas suas Ecclesiæ, suoque prouisorio fideliter persolvere, hoc nostræ maiestatis præcepto iubemus, donamus & confirmamus. Adhuc etiam summi pontificis & vniuersalis Papæ Adriani præcepto, nec non & Mogontiacensis Episcopi Lullonis, omniumque qui affuere pontificum cōsilio, eandem Bremensem Ecclesiam cum omnibus suis appendiciis Willehado probabilis vitæ viro, coram Deo & sanctis eius commisimus. Quem etiam primum eiusdem Ecclesiæ III. Idus Iulij cōsecrari fecimus Episcopum, vt populis diuini semina

mina verbi secundum datam sibi sapientiam fideliter dispensando, & nouellam hanc Ecclesiam canonico ordine, & monasteriali cōpetentia, vtiliter instruendo, interim plantet & riget, quousque precibus sanctorum suorum exoratus, incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam idem venerabilis vir serenitati nostræ, eam, quam diximus, parochiam propter barbarorum infestantium pericula seu varios euentus qui in ea solent contingere, ad sustentacula siue stipendia Dei seruorum inibi militantium Deo, minime sufficere posse. Quamobrem quia Dominus omnipotens in gente Fresonum, sicut & Saxonum, ostium fidei aperuit, partem prænominatæ regionis, videlicet Fresiæ, quæ contigua huic parochiæ esse dinoscitur, eidem Bremensi Ecclesiæ, suoque prouisorio Willehado Episcopo eiusque successoribus, perpetualiter delegauimus retinendam. Et quia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, ne quis, quod non optamus, aliquam sibi in eadem diœcesi usurpet potestatem, certo eam limite fecimus terminari, eique hos terminos, mare Oceanum, Albiam fluuium, Liam, Steinbach, Hasalam, Wimarcham, Sneiderbach, Ostam, Mulinbach, Motam paludem, quæ dicitur Sigefridesmor, Quistinam, Chesenmor, A schbroch, Wifebroch, Biuernam, Vternam, iterumque Ostam. Ab Hosta vero vsque quo perueniatur ad paludem quæ dicitur Caldenbach. Deinde ipsam paludem vsque in Wempnam fluuium. A Wempna vero Bicinam, Farstinam vsque in Wirraham fluuium. Dehinc ab orientali parte eiusdem fluminis viam publicam, quæ dicitur Hesseweg, Sturmegoe & Lorgoe disterminantem Sechbasam, Alapam, Caldhowa, iterumque Wirraham: ex occidentali autem parte viam publicam, quæ dicitur Folcweg, Derue & Lorgoe diuidentem, vsque in Huntam flumen. Deinde ipsum flumen, & Amriuum Lucum syluestrem, quem incolæ loci Wildloch nominant, Finolam, Waldefmoer, Bercpol, Eddenriad paludem, Emisgoe & Ostergoe disterminantem, Brustlacho, Biberlach, iterumque mare firmos & intransgressibiles circumscribi iussimus. Et vt huius donationis ac circumscriptionis auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconuulsa manere, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signari iussimus. Signum Domini Caroli regis inuictissimi. Hildebal-

 dus Archiepiscopus Colonienfis, & sacri Palatii Capellanus, recognoui. Data II. Idus Iulij, Anno Dominicæ incarnationis DCC. LXXX. VIII. Indictione XII. Anno autem regni Domini Karoli XXI. Actum palatio Nemetensi feliciter. Amen.

CAP. IO.

Sedit igitur Dominus & Pater noster Willehadus post ordinationem suam annos duos, menses tres, dies xxvi. prædicauitque tam Fresis quam Saxonibus post martirium sancti Bonifacii, omnes annos triginta quinque. Obiit autem senex & plenus dierum in Fresia, in villa Pleccazze, quæ sita est in Rustris. Corpus eius Bremam deportatum in basilica sancti Petri, quam ipse ædificauit sepultum est. Transitus eius celebratur festiuis gaudiis VI. Idus Nouembris, ordinatio. III. Idus Iulij. Extat vitæ actuumque eius insignis liber, quem successor eius III. I. fidei stilo exarauit Ansgarius. Ad cuius lectionem, quia nos ad alia properamus, cupientem scire transmittimus.

CAP. XI.

CAP. II.

Proximum sancto Willehado ex discipulis eius W I L L E R I C V M in Bremensi Ecclesia præfuisse legimus, quem alij Willeharium nuncupant. Seditque annos L. vsque ad annum Luthowici senioris penultimum. Cum vero scriptum sit in libro Donationum siue Traditionum Bremensis Ecclesiæ, ab anno xxxvii. Caroli, vsque ad xxv. annum Luthewici præfuisse Willericum; XII. anni minus reperiuntur ab eo quem prædiximus numero. Et credi potest tanto tempore Bremensem Episcopatum cessasse, quemadmodum & alios propter nouellam gentis Saxonum conuersionem, quæ nondum se Episcopali ditione regi patiebatur: maxime cum nullis fere annis à bello vacantibus, tandem Saxones ita profligati legantur, vt ex hiis qui incolunt vtrasque ripas Albis fluminis x. milia hominum cum paruulis in Franciam translati sint. Et hic est annus diuturni Saxonum

CAP. XII.

belli xxxiii. quem Francorum historici ponunt memorabilem; scilicet Caroli Imperatoris xxxvii. Quo tempore cum Sclauorū quoq; gentes Francorū Imperio subiicerentur, Carolus Hāmaburg ciuitatē Nordalbingorum, extructa ibidem Ecclesia, Heridago cuidam sancto viro, quem loci Episcopum designauit ad regendum cōmisit; cui etiam propter infestationem barbaricam, vbi intrerdū posset consistere, cellam quandā in Gallia Rodnach donauit. Disponens eandem Hāmaburgensem Ecclesiam, cunctis Sclauorū Danorumq; gentibus Metropolitim statuere. In qua re ad perfectum ducenda, & mors Heridagi presbyteri & occupatio regni, Carolū Imperatorem ne desiderata completeret impediuit. Legimus in libro donationum Bremēsis Ecclesiae, Willericū Bremensem Episcopū Transalbianis etiā ante Ansgarium p̄dicasse, & Ecclesiam in Milinthorp frequēter visitasse, vsq; ad tēpus quo Hāmaburg metropolis facta est.

Et quoniam mentionem Danorum semel fecimus, dignum memoria videtur, quod victoriosissimus Imperator Carolus, qui omnia regna Europae subiecerat, nouissimum cum Danis bellum suscepisse narratur. Nam Dani & ceteri qui trans Daniam sunt populi ab historicis Frācorum omnes Nordmanni vocantur. Quorum Rex Gotafridiam antea Fresis, itemq; Nordalbingis, Obotritis & aliis Sclauorum populis tributo subactis, ipsi Carolo bellum minatus est. Hæc dissensio voluntatē Imperatoris vel maxime de Hammaburg retardauit. Tandē extincto cælitus Gotafrido Hemming patruelis eius successit, qui mox pacem cum Imperatore faciens, Egdoram fluuium regni terminum accepit. Nec multo post Clarissimus Imperator Carolus obiens, Luthewicum filium suum Imperij reliquit hæredem. Cuius transitus ad superos contigit anno xxv. Willerici, die v. ante Kalend. Februarij.

Lothewicus voluntatem patris oblitus prouinciam Trāsalbianam Bremensī & Ferdensī Episcopis commendauit. A quo tempore gesta incipiunt sancti Ansgarij. Et qm̄ borealium gētium historia nostram, id est, Bremensem Ecclesiam in parte respicit, disposui, nec inutiliter, vt arbitror, passim occurrentia tangere acta Danorum. Per idem tempus Hemmingo Danorū rege mortuo, Sigafriid & Anulo nepotes Gotafridi, cum inter se de primatu regni conuenire non possent, prælio diuiserunt, in qua congressione xi. milibus hominū interemptis, Reges ambo ceciderūt. Pars Anulonis cruenta victoria potita, Reginfridum & Haroldum in regnum posuerūt. Moxq; Reginfridus à Haroldo pulsus piraticam classem exercuit. Haroldus vero cum Imperatore fœdus iniit. Historia plenius hæc Francorū exequitur. In diebus illis scribitur, q; Ebo Remensis cum de salute gentium religionis studio ferueret, legationem ad gētes cum Halirgario suscepit à Paschali Papa, quam postea noster Ansgarius diuina opitulante gratia feliciter peregit. Anno Willerici xxxiiii. Luthewicus Imperator nouam in Saxonia Corbeiam exorsus, religiosissimos Franciæ monachos ad illud congregauit cœnobium, inter quos præcipuus legitur sanctissimus pater noster ac philosophus Christi Ansgarius, vitæ atq; scientiæ merito clarus, & omni Saxonum populo acceptus. Eodemque tempore Rex Danorū Haroldus à filiis Gotafridi regno spoliatus, ad Luthewicum supplex venit Imperatorem; qui & mox Christianæ fidei catechismo imbutus, apud Mogūtiam cum vxore, fratre, & magna Danorū multitudine baptizatus est. Quem Imperator à sacro fonte suscipiens, cum decreuisset in regnum suum restituere; dedit ei trans Albiā beneficium, & fratri eius Horico, vt tum piratis obsisteret, partem Fresiæ concessit, quam adhuc Dani quasi legitimam sui iuris repossunt. Cum autem nemo doctorū facile posset inueniri, qui cum illis ad Danos ire vellet, propter barbaricam crudelitatem, qua gens illa fugitur ab omnibus, sanctus Ansgarius diuino, vt credimus, spiritu accensus, & qui ad martyrium aliqua oprabat occasione pertingere, cum socio se ad vltroncum obtulit Audberto, nō solum inter barbaros, verum etiam in carcerem & in mortem pro Christo ire paratus. Itaque biennio in regno Danorum commorati, multos ex gētibus ad Christianam fidem

4

CAP.
XIII.

CAP. XII.

CAP.
XIII.

CAP. XV.

CAP.
XVI.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

fidem conuerterunt. Inde reuerſi cum denuo ab Imperatore poſtulantur, vltimos Sueonum populos Euāgelij gratia tentare; intrepidus athleta Chriſti Anſgarius, aſſumptis ſecum fratribus Giſlemaro & Withmaro doctōribus, gaudens peruenit in Daniā. Vbi relinquens Giſlemarum Haroldo, ipſe cū Withmaro in Sueoniam trāſfretauit. Vbi benigne à rege Biorn ſuſcepti, verbum Dei publice prædicare permiſſi ſunt. Multos itaque per annum integrum lucrati ſunt Domino Ieſu Chriſto. In quibus Herigarius oppidi Bircæ præfectus credidit, quem tradunt etiam miraculis & virtutibus inſignem. Hac legationis ſuæ proſperitate gauiſi, Corbeiam noui Apoſtoli cum triumpho duarum gētium regreſſi ſunt. Et ōmira omnipotentis Dei prouidentia de uocatione gentium, quam diſponit artifex, vt vult, & quando vult, & per quem vult. Ecce quod longo prius tempore Willebrordum & Ebonem, alioſq; voluiſſe legimus, nec potuiſſe; nunc Anſgarium noſtrum & voluiſſe & perfeciſſe miramur, dicentes cum Apoſtolo, non eſt volentis neque currentis, ſed eſt Dei miſerentis, ergo cui vult, inquit, miſeretur, & quem vult, indurat. Tunc Imperator cum magnatibus ſancto Anſgario de gētium congratulatus ſalute, ingentes Chriſto gratias perſoluerunt.

CAP.
XVII.

Habito igitur generali ſacerdotum conſilio, pius Cæſar votū parentis cupiens implere, Hammaburg Trāſalbianorum ciuitatem metropolim omnibus barbaris ſtatuit nationibus Danorum, Sueonum, itemque Slauorum, & aliis coniacētibus in circuitu populis, eique cathedræ primum Archiepiſcopum ordinari fecit Anſgarium. Hoc factum eſt anno Domini DCCCXXXIII. qui eſt Luthowici Imperatoris xviii. Willerici Bremeniſis Epifcopi xliiii. Conſecratus eſt autem à Dragone Metenſi Epifcopo, Cæſaris fratre germano, aſtantibus atque fauentibus Otgario Mogōtienſi, Ebone Remenſi, Hetti Treuerēſi, & aliis: Conſentientibus etiam Willerico Bremeniſi, & Helingaudo Fredenſi epifcopis, quibus antea diœceſis illa commēdata eſt: roborante id Papa Gregorio iii. apoſtolica auctoritate, & pallij datione.

Habentur in Eccleſia Bremeniſi præcepta Imperatoris, & priuilegia Pape, ſancto Anſgario data, in quibus hoc quoque vna continetur, quandam ei cellam in Gallia Turholt vocatam ad ſupplementum legationis ſuæ à Cæſare conceſſam, anno Domini DCCCXXXII. Acta indiſtione xxi. qui eſt Luthowici xxi.

Beatus autem Anſgarius nunc Danos, nunc Tranſalbianos viſitans, innumera-
bilem vtriuſque gentis multitudinem traxit ad fidem. Si quando vero perſecutione barbarorum impeditus eſt ab ſtudio prædicandi, apud Turholt cum diſcipulis ſuis ſe retinuit. In adiutorium etiam prædicationis, datus eſt ei Ebo Remēſis Archiepiſcopus, de quo & antea diximus. Hic ſeu fatigatione itineris, ſeu corporis debilitate impeditus, ſiue potius oceupatione ſeculi delectatus, vicarium pro ſe dedit Anſgario nepotem Gaudbertum. Quem ipſi ambo conſecrantes Epifcopum, vocauerunt eum Simonem, eumque diuinæ gratiæ commendatum, in Sueoniam miſerunt. Hæc in vita ſancti Anſgarij copioſe deſcripta, nobis ab breuiandi locum præbuerūt. Verum quod diſtinctio temporum ibi obſcura eſt, pleraque ab aliis ſcriptis tempori congruentia mutuauimus. Nunc ad cætera vnde incepimus regrediamur.

CAP.
XVIII.

Interea Willericus Bremeniſis Epifcopus, diœceſim ſuam ſollicite circumeūdo, gentiles baptizando, & fideles in Chriſto confortando, ſtrenuum prædicatoris officium peregit. Eccleſias vbique per Epifcopium congruis erexit in locis. Tres vero Bremæ, quarum primā ſcilicet domū ſancti Petri, de lignea lapideam fecit, & corpus ſancti Willehadi exinde trāſlatum in aſtrali, quod fecit, oratorio recondidit. Quod etiam ſcriptor vitæ eius prætereire noluit. Narrantque poſteri hoc factū pro timore piratarum, qui propter virtutem miraculorum confefſoris noſtri corpus auferre maluerunt. Eodem tēpore beatus Anſgarius corpora ſanctorum, quæ dono Ebonis Archiepiſcopi ſulceperat, trans Albiā fertur deportaſſe, & corpus quidem ſancti Materniani apud Heiligenſtad repoſuit, Xiſti vero & Sinnicij, cum aliorum martyrum patrociniis, in vrbe Hammaburg collocauit,

CAP.
XIX.

cavit, Beati vero Remigij Cimilia cum ingenti honore seruauit Bremæ. Willericus igitur clerum maximum collegit, de populo vero magnam Bremensi Ecclesiæ hereditatem acquisiuit. In diebus suis Carolus eleemosynam obtulit Saluatori ad Bremensem Ecclesiam, centum mansos. Scriptum est in libro Donationum tertio, capitulo 1. vbi etiam crebro versu hoc repetitur. Sacrosanctæ basilicæ quæ constructa est in honoré sancti Petri apostoli in loco seu villa publica nūcupata Brema, vbi Willericus Episcopus seruus seruorum Dei præesse videtur. Qui obiit senex & plenus dierum Anno Domini DCCC. XXXVII. qui est annus Luthowici xxv. & penultimus, sepultusq; est in domo sancti Petri, à parte altaris aquilonali IIII. Nonas Maij.

CAP. 16. LEVDERICVS ordine tertius, sedit annos octo. Eius annos cum pro certo scire non possumus, ex eodem libro traditionum discimus, & Willerici diaconum fuisse, & sedisse vsque ad Luthowici iunioris sextum, capitulo LVIII. scriptum. Hunc etiam tradunt superbum fuisse: quod exinde conici potest, quia se aliquando custodem, aliquando pastorem Bremensis gregis gloriatur. In diebus illis sanctus Ansgarius legationem sibi creditam fideliter executus, apud Hammaburg nouellæ plantationi insudauit, doctrina oris, & opere manuum exercens Ecclesiam. Sæpe etiam monasterium Gallia, quod dono Cæsaris possedit, Turholt visitans, fratribus ibidem Deo militantibus salutaris regulæ tramitem verbo exemplo monstrauit. In quorum nobili contubernio iam tum à puero sanctus effulsit Rembertus, quem sanctus pater Ansgarius adoptans in filium prophetico spiritu, quo plenus erat, longe ante prædixit illum suæ virtutis æmulum, & in cathedra pontificali succedere, gratiaque meritorum in caelesti regno consortem fore. In qua re, omnipotentis Dei prouidentia, quæ olim Helia substituit Heli-seum, in Remberto non fefellit Ansgarium.

CAP. 17. Interea Nordmanni piraticis excursionibus vsquequaque degrassati, Fresones tributo subiiciunt. Eodemque tempore per Rhenum vecti Coloniam obsederunt, per Albiam vero Hammaburg incēderunt. Incluta ciuitas tota, aut præda, aut incendio disperiit. Ibi Ecclesia, ibi claustrum, ibi bibliotheca summo collecta studio, consumpta est. Sanctus autem Ansgarius, vt scribitur, cum reliquiis sanctorum martyrum nudus euasit. Excidium Hammaburg historia non tacet Francorum, & priuilegia Romanorum. Hoc, vt aiunt, factum est, anno Luthewici senioris nouissimo. Tunc quoque Gaudbertus Episcopus zelo gentilium à Sueonia depulsus, & Nithardus capellanus eius martyrio cum aliis coronatus est. Et exinde Sueonia caruit septennio sacerdotali præsentia. Quo tempore Amundus regno pulsus, in Christianos mouit persecutionē. Herigarius vero Bircæ præfectus Christianitatem ibi solus sustentauit. Qui etiam tantæ fidei gratiam milia saluarit. Scriptum itaque in actibus beati Ansgarij.

CAP. 18. Anno Leuderici Bremensis Episcopi III. Luthewicus Imperator obiit, regnumque in contentione remansit. Multa inter fratres discordia, bellum maximum, in quo, vt historia testatur, omnes Francorum vires consumptæ sunt. Discordiæ incentor Ebo, qui & supra in patrem filios armauerat, & nunc fratres in testina seditione concitauerat: conspirationis crimine accusatus, à Papa Gregorio deponitur. Sed aliis criminantibus hoc, aliis hoc factum astruentibus, veritatem nos in medio relinquemus; præsertim cum à sancto patre nostro Ansgario ea dilectione, quam ab initio secum habuit, vsque in finem habitus fuerit. Lege in vita ipsius, & in capitulo Rabani, de fama Ebonis ambigua. Tandem mediantē Papa Sergio, pax inter fratres conuenit, regnumque in tres partes est diuisum, ita vt Lotharius maior natu Romam cum Italia, Lotharingiam cum Burgundia possideret, Lothewicus Rhenum cum Germania regeret, Carolus Galliam, Pippinus Aquitaniam acciperet. Hac inter fratres sortita regni diuisione, Turholt monasterium in partem cessit Caroli, sicque alienatum est à iure sancti Ansgarii.

CAP. 19. Ille in paupertate sua Deum glorificans, verbum Dei, cuius legatione functus est,

ctus est, tam suis quam alienis infatigabiliter seminavit. Vnde contigit, vt prædium, quod Ramsolan dicitur, à quadam venerabili matrona susceperit, nomine **IKIA**. Qui locus in Episcopatu Ferdési positus, ab Hāmaburg nisi tribus disparatur fastis. Ibi sanctus Dei cœnobium constituens, reliquias sanctorum Xisti & Sinnicij locauit confessorum, & alia patrocina quæ ab Hāmaburg fugiens portauit, vbi & gregem profugum collegit, depulsoque à gentibus socios in eo portu retinuit. Ab eo ergo loco Hammaburgensem Ecclesiam visitans, Nordalbingos in fide reformauit, quos antea persecutio turbauit. Tunc quoque ne legatio gentium tarditate sua quapiam frigeret, prædicatores misit in Daniam; Hartgarium vero eremitam direxit in Sueoniam. Fertur etiam venisse Bremam, atq; ab Episcopo ipsius loci, qui doctrinæ ac virtutibus eius inuidit, depulsum esse. Post hæc **LEVDERICVS** Bremensis Episcopus obiit, & sepultus est in Ecclesia beati Petri ab australi parte altaris. Decessit autem 1x. Kal. Septembris, & Ecclesia diu viduata permansit.

CAP. 20.

Tunc Luthewicus Pius Cæsar inclytus Hammaburgensis Ecclesiæ desolationem miseratus, venerabili Ansgario contulit Bremensem Episcopatum. At ille quamuis Canonum non ignoraret decreta, quibus cautum est, vt Episcopus, qui à sua ciuitate persecutionem passus expellitur, in alia vacante recipiatur, tamen ne pro inuidia ceteri scandalizarentur, Cæsari super hac re diu restitit. Postremo si absque fratrum querela fieri posset, tunc solummodo concederet. In vita nostri Antistitis hæc plenissime describuntur. Obscure vero notatur tempus, quod liber donationum significat apertius. Anno scilicet Luthewici secundi 1x. dominum Ansgarium ab Aldrico clerico & Comite Reginbaldo legatis Cæsaris ductum in Episcopatum. Scriptum libro tertio, capitulo xx. Sed & in vita eius hæc; Multum inquit temporis fluxit, ex quo beatus Ansgarius Bremensem Episcopatum suscepit, antequam hoc à Papa Nicolao firmaretur. Sanctus itaq; Ansgarius receptus Bremis, annos xviii. sedit. Nam antea in Hammaburgensi cathedra præfuit annis xvi. qui sunt simul xxxiiii. Hoc regalis munificentia dono, confessor Dei valde gauisus in Daniam festinauit. Vbi Regem Danorū Horicum inueniens, Christianum reddidit. Is statim Ecclesiam in portu maritimo erexit apud Sliasuwig, data pariter licentia, vt quisquis vellet in regno suo, fieret Christianus. Infinita gentilium credidit multitudo, de quibus hoc in libris memoriale relictum est, plures vt aqua baptismi loti sunt, ab omni corporis infirmitate liberatos.

CAP.
XXIII.

CAP. 21.

Quibus rebus ex voto completis, dum adhuc sanctus Dei pro gente Sueonum astuare cœpisset, cum Gaudberto Episcopo cōsiliū habuit, quis eorum laudabile pro Christo subiret periculum. At ille periculum sponte declinans, sanctum potius vt iret rogauit Ansgarium. Exemplo athleta intrepidus Horici regis missum rogauit atque sigillum, & à littore Danorum transfretans in Sueoniam peruenit, vbi tūc Oleph rex apud Bircam generale populi sui habuit placitum. Quæ præueniente misericordia Dei, ita placatum inuenit, vt ex eius imperio & populi consensu, & iactu fortis, & Idoli responso, Ecclesia ibidē fabricata, & Baptismi licentia omnibus concessa sit. Hiis etiam ex sententia finitis, Euangelista noster Ecclesiam Sueonum Erimberto commendauit presbytero, & rediit. Quæ in vita sancti Ansgarij latissima gestorum narratio descripta, nos breuitate nitentes amputauimus. Et ni fallat opinio, prophetia Ezechielis de Gog & Magog conuenientissime hic impleta videtur. Emmittam, inquit Dominus, ignem in Magog, & in hiis qui habitant in Insulis cōfidenter. Aliqui hæc & talia de Gothis, qui Romanam ceperant dicta arbitrantur. Nos vero considerantes Gothorum populos in Sueonia regnantes, omnemque hanc regionem passim in Insulas dispersitam esse, prophetiam eis opinamur posse commodari, cum præsertim multa prædicta sint à prophetis quæ necdum videntur completa.

CAP.
XXV.

CAP. 22.

Interea quæstio magna surrexit in regno Francorum de Bremēsi Episcopatu, ad inuidiam beati Ansgarij conflata. Ea contentio diu per regnum graui & ancipiti

CAP.
XXVI.

CAP. 23.

CAP.
XXVII.

piti diffensione profligata, multis partium studiis collidebatur. Tandem Orthodoxus Cæsar Lothewicus compositis hinc inde contradicentium voluntatibus, præcipue Guntharij Colonienſis Archiepiſcopi, cuius ſuffraganea prius erat Brema. Super his Romam nuncios ad ſanctiſſimum Papam direxit Nicolaum. Ille vero quod neceſſitas Eccleſiaſtica perſuaſit, & quod patrum concilii fieri poſſe comprobatum eſt, facile conſenſit. Ergo Bremenſem ac Hammaburgenſem Episcopatum apoſtolica auctoritate copulari, & pro vno ſanxit haberi. Cuius rei priuilegia diligenter adhuc in Bremenſi conſeruantur Eccleſia. In quibus etiam additum eſt, quod idem Papa Nicolaus tam ipſum Anſgarium, quam ſucceſſores eius legatos & vicarios apoſtolice ſedis conſtituit, in omnibus gentibus Danorū, Suconum, atque Sclauorum; quod & antea Gregorius Papa cōceſſit. Igitur Bremenſis atque Hammaburgenſis parochiæ coadunatio facta eſt vltimo ſancti Anſgarij tempore. Vitæ eius annum non ponit, præceptum autē regis ponit annum regni XXI. Priuilegium Papæ notat annum Domini DCCC. LVIII. qui eſt ab ordinatione Archiepiſcopi XXVIII.

CAP. 24.

Post hæc ſcribitur in vita beati antiſtitis, qualiter in Daniam veniens iuniore Horicum in regno reperit. Cui tempori congruit hiſtoria Francorum, quæ ſic de Danis meminit. Nordmānos per Ligerim Turonos ſuccendiſſe, per Sequanam Pariſios obſediſſe, Carolum timore compulſum terram eis ad inhabitandum dedidiſſe. Deinde Lotharingiam inquit, vaſtata, & ſubacta Freſia, in ſua victriſi conuerſos viſcera dextra. Cōtendentibus namq; ad inuicē Gudurin Principe Nordmannorum cum patruo ſuo Horico ſcilicet rege Danorum, tanta cede vtrinque maſtati ſunt, vt vulgus omne caderet; De ſtirpe autem regia nemo omnium remaneret, præter puerum vnum nomine Horicum. Qui mox vt regnum ſuſcepit Danorum, ingenito furore ſuper Chriſticolas efferatus, ſacerdotes Dei expulſit, & Eccleſias claudi præcepit. Ad quæ ſanctus Dei cōfeſſor Anſgarius venire non trepidans, comitante ſecum gratia diuina, crudelē Tyrannum ſic placatum reddidit, vt Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet, ſuiſq; omnibus vt Chriſtiani fierent, per edictum mandaret. Inſuper in alio portu regni ſui apud Ripam exſtrueret Eccleſiam, in Daniā ſecundam. Et hiis Eccleſiaſtico ordine compositis, beatus paſtor noſter Eccleſiam illam Remberto commendauit præſbytero. Inde Hammaburg reuerſus, de venditione Chriſtianorum Nordalbingos correxit. Vnde Freſos adiens, caſtigauit eos pro labore dominici diei. Pertinacius vero agentes, igne cæleſti mulſtauit. Et alia, quæ antiquis miraculis nō imparia, leguntur in vita eius. Et quoniam totum ſtudium eius erat pro ſalute animarū, ſi quando à prædicatione gentilium foris liber erat, domi congregationū ſuarum curam egit. Quarum primam, quæ ab Hāmaburg olim barbarica incurſione depulſa eſt, ipſe, vt prædiximus, tranſtulit ad Ramſolās. Secūdam in Bremis habuit ſanctorum virorum, qui habitu quidem vſi canonico, regula viuiebant monaſtica, vſq; ad noſtri fere tēporis atatem. Tertiam ſanctarum virginum congregationem in Briximon adunauit. vbi deuota Chriſti matrona Lurgard totum patrimonium ſuum offerens cæleſti ſponſo, magnum choſum caſtitatis ſuo nutriuit ducatu. Ad curam autē pauperum & ſuſceptionē peregrinorum, multis locis hoſpitalia præparauit. Vnum autem vel præcipuum habuit Bremæ, quo per ſeipſum cotidie veniens, infirmis non erubuit miniſtrare. Quorum plurimos verbo vel tactu ſanauit. Ipſe retrātulit corpus ſancti Willehadi in matricē beati Petri apoſtoli Eccleſiam, ab illo aſtrali oratorio, quo deportatum eſt à Willerico. Et tunc facta ſunt illa miracula, quæ per merita ſancti Willehadi, populo oſtenſa ſunt, ab anno Dñi DCCC. LXXI. qui eſt annus ab ordinatione Archiepiſcopi xxx. Ipſe enim qui trāſtulit, & vitam & miracula eius ſingulis libris comprehendit. Sique temporum ſeriem diligenter computemus, ipſum eſt tempus quo in Saxoniam tranſlatio ſancti contigit Alexandri. In qua illud memorabile videtur, cōfeſſorem noſtrum cum aduena martyre certante, quis eorum videretur eſſe maior, & in gratia ſanitarum populis acceptior. Einhardus in geſtis Saxonum hæc dulci calamo proſequitur.

CAP. 25.

CAP. XXVIII.

CAP. XXIX.

CAP. XXX.

Interca

CAP. 26. Interea beatus Ansgarius captiuos redimendo, tribulatos refouendo, domesticos erudiendo, barbaros euangelizando, foris apostolus, intus monachus, nunquam legitur otiosus. Nec solum erga suos, verum erga alienos, quomodo uiuerent sollicitus. Episcopos etiam tam voce quam litteris, ut vigilarent super dominicum gregem, hos arguit, illos obsecrauit. At vero Romanorum regibus pro sua legatione, regibus Danorum pro Christiana fide crebro mandauit. Extant Epistolarum eius plures huiusmodi. Vnam vero quam omnibus de sua legatione scribit Episcopis, quam ab Ebone orsam asserit, ita claudit: Deprecor, inquit, ut apud Deum intercedatis, quatenus hæc legatio crescere & fructificare mereatur in Domino. Iam enim Deo propitio & apud Danos, & apud Sueones fundata est Ecclesia Christi, & sacerdotes absque prohibitione proprio funguntur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes huius operis pia beneuolentia participes, & in cælesti Christi gloria cohæredes.

CAP.
XXXI.

CAP. 27. Superiuit autem sanctus Ansgarius post illam plenariam Håmaburg & Bremæ copulationem annos septem. Sedit autem omnes annos XXXIII. Cuius depositio summa ueneratione colitur III. Non. Februarij. Obiit ergo anno Domini DCCC. LXV. Indictione XIII. qui est Luthewici secundi xxvi. sepultusque est in basilica sancti Petri, ante altare sanctæ Dei genitricis Mariæ. Eadem uero die, qua ipse commendatus est, Rimberty diaconus eius à clero simul & populo electus est. Qui etiam vitam Sancti patris ueridico sermone describens, more beati Iohannis, quasi de alio scribens, innuit se fidelissimum eius discipulorum testimonium perhibere sanctitati, quam cognouerat in uiro Dei. Hunc ille librum ad fratres cœnobij direxit nouæ Corbeie, beatificans illos, quod talem miserint, & nobis congratulans, quod talem suscipere meruimus pastorem.

CAP. 28. Sanctus Rimberty sedit annos XXIII. Annos & obitum decessoris sui reperimus in quodam computo à Corbeia delato. Cæterum uita eius à fratribus eiusdem cœnobij ad nostros data, quis fuerit & qualiter uixerit, breuiter & dilucide comprehendit. Mox, inquit, ut electus est à Theodorico Mindensi Episcopo & Adalgario Corbiensi Abbate iussu Cæsaris ductus est Mogontiam. Vbi à clarissimo pontifice consecratus Lutberto, uenit Corbeiam, uestemque suscepit cum professione monastica. Cui Adalgarius Abbas germanum & equiuocum suum concessit Adalgarium, qui postea & socius prædicationis, & hæres meruit esse dignitatis. Pallium pontificale suscepit à Papa Nicolao, Ferulam pastoralem à Cæsare Luthewico, sicut in priuilegiis dignosci potest. Quæ autem sequuntur, ex uita eius excerpta sunt capitulo XVI.

CAP.
XXXII.

CAP. 29. Præterea legationis suæ officium, quod ad prædicandum gentibus uerbum Dei, primitus à decessore suo susceptum est, & postmodum sibi iure successionis, quasi hereditarium prouenit, impigre executus est. Ipse quidem per se quotiens occupationes aliæ sinerent, eidem legationi insistens, semper autem constitutos habens presbyteros, per quos & uerbum Dei gentiles audirent, & solatium captiui Christiani haberent, ad Ecclesias inter ipsos paganos longe constitutas, quodque grauissimum erat, marinis discriminibus aduendas. Quæ discrimina ipse frequentius sustinens cum apostolo sæpe naufragium pertulit, sæpe etiam alia pericula sustinuit, spe futuræ beatitudinis omnia præsentis uitæ aspera leniens, illudque apostolicum continua meditatione reuoluens: Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

CAP.
XXXIII.

CAP. 30. Qui reges Danorum suo tempore fuerint, non inuenitur in gestis eius. In historia Fræcorum Sigafred cum fratre Haldan regnasse legitur. Qui etiam muneribus Lothewico Cæsari miserunt, gladium uidelicet capulotenus aureum, & alia multa pacem rogantes, & missis utrinque ad Egdomam fluuium mediatoribus, pacem firmam, ritu gentis, per arma iurauerunt. Erant & alij reges Danorum uel Nordmånorum, qui piraticis excursionibus eo tempore Galliam vexabant. Quorum præcipui erant Horig, Ordiuig, Gotafrid, Rodulf & Inguar tyranni.

prum est in Gestis Fræcorum: Crudelissimus omnium fuit Inguar filius Lodparchi, qui Christianos vbique per supplicia necauit.

CAP. 31. Anno Domini Rimberty XII. Luthewicus Pius Cæsar magn^o obiit. Ipse Boemmannos, Sorabos, Susos, & cæteros Slauium populos ita perdomuit, vt tributarios efficeret. Nordmannos autem fæderibus ac bellis cõpressos, eo modo retinuit, vt cū Franciam totam vastauerint, regno eius vel minime nocuerint. Post mortē vero Imperatoris effera barbaries laxis regnabat habenis. Et quā Dani cū Nordmannis Hammaburgensi Ecclesiæ cura pastorali subiecti sunt, præterire nequeo quanta mala per eos Dominus illo tempore fieri permiserit, & quam late pagani super Christianos extenderint potentiam suam. Quæ omnia lamentabiliter scripta sunt in historia Fræcorum, & in alijs libris. Tunc Saxonia à Danis vastata est, vel Nordmannis. Brun Dux occisus, cum alijs XII. Comitibus: Tiadericus & Marquardus episcopi obruncati. Tunc Fresia depopulata est. Traiectū ciuitas excisa. Sanctus Rabbodus Episcopus vrbis cedens persecutioni, Dauātrix sedem constituit, ibique consistens anathematis gladio paganos vltus est. Tunc piratæ Coloniam & Treueros incendunt. Aquisgrani palatium, stabulum equis suis fecerunt. Mogontia vero propter metum barbarorū instaurari cœpit. Quid multa? Vrbes cum ciuibus, Episcopi cum toto grege simul obruti sunt. Ecclesiæ illustres cum fidelibus incensæ sunt. Luthewicus Imperator cum paganis dimicans victor extitit, & paulo post obiit. Luthewicus Franciæ rex victor & victus occubuit. Hæc tragædico planctu scripta in annalibus Cæsarum, nos propter mentionem Danorum perstrinximus.

CAP. 32. Quid autem dicimus interim fecisse nostrum Archiepiscopum? Require in gestis eius capitulo xx. Ad redemptionem, inquit, captiuorum cunctis pene quæ habebat, expensis, cum multos adhuc apud paganos detentos miserabiliter cerneret, altaris etiam vasa non dubitauit impendere, dicens cum beato Ambrosio; Melius est animas Domino quam aurū seruare. Preciosa ergo sunt illa vasa, quæ

CAP. 33. animas de morte redimunt. Nec incongruum videtur, quoniam de persecutione diximus, quæ tunc late efferbuit in Ecclesias, grande miraculum per merita sancti Rimberty Fresonibus ostensum tangere; quod Scriptor gestorum eius nescio cur præterierit. Sed Bono Corbiensis Abbas de sui temporis actis scribēs, non reticuit dicēs; Cum modernis temporibus grauis barbarorum irruptio in omni pene Francorum regno immaniter debaccharetur; cõtigat eam eos diuino iudicio ad quendam Fresiæ pagum deuolui, qui in remotis ac mari magno vicinis locis situs est, Nordwide hunc appellant. Quem subuertere aggressi sunt. Erat enim illic eo tempore venerabilis Episcopus Rimberty; cuius adhortationibus & doctrinis confortati & instructi Christiani, cum hostibus sunt congressi, & prostrauerunt ex eis x. milia ccc. lxxvii. pluribus insuper dum fuga præsidium quærunt, in transitu fluuiorum necatis. Hæc ille scripta reliquit. Cuius rei miraculo vsque hodie merita sancti Rimberty penes Frisones egregia, & nomen eius singulari quodam gētis colitur desiderio, adeo vt collis in quo sanctus orauit, dum pugna fieret, perpetua cespitis viriditate notetur. Nordmanni plagā quam in Fresia receperunt in totum Imperium vlturi, cum regibus Sigafrido & Gotafrido per Rhenum & Mosam & Scaldam fluuios Galliam inuadentes, miserabili cæde Christianos obruncarunt, ipsumq; regem Carolum bello petentes, ludibrio nostros habuerunt. In Angliam quoque miserunt vnum ex socijs Haldani, qui dum ab Anglis occideretur, Dani in locum ipsius Gundredum constituerunt. Ipse autem Northumbriam expugnauit, atque ex illo tempore Fresia & Anglia in ditione Danorum esse feruntur. Scriptum est in gestis Anglorum: Frustra in sanctis signa & miracula quæruntur, quæ habere possunt & mali, quia secundum auctoritatem sanctorū patrum, maius miraculum est animam, quæ in æternum victura est, à peccato conuertere, quam corpus quod denuo moriturum est, à morte suscitare. Vt autem sciamus nec sancto Rimberty hanc gratiam deuisisse, fertur antiquorum more sanctorum, quædam fecisse miracula frequenter,

CAP.
XXXV.CAP.
XXXV.CAP.
XXXVI.

scili-

scilicet dum iret in Sueoniam tempestatem maris oratione sedasse, & cæcum illuminasse, per confirmationem, quam Episcopali more faciebat in eo. Sed & filium regis à demonio liberauit. Vbi multis astantibus Episcopis, spiritus immundus sæpe ex ore vexati clamabat, Rimbertum solum inter eos digne commissum egisse officium, ipsumq; sibi esse cruciatui. Require in libro vitæ eius capitulo xx. Hunc regis Luthewici filium Carolum esse arbitramur, qui nouissimis Archiepiscopi temporibus à regno depositus, Arnulfum germani sui filium accepit successorem. Historia Fræcorum hæc veraciter acta commemorat in Franconford, anno Cæsaris Luthewici xxxiiii.

CAP. 35.

Erat igitur sanctus Rimbertus cum Moysè, vir mitissimus, cū apostolo, qui omnium infirmitatibus cōpateretur. Præcipuam vero curam habes in eleemosynis pauperum & in redemptione captiuorum: Vnde quadam vice, cū ad partes venisset Danorum, vbi Ecclesiam nouellæ Christianitati cōstructam habebat in loco qui dicitur Sliaswig, vidit multitudinem Christianorum catena trahi captiuam. Quid multa? Duplex ibi miraculum operatus est. Nam & catenam oratione dirupit, & captiuos equo suo redemit. Capitulo gestorum eius xviii.

CAP. 36.

Et quia vastatio Nordmānorum vel Danorum excedit omnem crudelitatem, eo plus mirum videri possit, quod sancti confessores Dei Ansgarus & Rimbertus per tanta pericula maris & terræ, illas gentes intrepidi adibant, & prædicabant, ante quarum impetum nec armati reges, aut potentes Francorum populi subsistere poterant. Nunc autem quomodo defecit sanctus, quomodo diminutæ sunt veritates à filiis hominum, vix possibile credimus nos genus ignauum, quod tecto gaudet & umbra, vt in tam aspero tempore persecutionis, in tam feroci, quæ vix hominum viuit, natione, in tam remotissima, inquam, ab nostro mundo regione, quisquā vel apostolus auderet accedere, nescientes illud cotidie & nobis dici, quod Saluator ait discipulis: Ite in orbem vniuersum, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Sunt & alia multa quæ de sancto viro copiose in libro suo exarata sunt: in quib⁹ illud memoriale est, quod presbyteri animam defuncti, qui sic in visu apprensus supplicauit xl. dies in pane & aqua ieiunans à tormentis absoluit. Decessor eius iiii. Cænobia fundauit, hiis ille quintum addidit in solitudine Bukkin. Cæterum omnium districtam sollicitudinem habens, Hammaburgensis cathedræ præcipuam egit curam, tam fratribus quam pauperibus oportuna ministrans solatia.

CAP.
xxxvii.

CAP. 37.

Xenodochium Bremæ quod à sancto Ansgario ad sustentationem pauperum institutum est, ipse nobiliter auxit, & non solum in Episcopatu, sed vbicunq; esset pauperibus alimonia cum omni diligentia ministravit, nobile posteris verbum relinquens exhortationis; Non est, inquiens, tardandum vt cunctis subueniam⁹ pauperibus, quia quis sit Christus, vel quādo ad nos veniat, ignoramus. Eleemosynam verbi incessanter omnibus ministravit: ad quod opus dicta sancti Gregorij curauit excerpere, quæ & manu sua descripsit. Epistolæ eius diuersæ ad plures, Præcipua quædam ad virgines, in qua virginitatem corporis extollens, ostendit multas mente fieri meretrices. Tandem morbo confectus & senio, quos per se non potuit, per Adalgarium coadiutorem suum in Domino cōfortauit, quem etiam manibus regis commendauit. Obiit autem anno Dñi MCC. LXXXVIII. Indictione vi. Cuius depositio iiii. Idus Iunij celebratur. Sepultus est extra basilicam sancti Petri ab oriente, vt ipse rogauit.

CAP.
xxxviii.

CAP. 38.

Adalgarius Archiepiscopus sedit annos xx. Annos eius ex computo supradicto, vitam ex libro sancti Rimberti discimus, Capitulo xii. Cum sanctus Rimbertus vestem & professionem suscipere monasticam, mox additur: Ad quod ei solatium deputari insignem placuit cōuersione virum, gradu diaconum, nomine Adalgarium. Hic vir, inquiunt, venerabilis in conuersione eius imitatione simul & successionis dignitate, adhuc hodie superest, cum multis aliis attestans, quod sanctus pontifex Rimbertus, nihil ex occasione curæ pastoralis de monachica perfectione perdidit, & reliqua. Item capitulo xxi. Cum iam, inquit, se-

CAP.
xxxix.

nio graualetur Sanctus Rimburtus, etiam continuus ei pedum dolor accessit. Inde apud gloriosissimos reges Luthewicum & filios eius hoc obtinuit, ut insignis vir Adalgarius, monachus uidelicet Corbeia in adiutorium illi confirmaretur, quatenus ipse infirmitate detentus, in Adalgario haberet solatium circueundi Episcopatum, placita ad eundem; & quando exigeretur, in expeditionem vel ad palatium cum comitatu suo proficisci. Impetrauit etiam, ut ipse illi in electione successor confirmaretur, & inter consiliarios regis locaretur, assentientibus fratribus, & Abbate monasterij eius, ac sancta synodo haec omnia roborante.

CAP. 39. Ferulam pastoralem suscepit ab Arnulfo rege, pallium à Papa Stephano. Consecratus est autem à Mogontino Archiepiscopo Lindroldo, seditque difficili tempore barbaricae vastationis, nec tamen legationis suae ad gentes, ut in priuilegiis uidetur studium omisit. Verum sicut decessores sui, presbyteros ad hoc opus constitutos & ipse habere curauit.

CAP. 40. De historia Danorum nihil amplius aut scriptum vidi, aut ab alio visum comperi: ea forte causa reor, quod Nordmanni vel Dani tunc ab Arnulfo rege grauibus prauius usque ad internecionem deleti sunt. Bellum caelitus administratum. Siquidem centum milibus paganorum prostratis, vix vnus de Christianis cecidisse repertus est. Et ita restincta est persecutio Nordmannorum, Domino vindicante sanguinem seruorum suorum, qui iam per annos LXX. effusus est. Narrat

CAP. 41. haec historia Francorum. Audiui autem ex ore veracissimi regis Danorum Sueuicum nobis stipulantibus attauos suos numeraret, post cladem, inquit, Nordmannicam, Heiligonem regnasse comperi, virum populis amabilem, propter iustitiam & sanctitatem suam. Cui successit Olaph, qui veniens à Sueonia, regnum obtinuit Danicum vi & armis, habuitque filios multos, ex quibus Ehnob & Gurd regnum post patris sui obitum tenuerunt.

CAP. 42. Anno Adalgarij VII. Hermannus Colonienfis Archiepiscopus magnus Adalgarium nostrum fatigabat iniuriis, Bremam Coloniae subiugare conatus. Collecta igitur apud Triburiam Synodo, Haddone Mogontino praesidente, cassata sunt apostolicae sedis priuilegia, & gloriosorum principum adnullata sunt praecipua, consentientibus iniquis decretis Formoso Papa, & Arnulfo rege. Deinde facta subscriptione Adalgarius Archiepiscopus in cauda concilij positus est. Fabula grandis de Adolino & Widgero, qui disceptantes, ad spectacula synodum traxerunt. Tragedia lugubris, Widgerum nostrae partis victum, & postero die mortuum. Et amplius sub Adalgario & Hogero omni tempore Brema Coloniae facta est suffraganea. Anno deinde secundo Formosus Papa obiit, quarto vero post Arnulfus Imperator, viuentibus consumptus veneno extinctus est. Sequitur eruptio Ungarorum, persecutio Ecclesiarum. Archiepiscopus vero noster senex valde minus poterat vel inimicis resistere, vel agenda disponere. Quare à monasterio Corbeiensi Hogerum suscepit adiutorem. Cuius ope fultus ac ministerio, ipse emeritae senectutis otio potiretur. Ita omnipotens Deus, qui aliquando iustos, ut meliores fiant, temptari permittit, fecit etiam Archiepiscopo nostro cum temptatione prouentum, ut posset sustinere. Nam Sergius Papa, qui fere per totidem annos septimus à Formoso, calumnias Adalgarij miseratus priuilegia Bremensis Ecclesiae renouauit, & omnia, quae à Gregorio & Nicolao decessoribus suis Ansgario & Rimberto concessa sunt, roborauit. Ad hoc quia senectutis pondere grauatus pontifex Adalgarius pastorale officium obire non poterat, circueundo, praedicando & consecrando Episcopos, dati sunt ei adiutores à Papa, circumuicini quinque, Episcopi, Simundus Halberstadensis, Wigbertus Ferdensis, Bisopadarburnensis, Bernarij duo, Mindensis scilicet & Osnaburgensis: quorum ope senex fulcitur. Ad manum sunt priuilegia Sergij Papae vtriusque data, quibus haec ita continentur. Mirum tamen neque satis cognitum est nobis, an aliqui Episcopi in gentes ordinati sint ab Adalgario, ut priuilegium insinuat; an haec ordinatio Episcoporum in acta remanserit usque ad dies Adaldagi, ut melius confi-

confidimus, præsertim quod vastatio barbarica vixdum presbyteros inter se morari consenserit. Nondum enim completæ sunt iniquitates Amorræorum, nec adhuc venit tempus miserendi eorum. Post hæc migravit Archiepiscopus Anno Domini DCCC. IX. VII. Idus Maij, & sepultus est in basilica sancti Michaelis, quam ipse pro dilectione Magistri super tumbam eius erexit.

CAP. 43. HOGERVVS Archiepiscopus sedit annos VII. Et huius annos reperimus in libro superiori, & quod per contentionem ordinatus est à Colonienſi. Pallium suscepit à Sergio Papa, Ferulam à rege Luthewico. Vnde fuerit aut qualiter vixerit, Deo cognitum est. Inuenimus tamen scriptum, in antiquioribus Ecclesiæ libris, vno versu quis fuerit, ita. Sanctus & electus fuit Hoger septimus heros. Sanctitati eius testimonium asserit veterum traditio, quæ narrat eum seuerissimum in Ecclesiastica disciplina, pro consuetudine monasteria suæ diocesis crebro circuuisse. Vnde etiam cum apud Hammaburg consisteret, exploraturus quid fratres agerent, nocte intempeſta Ramsolam ad vigiliam properauit matutinas. Fidelis, inquam, dispensator & prudens, qui & ipse vigilans pernoctauit, suamque familiam dormire prohibens venienti sponſo lætus occurrit, dicēs: Ecce ego & pueri quos dedit mihi dominus.

CAP. 44. Anno Domini Hogeri I. Luthewicus puer depositus est, & Conradus Francorū Dux in regem leuatus. In isto Luthewico vetus Caroli finitur prosapia. Hætenus etiam Francorum tendit historia. Quæ deinceps dicturi sumus, in aliis atque aliis non mendacibus reperimus libris. Aliqua vero recitauit nobis clarissimus Danorum Rex, ita rogitantibus: Post Olaph, inquit, Sueonum principem, qui regnauit in Dania cum filiis suis, ponitur in locum eius Sigerich. Cumq; paruo regnasset tempore, Hardegon filius Sueui à Nordmannia veniens eum regno priuauit. Tanti autem reges, immo tyranni Danorum, vtrum simul aliqui regnauerint, an alter post alterum breui tempore vixerit, incertum est. Nobis hoc scire sufficiat, omnes adhuc paganos fuisse, ac in tanta regnorum mutatione, vel excursionem barbarorum Christianitatem in Dania, quæ à sancto Anſgario plantata est, aliquantulam remansisse, non totam defecisse. In diebus illis, immanissima persecutio Saxoniam oppressit, cum hinc Dani & Slaui, inde Boemi & Vngari laaniarent Ecclesias. Tunc parochia Hammaburgensis à Slauiſ, & Bremensis Vngarorum impetu demolita est. Interea confessor Dei Hogerus obiit, & sepultus est in Ecclesia sancti Michaelis, cū decessore suo anno Domini DCCC. XV. Deposito eius XII. Kalend. Ianuarij habetur. Cuius corpus Episcopi, cum post annos centum & X. diruta senio Capellula, quæreretur, præter cruces pallij & cervical Episcopi, nihil potuit inueniri. Et credimus resurrectionem impletam esse, sicut in David & Iohanne Euangelista contigit.

CAP. 45. Reginwardus vix annum vnum sedit. De cuius vita præter nomen aliud nihil ad manum venit. Cum autem successorem eius concilio apud Althei interfuisse didicerim, quod habitum est anno Conradi regis quinto, quo etiam Hogerus Archiepiscopus decessit, medium huius Reginwardum, non vixisse plene annum vnum deprehendi, nec priuilegium eius vsquam valui reperire. In diebus illis grande miraculum narratur à posteris, Bremæ contigisse. Vngros scilicet incensis Ecclesiis, ante altaria trucidasse sacerdotes, clerum vulgo mixtum aut impune occisum, aut in captiuitatem ductum. Tunc etiam cruces à paganis truncatæ, ludibrio sunt habitæ; cuius signa furoris vsque ad nostram durauerunt ætatem. Sed Deus zelotes, cuius ibi derisa est passio, incredulos abire non passus est inultos. Nam subita & mirabilis orta tempeſtas, à semicremis Ecclesiarum tectis scintillas eleuauit, quas in faciem atque ora paganorum rotans, dum fugæ præsidium quærunt, aut in fluiuium præcipitari cõpulsit, aut in manus ciuium concludi. Nec mora, prostratum gregē, boni pastoris occubitus secutus est. Qui depositus III. Kalend. Octobris vna cū prædecessoribus suis, in basilica sancti Michaelis, commendatus est.

CAP. 46. VNNI Archiepiscopus sedit annos XVI. Annos eius obitumque vt supra cognoui.

gnoui. Memoriam traditum à fratribus habetur: Cum Reinwardus transfisset Leidradum Bremensis Chori præpositum à Clero & populo electum. Qui hoc V N N I pro capellano vtens, venit ad curiam. Rex autem Conradus, diuino, vt creditur, afflatus spiritu, contempta Leidradi specie, paruulo Vnni, quem retro conspexerat stare, virgam obtulit pastoralem. Cui etiam Papa Iohannes decimus, vt priuilegium indicat, dedit pallium. Erat autem vir, sicut in eius electione ac transitu videri potest, sanctissimus, pro qua sanctitate Conrado & Henrico regibus familiaris & reuerendus permansit. Vnde & ita versu depingitur: Principibus notus Vnni fuit ordine nonus. In diebus suis Vngri non solum nostram Saxoniam, aliasque cis Rhenum prouincias, verum etiam trans Rhenum Lotharingiam & Fraciam demoliti sunt. Dani quoque Slauos auxilio habentes, primo Transalbianos Saxones, deinde cis Albim deuastantes, magno Saxoniam terrore quassabant. Apud Danos eo tempore filius Hardewich Gwrm regnauit, crudelissimus inquam vermis, & Christianorum populis non mediocriter infestus. Ille Christianitatem, quæ in Dania fuit, prorsus delere molitus, sacerdotes Dei à finibus suis

CAP. 47. depulit, plurimos quoque per tormenta necauit. At vero Henricus Rex, iam tunc à puero timens Deum, & in eius misericordia totam suam habens fiduciam, Vngros quidem multis grauibusque præliis triumphauit; Item Bohemos & Sorabos ab aliis regibus domitos, & ceteros Slauorum populos vno grandi prælio ita percussit, vt residui, qui pauci remanserant, & regi tributum, & Deo Christianitatem, vltro promitterent. Deinde cum exercitu ingressus Daniam, Gwrm regem primo impetu adeo perterruit, vt imperata se facere mandaret, & pacem suppliciter deposceret. Sic Henricus victor apud Sliawich, quæ nunc Heidaba dicitur, regni terminos ponens, ibi & Marchionem statuit, & Saxonum coloniam habitare præcepit. Hæc omnia referente quodam Danorum Episcopo, prudenti viro, nos veraciter, vt accepimus, sic fideliter Ecclesiam tradimus.

CAP. XLVIII.

CAP. 48. Tunc venerabilis Archiepiscopus Vnni videns ostium fidei gentibus esse aper- tum, gratias egit Deo de salute paganorum; præcipue vero quoniam legatio Hamaburgensis Ecclesie, pro temporis importunitate diu neglecta, præueniente misericordia Dei, & virtute regis, locum & tempus operandi accepit. Igitur nihil asperum & graue arbitrans subire posse pro Christo, latitudinem suæ diocesis per se ipsum elegit circuire. Secutus est etiam eum grex Bremensis Ecclesie vniuersus, pastoris boni absentia maestus, secumque & in carcerem & in mortem ire parati. Postquam vero confessor Dei peruenit ad Danos, vbi tunc crudelissimus Gwrm regnauit, illum quidem pro ingenita flectere nequiuit sæuitia; filium autem regis Haroldum, sua est prædicatione lucratus. Quem ita Christo fidelem perfecit, vt Christianitatem, quam pater eius semper odio habuit, ipse haberi publice permitteret, quamuis nondum baptismi sacramentum percepit.

CAP. XLIX.

Ordinatis itaque in regno Danorum per singulas Ecclesias sacerdotibus, multitudinem credentium Haroldo sanctus Dei commendauit. Cuius etiam fultus adiutorio & legato, omnes Danorum Insulas penetrauit, euangelizans verbum Dei gentilibus, & fideles quos illic inuenit captiuatos in Christo confortans. Deinde vestigia sequutus magni prædicatoris Ansgarij, mare Balticum nauigans, graui labore venit ad Bircam; Quo iam post obitum sancti Ansgarij annis LXX. nemo doctor ausus est pertingere, præter solum, vt legimus, Rimberty. Ita persequutio nostros obtinuit. Birca est oppidum Gothorum, in medio Sueoniæ positum, non longe ab eo templo, quod celeberrimum Sueones habent in cultu Deorum, Vbsola dicto: In quo loco sinus quidam eius freti, quod Balticum vel Barbarum dicitur, in boream vergens, portum facit barbaris gentibus, quæ hoc mare diffusim habitant, optabilem; sed valde periculosum incautis & ignaris eiusmodi locorum. Bircani enim piratarum excursionibus, quorum ibi magna copia est, sæpius impugnati, cum vi & armis nequeunt resistere, callida hostes aggrediuntur arte decipere. Qui sinum maris impacati per centum & amplius stadia latentium molibus saxorum obstruentes, periculosum æque suis, ac prædonibus iter mean- di fe-

CAP. L.

di fecerunt. Ad quam stationem, quæ tutissima est, in maritimis Sueoniæ regionibus solent Danorum, Nordmannorum, Slauorum atque Semborum naves, alique Scythiæ populi pro diuersis commerciorum necessitatibus, solenniter conuenire. In eo portu Confessor Domini egressus, insolita populos appellare cepit legatione. Quippe Sueones & Gothi, vel ita, si melius dicuntur Nordmanni, propter barbaricæ excursionis tempora, qua paucis annis multi reges cruento dominati sunt imperio, Christianæ religionis penitus obliti, haud facile poterant ad fidem persuaderi. Accepimus autem à sæpe dicto rege Danorum Suein, tunc apud Sueones imperitasse quendam Ring cum filiis Erich & Emund, ipsique Ring ante se habuisse Amind, Biorn, & Olaph, de quibus in gestis legitur sancti Ansgarij aliosque quorum non occurrunt vocabula. Et credibile est athletam Dei Vnni, eosdem reges, quamuis non crediderint, adisse, eorumque licentia verbum Dei per Sueoniam prædicasse. Sicut enim inutile est acta non credentium scrutari, ita impium arbitramur, eorum præterire salutem, qui primum crediderunt, & per quos crediderunt. Sueones igitur & Gothi à Sancto Ansgario primum in fide plantati, iterumque relapsi ad paganismum, à sancto patre Vnni sunt reuocati. [sufficit hoc scire, ne si plura dicimus, mentiri velle dicamur. Melius est enim, vt ait Beatus Hieronymus, vera dicere rustice, quam falsa diserte proferre.]

Perfecto autem legationis suæ ministerio, cum tandè redire disponderet, Euangelista Dei apud Bircam ægritudine correptus, ibidem fessi corporis tabernaculum deposuit. Anima vero, cum multo animarum triumpho stipata, cælestis patriæ capitolium semper lætatura, conscendit. Tunc discipuli pontificis, exequias eius, cum fletu & gaudio procurantes, cætera quidem membra sepelierunt in eodem oppido Bircæ, solum caput Bremam reportantes, quod decenti condiderunt honore, in Ecclesia sancti Petri coram altari. Obiit autem peracto boni certaminis cursu in Scythia, vt scribitur, anno Dominicæ incarnationis DCCCXXXVI. Indiçione IX. circa medium Septemb. Hic est annus Ottonis Magni primi, à transitu autem sancti Willchadi primi Bremensis Episcopi CLXVIII. Eia vos Episcopi, qui domi sedentes, gloriæ, lucri, ventris, somni breues delicias in primo Episcopalis officij loco ponitis, respicite, inquam, istum pauperè & modicum seculi, immo laudabilem, magnumque sacerdotem Christi, qui nuper tantò nobili fine coronatus, exemplum dedit posteris, nulla temporum vel locorum asperitate vestram pigritiam excusari posse. Cum per tanta pericula maris & terræ, feroces aquilonis populos ipse pertransiens, ministerium legationis suæ tanto implet studio, vt in vltimis terræ finibus expirans animam suam poneret pro Christo.

ADALDAGVS Archiepiscopus sedit annos LIII. Ille est qui nobis tempu-
 blicam restituit. Genere illustris, ætate iuuenis, specie decorus, morumque probitate speciosior. A choro sumptus Hiltineshemensi, consanguineus & discipulus beati Adalwardi Ferdésis Episcopi, cuius tunc vita probata, fama illæsa, & fides in Palatio erat cognitissima. Quæ etiam doctrina & miraculis celebrè, Slauorum ferunt populis eo prædicasse tempore, quo noster Vnni ad Scythas legatus extitit, eius nimirum opera & testimonio commendatus in Curia Adaldagus, ferulam pastorem à magno Ottone suscepit; Pallium archiepiscopale sumpsit à Papa VII. Leone, manus impositionem, sicut prædecessores eius à Mogotino præfule. Necdum autem Hammaburgensis cathedra suffraganeos habuit, quos huius Adaldagi studio accepit. Adaldagus itaque primo vt ingressus est Episcopatum, Bremam longo prius tẽpore postatibus ac iudiciaria manu oppressam, præcepto regis absolui, & instar reliquarum urbium immunitate simulque libertate fecit donari. Præcepta regis hæc continentia præsto sunt, & alia. Mox de legatione sua, quæ pro gentium salute primo à prædecessoribus suis recepta, hoc sibi ordine prouenit, vt quod alij in lachrymis seminarunt, ipse in gaudio meteret, toto, inquam, animi desiderio succësus, æstuabat, quomodo perferret,

ret, quod religioso pietatis formabat affectu. Et quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, dedit ei Dominus ad voti successum, & prosperitatem temporis & gratiam regis, cuius ita usus est familiaritate, quod à latere eius raro vnquam diuelleretur. Nunquam tamen aut necessitati parochiæ defuit, aut legationis suæ curam posthabuit. Quinimo victoriosi & iustissimi regis animum in omnibus quæ Dei sunt, paratum cernens, studium eius ad conuersionem paganorum incitare nō cessauit: quod etiam pro sententia, ita euenit; Deo cooperante, & piissimi regis dexteram in omnibus corroborante.

Otto igitur rex diuino fultus auxilio, cum primum ab insidiis fratrum suorum creptus est, iudicium & iustitiam populis fecit. Deinde postquam omnia ferme regna, quæ post mortem Caroli defecerat, suo imperio subiugarat: in Danos arma corripuit, quos ante pater eius bello compressit. Enimuero tunc rebellare moliti, apud Heidebam legatos Ottonis cum Marchione trucidarunt, omnem Saxonum Coloniam funditus extinguentes. Ad quam rem vlciscendam, rex cum exercitu inuasit Daniam; transgressus terminos Danorum, apud Sliaswig olim positos, ferro & igne totam vastauit regionem, vsque ad mare nouissimum, quod à Danis Nordmannos dirimit; & vsque in præsentem diem à victoria regis Ottonis dicitur. Cui regredienti Haroldus apud Sliaswig occurrens bellum intulit. In quo vtrisque viriliter certantibus Saxones victoria potiti, Danos ad naues cedere coegerunt. Tandem cōditionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subiicitur, regnumque ab eo suscipiens, Christianitatem in Dania recipere spopondit. Nec mora, ipse Haroldus cum vxore sua Gunhild & filio paruulo baptizatus est, quem filium Rex noster à sacro fonte susceptum Suenotto vocauit. Eo tempore Dania cismarina, quam Iutlant incolæ appellant, in tres diuisa Episcopatus, Hammaburgensi Archiepiscopatu est subiecta. Seruantur in Bremensi Ecclesia præcepta Regis, quæ signant regem Ottonem in sua ditione regnum Danicum tenuisse, adeo vt etiam ille Episcopatus donauerit. In priuilegiis autem Romanæ sedis videri potest, quod Agapetus Papa Hammaburgensi Ecclesiæ de salute gentium congratulatus, omnia quæ à prædecessoribus suis Gregorio, Nicolao, Sergio & cæteris Bremensi concessa sunt Archiepiscopatu, & ipse concessit Adaldago. Cui etiam sua vice ius ordinandi Episcopos tam in Daniam, quam in septentrionis populos, apostolica auctoritate concessit. Igitur beatissimus Archiepiscopus noster omnium primus ordinauit in Daniam Episcopos, Haroldum ad Sliaswich, Liafdagum ad Ripam, Reinbrādum ad Athufam. Quibus etiam illas commendauit Ecclesias, quæ trans mare sunt, in Finne, Seland, & Scone, ac in Sueonia. Hoc factum est anno Archiepiscopi XII. Et hæc quidem initia cælestis misericordiæ, secutum est tale incrementum Deo cooperante, vt ab illo tempore vsque in hodiernum diem Ecclesiæ Danorum, multiplici Borealiū gentium fructu redundare videantur. Quo etiam tempore, fortissimus Rex

CAP. 51.

Otto vniuersos Slauorum populos suo subiicit imperio. Et quos pater eius vno grandi bello domuerat, ipse Otto deinceps tanta Dei adiutorio potentia constrinxit, vt tributum & Christianitatem pro vita simul & patria libenter offerret victori, sicque baptizatur gentiliū populū vniuersus. Et Ecclesiæ tunc primū in Slauania sunt constructæ, de quibus rebus circa finē gestæ vt sunt, oportuniū aliquid dicemus.

Igitur post hæc Coloniensis Archiepiscopus Bruno videns iam Hammaburg nostram diuina opitulante gratia suffraganeos habere, veterem de Brema, sicut in scriniis Ecclesiæ nostræ inuenimus, instaurauit querelam, sperans se quæ voluit eo facilius adepturum, quod filius erat Ottonis regis. Sed dum frustra omnibus modis laborasset, nec Papæ concilium, nec patris meruit habere auxilium. Ita vir nobilis atque sapiens auctoritate pōtificis Adaldagi facile superatus, in nostræ gratiam Ecclesiæ cum digna satisfactione rediit, prædicans Hammaburgensem Ecclesiam quæ in tanto gentiliū periculo constituta sit, nō debere lædi ab aliquo, verum dignam esse, quæ omni consolationis amore foueatur & celebretur ab

tur ab omnibus vbiq̄ue Ecclesiis. Adhuc posteris in memoria est, quendam Erp diaconum pontificis Adaldagi, quia fideliter ei adstiterit in præfata cōtentione, Ferdensi ab rege Episcopatu donatum, simul & alios fratrum, qui in prædicatione Danorum & Slauorum cum Archiepiscopo studiosi fuerunt, pro labore suo maioribus asserunt cathedris intronizatos, [& de studio Adaldagi ad prædicationem gentium, & origine ducum norma.]

CAP. 52. Nempe studium patris Adaldagi totum in conuersione fuit gentium, in exaltatione Ecclesiarum, in salute animarum, pro cuius rei magisterio meruit vir Deo & hominibus dilectus, vt omnibus in veneratione haberetur, etiam inimicis.

CAP. 53. Post hæc vero cum rex victoriosissimus Otto, ad liberandam sedem Apostolicam vocaretur in Italiam, consilium habuit, quem post se vicarium potestatis, CAP. IV.

ad faciendam iustitiam relinqueret in his partibus, quæ barbaris confines sunt terminis. Nondum enim post tempora Caroli, propter veteres illius gentis seditiones, Saxonia Ducem accepit, nisi Cæsarem. Qua necessitate rex persuasus, Hermannō primum tutelæ vicem in Saxonia commisit. De quo viro, & progennie viri, quoniam tam Bremensi Ecclesiæ, quam aliis magno surrexisse videtur excidio, altius ordiri necessarium duxi. Vir iste pauperibus ortus natalibus, primo,

CAP. 54. vt aiunt, VII. mansit totidemque manentibus, ex hæreditate parentum fuit contentus. Deinde quod erat acris ingenij, decorisq; formæ, cum pro merito fidei & humilitatis, quam Dominis & patribus exhibuit, facile notus esset in curia, ad familiaritatem ipsius regis peruenit. Qui comperta iuuenis industria, suscepit eum in numero ministrorum, deinde nutricium præcepit esse filiorum. Mox etiam succedentibus prosperis, commisit ei vices præfecturæ. In quibus officiis strenue administratis, dicitur manentes suos pro furto in iudicium delatos, data sententia simul omnes ad mortem damnasse. Cuius nouitate facinoris & tunc charus in populo, & clarissimus deinceps factus est in palatio. Postquam vero Ducatum meruit Saxonie, itudicio & iustitia gubernauit prouinciam; & in defensione sanctarum Ecclesiarum, studiosus vsque in finem permansit. Nam & Bremensi Ecclesiæ ac matri Hammaburg fidelis extitit ac deuotus, multa bona faciens in fratres, & in omnes Saxonie congregationes.

CAP. 55. Igitur tali viro piissimus rex & Archiepiscopus noster, vires suas in hac regione commendantes, in Italiam discesserunt. Vbi rex Episcoporum habito concilio Iohannem Papam, cui Octavianus nomen erat, accusatum criminibus fecit CAP. V.

deponi, quamuis absentem. Nam fuga iudicium subterfugerat, & in locum eius promptum Leonem ordinari præcepit. A quo ipse mox coronatus Imperator, & Augustus à populo Romano consalutatus est, Anno regni sui xxviii. post coronatum Carolum Romæ CLIII. Eo tēpore Imperator cum filio in Italia per quinquennium commoratus, filios Berengarij debellauit, Romamque pristina reddidit libertati. Hiis diebus annisque totidem noster Archiepiscopus, apud quem summa conciliorum pendebat, in regno Italiae conuersatus est. Non sponte inquam, sed quod à regum latere diuelli non poterat, vnde magnum Ecclesiæ suæ lucrum parauit. Tunc etiam sanctorum, quibus nunc & in æuum hoc triumphat Episcopium, patrocinia collegisse traditur. Populus itaq; boni pastoris diuturnam grauitate ferens absentiam, nunciis & literis metum ingerentibus, tandem vt suum reuideret gregem sollicitare curauit. Cui etiam demum in patriam venienti, totus simul populus, & extranei cum ipsis, itinere tridui occurrentes, & præ gaudio flentes, quasi alteri Iohanni clamabant, dicentes, Benedictus qui venit in nomine Domini. Reuersus ergo Archiepiscopus in patriam, duxit in comitatu suo Benedictum Papam ordinatum, sed ab Ottone Imperatore depulsum, quem ille in Hammaburg custodiæ mancipari præcepit: Archiepiscopus vero magno cum honore vsque ad obitum eius detinuit. Nam vir sanctus, literatusque fuisse dicitur, qui & dignus Apostolica sede videretur à populo Romano, nisi quod per tumultum electus est, expulso eo, quem ordinari præceperat Impera-

CAP. 57. CAP. VI.

perator. Igitur apud nos in sancta conuersatione viuens, aliosque sancte viuere docens, cum iam Romanis poscētibus ab Cæsare restitui debuisset, apud Hammaburg in pace quieuit. Cuius transitus III. Nonas Iulij contigisse describitur. Quo in tempore Bremæ claruit Eilhardus, vir spontanea paupertate clarus. Ecclesiæ prepositus, & regulæ canonicæ custos. Tunc & scholas Ecclesiæ florentissimo studio rexit Thadhelmus, qui fuerat magni Ostrici Magdaburg discipulus.

CAP. 58. Archiepiscopus autem sanctorum martyrum reliquias, quas ab vrbe Romæ deportauit, magna per parochias suas diligentia distribuit. Nam antecessores sui Deo seruentium animarum quinque cœnobîa fundarunt. Huius ille sextoriam adidit apud Heslinge, vbi nobilissima Christi virgo Wendilgard, & pater eius Haddo nomine, totum patrimonium suum offerens Deo, & sancto martyri Vito, magnam virginum turmam congregauit. Septimam in Fresia congregationem fecit sanctorum virorum, de prædio & oblatione quarundam nobilium matronarum, Reingerd & Wendele, vbi reliquias sanctorum locauit, & alia alibi. Hæ sunt reliquæ sanctorum, quas ab Italia Archiepiscopus deportauit, corpora videlicet Quiriaci & Cæsarij, Victoris & Coronæ, Felicis & Feliciani, Cosmæ & Damiani.

CAP. 59. Cumque sanctus pontifex omnium Ecclesiarum suarum paternam gereret sollicitudinem, Xenodochij Bremensis magnam habuit curam. Quod etiam multo maioribus auxit redditibus, quam antecessores eius: adeo vt præter hospites, qui frequenter suscipiebantur, quotidie in hospitali xxiiii. pauperes pascerentur. In quo ministerio fidelissimus extitit Libentius, quem secum duxit ab Italia.

CAP. 60. Ipso tempore Magnus Otto subiugatis, Christianæque fidei copulatis Slauatorum gentibus, inelytam urbem Magdaburg super ripas Albiæ fluminis condidit, quam Slauis metropolim statuens, Adalbertum summæ sanctitatis virum ibidem consecrari fecit Archiepiscopum. Is primus in Magdaburg ordinatus XII. annis strenue pontificatum administravit, multosq; Slauium populo prædicando cōuertit. Cuius ordinatio facta est anno Imperatoris & nostri Archiepiscopi xxxv. & sunt post ordinationem sancti Ansgarij cxxxvii. Magdaburgensi autem Archiepiscopatu subiecta est tota Slaunia, vsque ad Penem flumen. Episcopatus suffraganei quinque, quorum Mersburg & Cicia super Salam flumen condita, Milna vero super Albiam, Brandenburg & Havelberg interius vadunt. Sextus Episcopatus Slauniæ est Aldinburg, quem quia nobis vicinior est, Imperator Hammaburgensi Archiepiscopatu subiecit, ibiq; Archiepiscopus noster Edwardum primum ordinauit Episcopum, quem Latine dicimus Euagrium.

Et quoniam occasio locorum se præbuit, vtile videtur exponere, quæ gentes trans Albiam Hammaburgensis Ecclesiæ pertinentes sint parochiæ. Hæc clauditur ab occidente Oceano Britannico, à meridie Albia fluuius, ab Oriente Pene fluuius, qui currit in mare barbarum. Ab Aquilone vero Egodore fluuius, qui Danos dirimit à Saxonibus. Transalbianorum Saxonum tres sunt populi: primi ad Oceanum Thiatmarsgoi, & eorum Ecclesia Mildinthorp: Secundi Holtzati, dicti à syluis quas accolunt; eos Sturia flumen interfluit, quorum Ecclesia Sconefeld: Tertij qui & nobiliores Sturmarij dicuntur, eo quod seditionibus illa gens frequenter agitur. Inter quos metropolis Hammaburg caput extollit, olim viris & armis potens, agro & frugibus felix: nunc vero peccatorum vindictæ patens, in solitudinem est redacta. Et quamuis [occulto Dei iudicio vastata,] decorem vr̄bis amisit, vires tamen adhuc retinet metropolis, viduitatis suæ damna consolans, in prouectu filiorum, quos per totam septentrionis latitudinē suæ legationi cotidie videt accrescere. De quibus laeta etiam clamante videtur, Annunciaui & locutus sum; multiplicati sunt super numerum.

CAP. 61. Inuenimus quoq; limitem Saxonie qui trans Albiam est, præscriptum à Ca- CAP. LXI
tolo

rolo & cæteris Imperatoribus, ita se continētem, hoc est, ab Albiæ ripa orientali usque ad riuulum quem Slauī Mescenreiza vocant, à quo sursum limes currit per sylvam Deluunder, vsq; in fluuium Deluundam; Sicque peruenit in Horchembeke & Heilinspring, inde ad Ludwinestein, & Wisbircon, & Hufin progreditur. Tunc in Horbistenon, vadit in Trauennam sylvam, sursumque per ipsam in Bulilunken; mox in Crimeson, & recte ad vadum, quod dicitur Agrimeswedel ascendit. Vbi & Burgwido fecit duellum contra campionem Slauorum, interfecitque eum: vbi & lapis in monumentum positus est. Ab eadem igitur aqua sursum procurrens terminus, in stagnum Colse vadit. Sicque ad orientalem campum venit Zuentifeld, vsque in ipsum flumen Zuentinam, per quem limes Saxonix, vsque in pelagus Scythicum, & mare quod dicitur Orientale delabitur. De cuius freti natura breuiter in gestis Caroli Einhardus meminit, cum de bello diceret Slauanico. Sinus, ait, quidam ab Occidentali Oceano orientem versus porrigitur, longitudinis quidem incompertæ, latitudinis vero, quæ nusquam cētum milia passuum excedat, cum in multis locis contractior inueniatur. Hunc multæ circumfident nationes, Dani quidem ac Sueones, quos Nordmannos vocamus, & septentrionale littus, & omnes in eo insulas, tenent. Ad littus australe Slauī, & aliæ diuersæ nationes incolunt, inter quos vel præcipui sunt, quibus tunc à rege bellum inferebatur Wilzi, quos ille vna tantum & quam per se gesserat expeditione ita contudit ac domuit, vt vltèrius imperata facere minime reuendum iudicaret.

13.

14.

CAP. 63.

CAP. 2.

CAP. 64.

Hæc ille. Nos autem quoniam mentio Slauorum totiens incidit, non ab re arbitramur, si de natura & gentibus Slauanix historico aliquid dicamus compendio, eo quod Slauī eo tempore studio pontificis nostri Adaldagi ad Christianam fere sint omnes religionem conuersi. Slauania igitur amplissima Germanix provincia, à Winulis incolitur, qui olim dicti sunt Wādali, decies maior esse dicitur, quam nostra Saxonia, præsertim si Boemiam, & eos qui trans Oddoram sunt Polanos, quia nec habitu, nec lingua discrepant, in partem adieceris Slauanix. Hæc autè regio cum sit armis, viris & frugibus opulentissima, firmis vndique saltuum & fluminum terminis clauditur. Eius latitudo est à meridie in boream, hoc est, ab Albia fluuiio vsque ad mare Scythicum. Longitudo autem illa videtur, quæ initium habet ab nostra Hammaburgensi parochia, & porrigitur in orientem, infinitis aucta spaciis, vsque in Beguariam, Vngriam & Græciam. Populi igitur Slauorum sunt multi, quorum primi ab occidète confines Transalbianis sunt Waigri, eorum ciuitas Aldenburg maritima. Deinde sequuntur Obodriti, qui altero nomine Reregi vocantur, & ciuitas eorum Magnopolis. Item versus nos Polabingi, quorum ciuitas Racisburg. Ultra quos Lingones sunt & Warnahi. Mox habitant Chizzini & Circipani, quos à Tholosantibus & Retharis fluuius Panis separat, & ciuitas Dimine. Ibi est terminus Hammaburgensis Parochiæ. Sunt & alij Slauorum populi, qui inter Albiam & Oddoram degunt, sicut Heueldi, qui iuxta Haliolam fluuium, & Doxani, Liubuzzi, Wilini, & Stoderani cum multis aliis.

15.

16.

CAP. 65.

CAP. 3.

Inter quos medij & potentissimi omnium sunt Retharij, ciuitas eorum vulgatissima Rethre, sedes idololatriæ. Templum ibi constructum est dæmonibus magnum, quorum princeps Redigast. Simulachrum eius auro, lectus ostro paratus. Ciuitas ipsa nouem portas habet, vndique lacu profundo inclusa, pons ligneus transitum præbet, per quem tantum sacrificantibus aut responsa petentibus conceditur. Hæc ea significante causa, quod perditas eorum animas, qui Idolis feruiunt, congrue nouies Styx interfusa coerces. Ad quod templum ferunt à ciuitate Hammaburg iter quatuor esse dierum.

CAP. 66.

CAP. XII.

Ultra Leuticos, qui alio nomine Wilzi dicuntur, Oddora flumen occurrit, à mnis ditissimus Slauanix regionis. In cuius ostio qua Scythicas alluit paludes, nobilissima ciuitas Iulinum, celeberrimam barbaris & Græcis, qui in circuitu sunt præstat stationē. De cuius præconio vrbs, quia magna quædā & vix credibilia recitatur, volupe arbitror pauca inserere digna relatu. Est sane maxima omnium

nium

nium quas Europa claudit ciuitatū, quam incolunt Slaui cum aliis gētibus Græcis & barbaris. Nam & aduenæ Saxones, parem cohabitandi legem acceperunt, si tamen Christianitatis titulum, ibi morantes non publicauerint. Omnes enim adhuc paganis ritibus oberrant, cæterum moribus & hospitalitate, nulla gens honestior aut benignior poterit inueniri. Vrbs illa mercibus omnium septentrionalium nationum locuples, nihil nō habet iocundi aut rari. Ibi est Olla Vulcani, quod incolæ Græcum vocant ignem, de quo etiam meminit Solinus. Ibi cernitur Neptunus triplicis naturæ: tribus enim fretis alluitur illa Insula, quorum vnum viridissimæ aiunt esse speciei: Alterum subalbida. Tertius vero motu furibundo perpetuis sæuit tempestatibus. Ab illa autem ciuitate breui remigio ad urbem trahuntur Deminem, quæ sita est in ostio Peanis fluuij; vbi & Rhuni habitant. Ibi ad Semland prouinciam quam possident Pruzzi nauigatur. Iter cuiusmodi est, vt ab Hammaburg vel Albia flumine VII. die per terram ad Iulinum peruenias ciuitatem. Nam si per mare nauim ingrederis, ab Sliafwig vel Aldenburg, vt peruenias Iulinem, ab ipsa vrbe vela tendens XIII. die ascendens ad Ostragard Russiæ. Cuius metropolis ciuitas est Chiue, æmula sceptri Constantinopolitani, clarissimum decus Græciæ. Sicut ergo prædictum est, Oddora flumen oritur in profundissimo Merahorum saltu, vbi & Albia fluuius principium fortitur, nec longis ab inuicem spatiis, sed diuerso currunt meatu. Alter enim, id est, Oddora vergens in Boream, per medios Winulorum transit populos, donec perueniat ad Iulinem, vbi Pomeranos diuidit à Wilzis. Alter vero, id est, Albia in Occasum ruens, primo impetu Bohemos alluit cum Sorabis, medio cursu paganos à Saxonia dirimit, nouissimo alueo Hammaburgensem parochiam à Bremensi scindens, victor Oceanum ingreditur Britannicum. Hæc de Slauis & patria eorum, quoniam virtute Magni Ottonis eo tempore ad Christianitatem omnes sunt conuersi, dicta sufficiant. Nunc ad ea quæ post mortem Imperatoris, & reliqua tempestate nostri Pontificis acta sunt calamus dirigatur.

CAP. 67. Anno Pontificis Adaldagi xxxviii. Otto Magn^o Imperator, dōmitor omnium septentrionalium nationum, feliciter migravit ad Dominum, & sepultus est in ciuitate sua Magdeburg. Cui filius eius Otto medianus succedens, per decem annos strenue gubernauit Imperium. Is statim Lothario & Carolo Francorum regibus subactis, cum in Calabriam bellum transferret, à Sarracenis & Græcis victor & victus apud Romam discessit. Huic tertius Otto cum adhuc puer esset in regnum substitutus, annos xxviii. forti & iusto sceptrum ornauit Imperio. Hiis tribus, æque fortissimis ac iustissimis Imperatoribus, tam charus & familiaris erat præsul Adaldagus, pro virtutum merito & doctrinæ magisterio, vt à latere eorum vix aut raro diuelleretur, sicut præcepta Imperatorum ad nutum Archiepiscopi disposita ostendunt, in quibus etiam hoc est notandum, quod tertius Otto in Wildashusen consistens, præcepta fecit. Eodem tempore Hermannus Saxonum Dux obiens, Bennonem filium suum reliquit hæredem, qui etiam vir bonus & fortis memoratur, excepto quod degenerans à patre populum rapina grauauit. Apud Magdaburg quoque defuncto Adalberto pontifice, Gisilarius successit, & ipse vir sanctus, qui nouellos Winulorum populos, doctrina & virtutibus illustrauit.

CAP. 68. Haroldus rex Danorum religione ac fortitudine insignis, Christianitatem in regno suo iam dudum benigne susceptam, vsq; in finem constanter retinuit. Vnde & regnum suum sanctitate & iustitia confirmans, ultra mare in Nordmannos & Anglos suam dilatauit potentiam. Emund filius Erici tunc in Sueonia regnauit. Is Haroldo cōfœderatus Christianis eo venientibus placabilis fuit. In Nordwegia Hacquin Princeps erat, quem dum Nordmanni superbius agentem, regno depellerent, Haroldus sua virtute restituit, & Christicolis placatum reddidit. Hacquin iste crudelissimus ex genere Inguar & Giganteo sanguine descendens, primus apud Nordmānos regnum arripuit, cum antea Ducibus regeretur. Igitur Hacquin triginta quinque annis in regno exactis obiit, Hartildum sceptri relin-

CAP. XIII.

17.

CAP. XIV.

CAP. XV.
18.

relinquens hæredem, qui simul Daniam possedit atq; Nordwegiam. Anglia autem, vt supra diximus, & in gestis Anglorum scribitur, post mortem Gundredi, à filiis eius Analaph, Sigtrich & Reginold; per annos fere centum permansit in ditione Danorum. Tunc vero Haroldus, Hiring filium suum misit in Angliam: Qui subacta insula à Northumbris tandem proditus & occisus est.

CAP. 69.

ADALDAGVS igitur Archiepiscopus ordinauit in Daniam plures Episcopos, quorum nomina quidem reperimus, ad quas vero sedes specialiter intronizati sint, non facile potuimus inuenire: Æstimo ea faciente causâ, quod pro rara Christianitate nulli Episcoporum adhuc certa sedes designata fuerit. Verum studio plantandæ Christianitatis quisq; in vltiora progressus, verbû Dei tam suis quâ alienis cõmuniter prædicare certabant. Hoc hodie trans Daniam per Nordmanniam & Sueoniam facere videntur. Igitur Episcopi qui in Dania ordinati sunt, Inhored, Liafdag, Reimbråd, & post eos Harig, Stercolf, Folcbrecht, Merha, & alij. Odinkarum seniorẽ ferunt ab Adaldago in Sueoniam ordinatû, strenue in gentibus legationem suam adimplesse. Erat enim, sicut fama nos tetigit, vir sanctissimus & doctus in hiis, quæ ad Deum sunt, quantum vero ad sæculum, nobilis & origine Danus. Vndè & facile barbaris quælibet potuit de nostra religione persuadere. Cæterorum verò Episcoporum vix aliquem sic clarum prodit antiquitas, præter Liafdagum Ripensem, qui & miraculis celebris fuerat, & trãsmarinis prædicauit, hoc est Sueonibus & Nordmannis. In Aldingburg ordinauit Archiepiscopus primo, vt diximus, Edwardum, deinde Wegonem, postea Eziconem, quorum tempore Slau Christiani permanserunt. Ita etiam Hammaburg in pace fuit. Ecclesiæ in Slauania vbique erectæ sunt. Monasteria etiam virorum ac mulierum Deo seruientium cõstructa sunt plurima. Testis est Rex Danorum, qui adhuc hodie superest, Suein; cum recitaret Slauaniam in duos de viginti pagos esse dispertitam; affirmauit nobis absque tribus ad Christianitatem oēs fuisse conuersos, adiiciens etiam Principes eius tẽporis; Misizza, Naccon & Sederich, sub quibus, inquit, pax continua fuit, Slau sub tributo seruiuerunt.

CAP.

XVI.

19.

CAP.

XVII.

CAP. 70.

Novissimis itaq; Archiepiscopi temporibus res nostræ inter Barbaros fractæ, Christianitas in Dania turbata est, pulchrisq; diuinæ religionis iniuriis inimic⁹ inuidens homo, superfeminare zizania conatus est. Nam tunc Suenotto filius Magni Haroldi regis Danorum, multas in patrem molitus insidias, quomodo eum iam longæuium & minus validum regno priuaret, consilium habuit & cum hiis, quos ad Christianitatem pater eius inuitos coegit. Subito igitur facta conspiratione, Dani Christianitatem abdicantes Suein regem cõstituunt; bellumq; Haroldo indicunt. At ille qui ab initio regni sui totam spem in Deo posuerit; tunc vero maxime Christo euentum rei commendans, cum bellum execraretur; armis se tueri decreuit; & quasi alter David procedens ad bellum, filium lugebat Absoloni, magis illius dolens scelus, quam pericula sua. In quo miserabili & plus quam ciuili bello victa est pars Haroldi. Ipse autem vulneratus ex acie fugiens, ascensa nauis elapsus est ad ciuitatem Slauorum, quæ Iulinum dicitur. A quibus contra spem, quia pagani erant, receptus, post aliquot dies ex eodem vulnere deficiens, in confessione Christi decessit. Cuius corpus in patriam ab exercitu reportatum, apud Roskild ciuitatem, in Ecclesia, quam ipse primus in honorem sanctæ Trinitatis construxit, est sepultum. De cuius fine, cum istum pronepotem suum, qui nunc in Dania regnat Suein interrogare maluerim, velut alter Tydeus, crimen aui reticuit, me vero parricidium exaggerante, hoc est, inquit, quod nos posteri luimus, quod ipse parricida suo piavit exilio. At ille noster Haroldus, qui populo Danorû Christianitatem primus indixit, qui totû septentrionẽ Ecclesiis & prædicatoribus repleuit; ille, inquam, innocens vulneratus, & p Christo à regno expulsus, martyrij gloria, vt speramus, nõ carebit. Regnauit autẽ annos L. obitus eius in festiuitate omnium sanctorum contigit. Memoria eius apud nos & vxoris eius Gunhild perpetua manebit. Hęc in diebus Adaldagi pontificis facta comperimus, cum tamen non omnes eius virtutes explorare potui-

CAP.

XVIII.

CAP. XIX.

mus. Sunt autem qui affirmant per eum gratias sanitatum factas, & tunc cū adhuc viueret & post mortem ad sepulchrum eius, videlicet cæcos frequenter illuminatos fuisse, aliasq; multas cōtigisse virtutes. Certissimū vero est, eum tam nostro populo, quam Transalbianis, & Fresonum gēti, leges & iura cōstituisse, quæ adhuc pro tanti auctoritate viri seruare contendunt. Interea senex Præsul Adaldag⁹ de legatione sua voti cōpos effectus, & in omni opere suo domi forisque prosperatus, in senecta vberi migravit ad Dñm IIII. Kalend. Maij, anno incarnationis Dominicæ DCCCC. LXXXVIII. Indictione I. Anno autem Sacerdotij eius nobiliter administrati LIV. & sepultus est in Ecclesia Bremensi, à capite Leuderici Episcopi à meridiali plaga.

CAP. 71. LIBENTIVS sedit annis xxv. pallium suscepit à Papa xv. Johanne, virgam Episcopale meruit ab Ottone tertio, primus omnium cōsecratus est à suffraganeis. Erat itaq; vir literatissimus, & omni morum probitate decoratus, ab Italia quondam Pontificem sequutus Adaldagum. Cuius etiam vitæ æmulatus & magisterium, solus ex dispositione tanti patris dignus inuentus est, cui Hammaburgēsis cura parochiæ crederetur. Erat enim vir tantæ castitatis, vt raro se mulieribus videndum præbuerit, tantæ abstinentiæ, vt pallida ieiuniis ora portauerit; tantæq; humilitatis ac caritatis, vt in clauistro sicut vnus fratrum vixerit. Multæ nimirum virtutes eius, quippe contentus acquisitis, raro curiam adiit pro acquirendis. Domi sedens quietus, parochiæ suæ curam egit diligentissimam, totumq; studium ad lucra vertens animarum, districtissima regula oēs congregationes suas custodiuit. Archiepiscopus etiam per se curam egit hospitalis, fratribus & infirmis quotidiano ministrans obsequio, ipse quoq; vice sua Xenodochium nepoti suo cōmendauit Libetio. Dum vero adhuc pax esset in Slauania, Transalbianos populos frequenter visitauit, & matrem Hammaburg paterno fouit amore, legationē suam ad gētes, vt prædecessores eius, studiose executus est, licet dierum obstaret malitia. Quo tēpore cum magnam Christianorū persecutionem in Dania Suein rex exercuisset, supplicibus Archiepiscopus legatis, crebrisq; muneribus laborabat, quatenus ferocis regis animum, māsuetum redderet Christianis. Quibus ille reiectis, in sua nimirū crudelitate ac perfidia fauere non cessauit; vnde & ultio diuina regem Deo rebellem est subsequuta. Nam cum contra Slauos bellum susciperet, bis captus est in Slauiam ductus, totiens à Danis ingenti auri pondere est redemptus. Nec tamen adhuc ad Deum reuerti voluit, quem primo in morte patris offendit, & deinde in nece fidelium irritauit, & iratus furore Dñs tradidit eum in manus inimicorum eius, vt discerret non blasphemare. Tunc potentissimus Sueonum rex Hericus, collecto innumerabili, sicut arena maris, exercitu, Daniam inuadit, & occurrit ei Suein à Deo derelictus, frustra sperans in Idolis suis. Sed cum vtrinq; bello nauali, (sic enim gens illa configere solet) omnes copiæ essent Danorum obrita, Hericus rex victor Daniam obtinuit. Suein ergo depulsus à regno dignam factis suis à Deo Zelote recepit mercedem. Et hæc iunior nobis in auo suo Suein recitauit contigisse, iusto Dei iudicio, quoniam illum dereliquit, quem pater eius bonum defensorem habuit.

CAP. 72. Ferunt eo tēpore classem piratarum, quos nostri Ascomānos vocant, Saxoniam appulsam, omnia Fresiæ atq; Hathulæ vastasse maritima. Cumq; per Albiæ fluminis ostium ascēdentes irrumperent prouinciam, cōgregati Saxonum magnates, cum paruum habuissent exercitū, egredientes à nauibus, apud Stadium barbaros exceperunt, q̄ est oportunum Albiæ portus præsidium. Magnum & memoriale, minusque felix erat illud prælium, in quo viriliter vtrisque certantibus, nostri tandem minores sunt reperti. Sueones ergo & Dani totam Saxoniam obtriuere virtutem. Capti sunt ibi Sigafrius Marchio, Thiadericus Comes, & alij illustres viri, quibus vincis post terga manibus, barbari traxerunt ad naues, pedesque eorum cathena strinxerunt, totam exinde prouinciam impune prædantes. Sed cum ex captiuis solus marchio Sigafrius cuiusdam auxilio piscatoris

scatoris furtim noctu sublatu euaderet, piratæ mox in furorẽ versi, omnes quos in vinculis tenuerunt, meliores ludibrio habentes, manibus pedibusq; truncauerunt, ac nare præcisâ deformâtes, ad terram semianimes proiecerunt. Ex quibus nobiles quidam viri erant, qui postea multo superuixerunt tempore, opprobrium Imperio, & miserabile spectaculũ omni facti populo. Quam videlicet plagam mox cum exercitu superuenientes Dux Benno & Sigafrius Marchio vindicarunt, in tantum vt piratæ omnes quos apud Stadium egressos fuisse diximus ab ipsis auxiliante Domino fuerint contriti.

CAP. 74. Altera vero pars *Ascomannorum*, qui per *Wirraham* flumen egressi *Hahele*, vsq; ad *Liestmonam* depredati sunt, cum maxima captiuorum multitudine peruenerunt ad paludem quæ dicitur *Glindefmor*. Vbi à nostris qui posse sequebatur offensi, oēs vsque ad vnum obtruncati sunt; quorum numerus erat xx. milia. Quidam enim eques Saxonum ab eis captus, dum eum Ducem sui facerent itineris, in difficiliora eos paludis loca perduxit, in qua diu fugati, leuiter à nostris sunt superati. Qui *Heriward* nomen habens, perenni Saxonum laude celebratur. Ex illo nimirum tempore piratarum, hostilisque crebra irruptio facta est in hanc regionem. Nam & omnes Saxoniarum ciuitates grandi metu percussæ fuerat; tunc & *Brema* muro muniri cœpit firmissimo. Sed & *Libentius* Archiepiscopus thesaurum Ecclesiæ omniaq; Ecclesiastica fecit ad *Buccensem* deportari preposituram. Tantus itaque timor in finibus huius parochiæ omnibus erat. Nam & ipse Pontifex *Piratas*, qui Episcopatum vastabat anathemate damnauit. Quo rû vnus in *Norwegia* deficiens per annos septuaginta integro corpore permansit, vsque ad *Domini Adalberti* tempora Archiepiscopi, quando *Alwardus* Episcopus illuc veniens defunctum vinculo excommunicationis absoluit, & mox cadauer in cinerem est solutum.

CAP. 75. Post vindictam ergo scelerum, quæ in Ecclesias Dei & Christianos commiserat, *Suein* Rex victus, & à suis desertus, quippe quem Deus deseruit, errabundus & inops auxilij, venit ad *Nordmannos*, vbi *Thrucco* tunc filius *Hacquini* regnauit. Is licet paganus esset, nulla tamen super exulem motus est misericordia. Ita infelix ille, & à toto reiectus orbe, in *Angliam* transfretauit, frustra solatium querens ab inimicis. Eo tempore *Adelrad* filius *Eggaris* Britannis imperauit. Is non immemor iniuriarum, quas *Dani* ex antiquo *Anglis* inflexerant, exulem repulit. Quem tandem, miseratus infortunij, Rex *Scotorum* benigne suscepit, eumque per bis septem annos quibus exulauit, secum detinuit, vsque ad mortem *Herici*. Hæc parricidæ, aui pericula, *Suein* Rex nobis attonitis, exposuit. Deinde ad *Hericum* victorem reflexit narrationem.

CAP. 76. *Hericus*, inquit, duo regna obtinuit, *Danorum Sueonumq;*, & ipse Paganus Christianis valde inimicus. Ad quem missus legatus *Cæsaris* ac *Hammaburgensis* Archiepiscopi *Poppo* quidam, vir sanctus & sapiens, tunc in *Sleswicensem* ordinatus Episcopum, de Regno *Danorum* seu pace Christianorum *Cæsaris* partes exposulauit. Quem etiam aiunt, p assertionem Christianitatis, cum *Barbari* suo more signum quærerent, nil moratum, sed statim ignitum ferrum manu tulisse, & illasum apparuisse. Dumque hoc, facile oem gentilibus erroris ambiguitatem tollere videretur, iterum sanctus Dei pro submouendo gentis illius paganismo, aliud æque magnũ ostendit miraculum: *Tunicam* scilicet indurus ceratam, cū staret in medio populi circo, in nomine Dñi præcepit incendi. Ipse vero, oculis ac manibus in cælum tensis, liquentes flammæ, tam patienter sustinuit, vt veste prorsus ambusta & in fauillam redacta, hilari, & iocundo vultu nec fumum quidem incēdij sensisse testatus sit. Cuius nouitati miraculi, & tunc multa milia per eum crediderunt; & vsque hodie per populos & Ecclesias *Danorum* celebre *Popponis* nomen effertur. Hæc aliqui apud *Ripam* gesta confirmant, alij apud *Sleswig*. Claruit etiam tunc in *Dania*, *fælicis* memoriæ, *Odinkar* senior, de quo supra diximus, qui in *Finne*, *Seland*, *Sconia*, ac in *Suedia* prædicans, multos ad Christianam fidem conuertit. Eius discipulus & nepos fuit alter *Odinkar*

CAP. 77. *Hericus*, inquit, duo regna obtinuit, *Danorum Sueonumq;*, & ipse Paganus Christianis valde inimicus. Ad quem missus legatus *Cæsaris* ac *Hammaburgensis* Archiepiscopi *Poppo* quidam, vir sanctus & sapiens, tunc in *Sleswicensem* ordinatus Episcopum, de Regno *Danorum* seu pace Christianorum *Cæsaris* partes exposulauit. Quem etiam aiunt, p assertionem Christianitatis, cum *Barbari* suo more signum quærerent, nil moratum, sed statim ignitum ferrum manu tulisse, & illasum apparuisse. Dumque hoc, facile oem gentilibus erroris ambiguitatem tollere videretur, iterum sanctus Dei pro submouendo gentis illius paganismo, aliud æque magnũ ostendit miraculum: *Tunicam* scilicet indurus ceratam, cū staret in medio populi circo, in nomine Dñi præcepit incendi. Ipse vero, oculis ac manibus in cælum tensis, liquentes flammæ, tam patienter sustinuit, vt veste prorsus ambusta & in fauillam redacta, hilari, & iocundo vultu nec fumum quidem incēdij sensisse testatus sit. Cuius nouitati miraculi, & tunc multa milia per eum crediderunt; & vsque hodie per populos & Ecclesias *Danorum* celebre *Popponis* nomen effertur. Hæc aliqui apud *Ripam* gesta confirmant, alij apud *Sleswig*. Claruit etiam tunc in *Dania*, *fælicis* memoriæ, *Odinkar* senior, de quo supra diximus, qui in *Finne*, *Seland*, *Sconia*, ac in *Suedia* prædicans, multos ad Christianam fidem conuertit. Eius discipulus & nepos fuit alter *Odinkar*

- kar iunior, & ipse nobilis de regio semine Danorū, diues agri, adeo vt ex eius patrimonio Episcopatum Ripensem narrēt fundatum. Quem dudū Bremæ scholasticus traditum, Pontifex Adaldagus manibus suis baptizauit, suoq; nomine Adaldagus vocauit. Is ergo à Libentio Archiepiscopo nunc ordinatus in gētes, apud Ripam sedem accepit. Nam & illustri vita & sanctæ conuersationis Deo & hominibus acceptus erat, & Christianitatem in Dania fortissime defendit. Hos vero comperimus illo tempore claros in ea regione, aliis qui adhuc superuixerant à diebus Adaldagi non ociosis. Qui etiam in Norwegiam progressi populū multum Iesu Christo collegerunt. A quibus traditur Olaph Thruconis filius, qui tunc Nordmannis imperauit baptizatus, ex ea gente primus fuisse Christianus. Olaph Thruconis filius à Norwegia expulsus, venit in Angliam, ibique suscepit Christianitatem, quam ipse primus in patriam reuexit, duxitque à Dania uxorem superbissimam Thore, cuius instinctu Danis etiam bellum intulit. Alij dicunt olim & tunc ab Anglia quosdam Episcopos vel presbyteros euangelizandi gratia egressos à Domino, & ab illis Olaph baptizatum & ceteros. Quorum precipuus erat Iohannes Episcopus quidam, & alij de quibus postea dicemus. Sed si hoc ita est, non inuideat mater Hammaburgensis Ecclesia, si filiis suis etiam extranei benefecerint, dicens cum Apostolo; Quidam prædicant per inuidiam & contentionem, quidam autem propter bonam voluntatem & charitatem. Quid enim? Dum omnimodo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annūciatur, & in hoc, inquit, gaudeo & gaudebo.
- CAP. 78.** Hericus igitur Sueonum Rex in Dania conuersus ad Christianitatem, ibi baptizatus est. Qua occasione prædicatores à Dania in Suediam transeuntes, fiducialiter agebant, in nomine Dñi. Dicebat tamen clarissimus Suein Rex Danorū, Hericum, post susceptā Christianitatem, denuo ad paganismum relapsus fuisse. Quod vero cum Ottone tertio pugnauerit, & victus sit, Rex tacuit, sed ab alijs audiuit. Mortuo post hæc Herico, Suein ab exilio regressus, obtinuit regnum Patrum suorum; Anno depulsionis & peregrinationis suæ xiv. Accepitq; relictam Herici uxorem, matrē Olaph, quæ peperit ei Knut, sed nihil illi affinitas cōubij profuit, cui Deus iratus erat. Olaph autē Rex Sueonum Christianissimus, filiam slauorum Estred nomine de Obodritis accepit uxorem, ex qua genitus est ei filius Iacobus, & filia Ingard, quam Rex Gerzleff de Ruzzia duxit in coniugium. Olaph sane qui post obitum patris sui Herici regnum super Sueones accepit, cū exercitu superueniens, infelicem Suein iterum à Regno expulit, & Daniam obtinuit. Suein autem cognoscens quia Dñs ipse est Deus, rediit in semetipsum, & peccata sua præ oculis habens, pœnitensq; orauit ad Dñm; qui exaudiens eum, dedit illi gratiam in cōspectu inimicorum suorum, restituitq; eum Olaph in Regnum suum, eo q; matrem suam habuerit uxorem. Feceruntque pactum ad inuicem firmissimum, vt Christianitatem in Regno suo plantatam retinerent, & in exteris nationes effunderēt. Audiens autem Olaph Thrucci fili⁹ Rex Nordmannorum, de coniunctione Regum, iratus est contra Suein nimis, ratus illum quasi à Deo derelictum, totiensque depulsum, à sua etiam multitudine facile posse depelli. Collecta igitur classe innumera, bellum intulit regi Danorum, inter Scōniam & Seland, vbi solent reges nauali configere bello. Est autem breuis traiect⁹ Baltici maris Halsingburg, in quo loco Seland à Sconia possit videri, familiare latibulum piratis. Ibi ergo congressi, Nordmanni à Danis sunt victi & fusi. Olaph namque Rex, qui forte solus remanserat, in mare se præcipitans, dignum vitæ finem inuenit. Vxor autem eius post mortem viri, fame, inediaque, vt digna erat, vitam miserabiliter consumpsit. Narrant itaque aliqui illum fuisse Christianum, alij Christianitatis desertorem; oēs autem affirmant peritum auguriorum, seruatorem fortium, & in auium prænosticis omnē spem suam posuisse. Quare etiam cognomen accepit, vt Olaph diceretur. Nam & artis Magicæ, vt aiunt, studio deditus, omnes, quibus illa redundat patria, maleficos habuit domesticos, eorumque deceptus errore periit.

CAP.
XXVII.CAP.
XXVIII.CAP.
XXIX.

24.

Interea

CAP. 83.

Interea millesimus ab incarnatione Domini feliciter impletus est ann^o, & hic est annus Archiepiscopi XII. Sequenti vero anno fortissimus Otto Imperator, qui iam Danos, Slauos, itemque Francos & Italos domuerat, cum iam tertio Romam victor intrasset, immatura morte præuentus occubuit in Domino. Post cuius mortem Regnum in contentione remansit. Tunc Slaui à Christianis iudicibus plus iusto compressi, excusso tandem iugo seruitutis, libertatem suam armis defendere sunt coacti. Principes autem Winulorum erant Mizzidrog, & Mistrowoi, quorum ductu seditio inflammata est. Hiis ergo ducibus Slaui rebellantes, totam primo Nordalbingiam ferro & igne depopulati sunt. Deinde reliquam peragrantes Slauaniam, omnes Ecclesias incenderunt, & ad solum vsque diruerunt. Sacerdotes autem reliquosque Ecclesiarum ministros variis enecates suppliciiis, nullum trans Albiam Christianitatis vestigium reliquerunt. Apud Hamburg eo tempore ac deinceps multi ex clero & ciuibus in captiuitatem ducti sunt, plures etiam interfecti propter odium Christianitatis.

CAP.
XXX.

25.

CAP. 84.

Narravit nobis diu memorandus Rex Danorum, qui omnes Barbarorum res gestas ac si scriptæ essent, in memoria tenuit, Aldinburg civitatem populosissimam de Christianis inuentam esse. Sexaginta, inquit, presbyteri, cæteris pecudum more obruncatis, ibi ad ludibrium seruati sunt, quorum maior loci Præpositus Oddar nomen habuit, noster consanguineus. Ille igitur cum cæteris tali martyrio consummatus est, ut cute capitis in modum crucis incisa, ferro cerebrum singulis apertiretur. Deinde ligatis post terga manibus professores Dei per singulas Slauorum tracti sunt ciuitates, aut verberæ, aut alio modo vexati, quousque deficerent. Ita illi spectaculum facti, & angelis & hominibus in stadij medio iv. Non. Iunij victorem exhalauerunt spiritum. Multa nimirum in hunc modum per diuersas Slauorum prouincias tunc facta memorantur, quæ scriptorum penuria pro fabulis habentur. De quibus cum Regem amplius interrogarem, Cessa, inquit, fili, tantos habemus in Dania vel Slauania martyres, quod vix possent libro comprehendi. Omnes igitur Slaui, qui inter Albiam & Oddoram habitant, per annos LXX. & amplius Christianitatem coluerunt, omni videlicet tempore Otthonum, talique modo se à corpore Christi & Ecclesiæ, cui ante coniuncti fuerant absciderunt. O vere super homines occulta Dei iudicia, qui miseretur, cui vult, & quem vult indurat! Cuius omnipotentiam mirantes, videmus eos ad paganismum esse relapsos, qui primi crediderunt: illis ad Christum conuersis, qui nouissimi videbantur. Ille igitur iudex, iustus, fortis, & patiens, qui olim, deletis coram Israel septem gentibus Chanaan, solos reseruauit Allophylos, à quibus transgressi punirentur. Ille, inquam, modicam gentilium portionem nunc indurare voluit, per quos nostra confunderetur perfidia.

26.

27.

CAP.
XXXI.

CAP. 85.

[Eo tempore Dux Slauia petiit filio suo neptem Ducis Bernardi dari in coniugium, quod & Dux consensit. Tunc Princeps Winulorum misit filium suum cum Duce in Italiam, cum mille equitib^o, qui fere omnes ibi sunt interfecti. Post hæc cum fili^o Ducis Slauia pollicitam sibi expeteret vxorem, Thiadericus Marchio interceptit consilium, proclamans consanguineam Ducis non esse dandam cani. **¶** Thiadericus Slauorum erat Marchio, cuius ignauia coegit eos fieri desertores. Qui postmodum ab honore suo depulsus, & ab omni hæreditate sua, apud Magdeburg præbendarius, vitam, ut dignus erat, mala morte finit. Eodem tempore venerabilis Comes Henricus in Rosafeldan fecit præposituram, annuente Libentio Archiepiscopo & Ecclesiam consecrante.] Hæc facta sunt vltimo tempore senioris Libentij, sub Duce Bernardo, filio Hermanni, qui populum Slauorum grauiter afflixit. Quo etiam tempore contentio Bernarij Ferdensis Episcopi de Ramsola coram Papa Sergio est terminata.

CAP.
XXXII.

Anno igitur Archiepiscopi XXII. Benno Dux Saxonum obiit, & Ludgerus frater eius, qui cum vxore sua venerabili Emma, Bremensi Ecclesiæ plurima bona fecerunt. Apud Magdaburg vero Gisilario Archiepiscopo Daganus successit.

Deinde Walthardus meruit cathedram. Interea Archiepiscopus noster de legatione sua in gentes sollicitus, plures ordinauit Episcopos, quorum nomina & sedes incertae sunt, quia tempus persecutionis incubuit. Sicut enim patrum relatione cognouimus, Esico apud Sliaswig Popponi successit Odinkar, qui apud Ripam insignis fuit, ut supra diximus. Et sermo est post obitum Adaldagi Archiepiscopi, totam regionem Iutland usque ad nostram aetate in duos Episcopatus bipartitam esse: tertio apud Arhusan deficiente. In Slauaniam vero ordinauit Archiepiscopus Folcquardum; deinde Reginbertum: quorum prior a Slauania pulsus, in Sueoniam vel Nordmanniam missus est ab Archiepiscopo, qui multos in Domino lucratus, cum gaudio remeauit. Post haec omnibus bene compositis, obiit beatus Archimandrita Libentius, vnaque Ferdensis Episcopus, Anno Domini M.XII. Indictione XI. & sepultus est in medio chori, ante gradus sanctuarij, pridie Nonas Ianuarij.

CAP. 86. VNWANVS Archiepiscopus sedit annis xvi. Ferulam suscepit ab Heinrico Imperatore, Pallium a Papa maiore Benedicto, de Choro Padarbournensi assumptus est. Clarissimo genere Immedingorum oriundus. Praeterea diues & largus, omnibus hominibus acceptus, Clero autem apprime beneuolus, quibus etiam hortatu Libentij tunc Praepositi curam Bodegun obtulit, cuius seruitium esset per natales Apostolorum. Vnwanus Archiepiscopus primus omnium congregatio- nes ad Canonicam traxit regulam, quae antea quidem mixta ex Monachis & Canonicis conuersatione degebat. Ille omnes ritus Paganicos, quorum adhuc superstitione viguit, in hac regione, praecipit funditus amoueri, ita ut ex lucis quos nostri paludicolae, stulta frequentabant reuerentia, facerent Ecclesias duodecim renouari, ex quibus etiam basilicam sancti Viti extra oppidum construere, & Capellam sancti Willehadi combustam iussit reparari. Ipso tempore ferunt aggerem Brementensem firmatum, contra insidias & impetus inimicorum, praecipue quoniam Dux Bernardus, Heinrico Imperatori ausus rebellare, terruit & turbauit omnes Ecclesias Saxoniae. Ex illo enim tempore, quo Dux in hac constitutus est regione, nunquam discordia inter geminas domos, scilicet Archiepiscopi & Ducis, cessauit: Illis impugnantibus Regem & Ecclesiam, istis pro salute Ecclesiae certantibus. Haec aemulatio partium, dum prius occulta esset, ex eo tempore vires accepit & creuit in immensum. Bernardus enim Dux tam auitae humilitatis, quam paternae religionis oblitus, primo quidem per auaritiam gentem Winulorum crudeliter opprimens, ad necessitatem Paganismi coegit. Deinde per superbiam beneficiorum immemor, totam secum ad rebellandum Caesari mouit Saxoniam. Nouissime surgens in Christum, Ecclesias huius patriae non dubitauit impugnare, praecipue nostram, quae & ditior eo tempore caeteris, & remotior videbatur a manu Imperatoris. Huius impetum viri VNWANVS Archiepiscopus, sua taliter magnanimitate refregisse dicitur, ut praepudore sapientiae ac libertatis Episcopi, cogere- tur ipse Dux, Ecclesiae, cui ante aduersatus est, deinceps hilaris & beneuolus in omnibus existere. Ergo habito nostri Pontificis consilio, rebellis tandem flexus Princeps apud Scalchinburg Caesari Heinrico supplex dedit manus. Moxque fauente VNWANO, Slauis tributo subiectis, pacem reddidit Nordalbingis & matri-

CAP. 87. Hammaburg. Ad cuius restorationem venerabilis Metropolitanus post Slauanicam cladem, ciuitatem & Ecclesiam fecit nouam, simul ex singulis congregationibus suis, quae virorum essent, tres eligens fratres, ita ut duodecim fierent, qui in Hammaburg Canonica degerent conuersatione, populum ab Idololatriae reuocantes errore. Ordinauit etiam in Slauaniam mortuo Reginberto, Benonem virum prudentem, qui de fratribus Hammaburgensis Ecclesiae electus, in populo Slauorum, multum praedicando fructum attulit. In Dania superuixerunt Poppo Theologus, & ille nobilis Odinkar Episcopus, quem pro fide & sanctitate vitae familiarissimum habuit Archiepiscopus. Hos duos Episcopos solummodo in Iutland fuisse comperimus, antequam Knut Regnum intraret. Solus autem ex nostris Odinkar transmarinas aliquando visitauit Ecclesias, Esico domi sedit, & caeteros persequ-

CAP.
XXXII.

29.

30.

CAP.
XXXIV.

31.

sequutio retardauit. Archiepiscopus etiam alios viros doctissimos ordinauit in Norwegiam & Suediam: Alios vero in Anglia ordinatos, pro amicitia Regum, cum satisfacerent, ad ædificandam dimisit Ecclesiam. Multos enim eorum secū retinens, omnes autem, cum abirent donis cumulās, ad subiectionem Hamma-burgensis Ecclesiæ reddidit voluntarios.

CAP. 88. VNWANVS igitur Archiepiscopus cum esset vir nobilissimus, æque nobilē ac sufficientem libertati suæ sortitus est Episcopatum, in quo & suam posset ostēdere magnitudinem, & necessitati simul Ecclesiæ prodesse. Quare Thesaurum Ecclesiæ diu sollicitēq; collectum, & quasi minus necessarium, si infra patietes clauderetur, ipse ad commodum suæ legationis ita curauit expendere, vt ferocissimos Aquilonis Reges hilaritate suorum munerum, ad omnia quæ voluit benignos obedientēsq; haberet. In qua re non multum, vt arbitror, peccauit, quia scminauit carnalia, vt meteret spiritualia. Quin imo largitio eius in nouella gentium cōuersione vtilissima videbatur: neq; adeo nocuit Ecclesiæ, quæ præcedentium diligentia patrum erat opulentissima. Credo enim eum secutū sancti Angarij exemplum, & cuiusdam in Ecclesiastica historia, Theotimi Scytharū Episcopi, quorū alter legitur incredulos Reges donis placasse; Alter vero Barbaros natura feroces, epistolis, muneribusq; mansuefecisse laudatur. Hæc in Apologum Præfulis dicta sufficiant, nunc per Historiæ ordinem redeamus ad Ecclesiæ legationem, quæ tempore Vnwanī prosperrime gesta cognoscitur.

CAP.
XXXV.

CAP. 89. Suein Rex Danorum atq; Nordmānorum veteres iniurias, tam occisi fratris, quā suæ repulsionis vlturus, classe magna trās fretauit in Angliam, ducens filium suum secum, & Olaph filium Craccaben, de quo supra dictum est. Itaque multo tempore plurimis præliis aduersum Anglos exactis, Suein veteranum Regem depulit Erhilredum, & Insulam in sua tenuit ditione, verum breui tempore. Nam tertio Mense postquam victoriam adeptus est, ibidem morte præuentus occubuit. Knut filius Suein Regis cum exercitu reuersus in patriam, denuo bellū molitur in Anglos. Olaph à Nordmannis electus in Principem, separatus est à Regno Danorum. Tunc vero Knut ancipiti casu turbatus, pactum iniit cum fratre filio Herici, qui regnauit in Suedia, eiusq; fultus auxilio, deliberauit primo quidam Angliam subiugare, deinde Norwegiam. Itaque mille nauibus Knut armatus, Oceanum transiuit Britannicum; per quem, quod nauitæ referunt, à Dania in Angliam, flantibus Euris, triduo vela panduntur. Hoc autem mare magnū & valde periculosum, à læua Orchadas habet, dextrorsum Frisiam attingit. Triennio ergo Knut Britanniam oppugnauit, & Adrad Rex Anglorum apud Lundonam obsessus obiit, simul vitam amittens cum regno, iusto Dei iudicio, qui fratre per Martyrium consummato xxxviii. annis sceptrum sanguine polluit. Is parricidium taliter expiauit. Relinquens filium paruulum nomine Eduardum, quem ab Imma vxore sua suscepit. Frater vero Adelradi Emūd vir bellicosus ob gratiam victoris, veneno extinctus est. Filiiq; eius in Ruzziam exilio sunt damnati. Knut ergo Adelradi regnum accepit, vxoremque eius Immam, sororem Richardi Comitis Nordmānorum sibi coniugio copulauit, & germanam suam Margaretam pro scedere. Quam deinde repudiatam à Comite, Knuth Rex dedit Wolf Duci Angliæ, eiusque Wolf sororem copulauit Duci Guduino, callide ratus Anglos per connubia Danis fideliores. Quæ res eū non fefellit. Et Richardus quidem Comes iram Knut declinās, Hierosolymam profectus, ibidem obiit, relinquens filium in Nordmānia nomine Robertum, cuius filius est iste Willelmus, quem Franci Bastardum vocant. Wolf autem ex sorore Regis Knut filios suscepit, Bern Ducem, & Suein Regem Guduin à sorore Wolf Ducis, Suein, Tostin, & Haroldum genuit parridas. Quam generationis seriem, quoniam secuturæ lectioni vtilem iudicauimus, hic inferere videbatur.

CAP.
XXXVI.

32

CAP.
XXXVII.

33

34

35

CAP. 92. Victor ergo Knut ab Anglia rediens in ditione sua per annos multos regnum Daniæ possedit & Angliæ. Quo etiam tempore multos in Daniam ab Anglia adduxit Episcopos. De quibus, Bernardum posuit in Sconiam, Gerbrandum in

CAP.
XXXVIII.

Selandiam, Reinherum in Finne. Quod zelatus noster Archiepiscopus Gerbrandum redeuntem ab Anglia cepisse dicitur, quem ab Elnodo Archiepiscopo Anglorum ordinatum esse cognouit. Ille vero ut necessitas persuasit, satis faciens, fidelitatem Hammaburgensi Ecclesie cum subiectione debita spondens, familiarissimus deinceps Archiepiscopo nostro effectus est. Per quem ille suos etiam legatos ad Knut Regem transmittens cum muneribus, congratulatus est ei de reb⁹ bene gestis in Anglia: sed corripuit eum de presumptione Episcoporum, quos transtulit ex Anglia: quod Rex grater accipiens, ita postmodum coniunctus est Archiepiscopo, ut ex sententia eius omnia deinceps facere maluerit. Hæc nobis de auunculo suo Rex Danorū innōtuit, nec de captione Gerbrandi tacuit.

CAP. 93.

Anno Pontificis Vnwanī XII. Henricus Imperator, iustitia & sanctitate insignis, cum iam Saxones, Italos, & Burgundiones Imperio subiecerat, ad cælestem migravit imperium. Cui etiam successit in sceptro fortissimus Cæsar Conradus; mox Polanos & Regem eorum Misungum magna virtute perdomuit, & auxiliares eorum Bohemos, cæterosque Slauorum populos sub tributum misit. Cum Rege etiam Danorum siue Anglorum, mediante Archiepiscopo pacem fecit, [cuius & filiam filio suo deposcens uxorem, dedit ei ciuitatem Sliaswig cum Marchia, quæ trans Egdoram est, in fœdus amicitie. Et ex eo tempore fuit Regum Dania.]

CAP. XXXIX.

CAP. 94.

Inter Knut & Olaph Regem Nordmannorum continuum fuit bellum, nec cessauit omnibus diebus vitæ eorum; Danis pro Imperio certantibus, Nordmannis vero pro libertate pugnantibus. In qua re iustior erat causa regis Olaph, cui bellum necessarium magis fuit, quam voluntarium. Si quando autem tempus à bellorum motibus quietum erat, idem Olaph iudicio & iustitia Regnum gubernauit. Inter cætera enim virtutum opera magnum Dei zelum habuit, ita ut maleficos de terra disperderet, quib⁹ cū tota Barbaries exundet, præcipue Norwegia talibus monstris plena est. Nam Diuini, & Augures, Magi, & Incantatores, cæteri; satellites Antichristi ibi habitant. Quorū præstigiis & incantationibus infelices animæ ludibrio à Dæmonibus habentur. Hos oēs, & huiusmodi, beatissimus Rex Olaph persequi decreuit, ut sublatis scandalis, firmiter in Regno suo Religio Christiana elucesceret: habuit etiam secum Episcopos & Presbyteros multos ab Anglia, quorum monitu & doctrina, cor suum Deo preparauit, subiectumque populum ad regendum commisit. Ex quibus clari doctrina & virtutibus erant Sigafriid, Grimkil, Rodulf, & Bernard. Hij iussu Regis ad Suediam & Gothiam, & ad cæteras Insulas, quæ trans Nordmanniam sunt, accedentes, Barbaris verbum Dei & Regnum Iesu Christi euangelizabāt. Misit etiā Rex nuntios ad Archiepiscopum nostrum cum muneribus, petens suppliciter, ut Episcopos eius benigne reciperet, suosq; ad eum transmitteret, qui rudem Nordmannorum populum in Christianitate confortarent. Simili autem Religionis amore alter Olaph in Suedia dicitur floruisse. Is subditos sibi populos ad Christianam volens conuertere fidem, magno laborauit studio, ut templum Idolorum Vbsola, quod in medio Sueonia situm est, destrueretur. Cuius intentionem Pagani metuentes, placitum cum Rege constituerunt, ut si ipse Christianus esse vellet, optimam Suediæ Regionem, quam vellet suo iure teneret, in qua Ecclesiam & Christianitatem constituens, nemini de populo vim recedendi à cultura Deorum inferret, nisi qui sponte ad Christum vellet conuerti. Huiusmodi Rex placito gauisus, mox in Occidentali Gothia, quæ Danis, proxima est vel Nordmannis, Ecclesiam Deo sedemq; fundauit Episcopalem. Hæc est ciuitas Scaranæ maxima, in qua petente Christianissimo Rege Olaph primus ab Vnvano Archiepiscopo, Thurgot est ordinatus Episcopus. Ille vero strenue legationem suam agens in gentibus, duos nobiles Gothorū populos Christo suo lucratus est labore. Per illum ergo Episcopū Rex Olaph ingētia Metropolitano Vnvano direxit munera. Præterea duos idem Rex fertur habuisse filios, quos ambos vna cum

CAP. XL.

CAP. XLII.

cum vxore sua ac populo baptizari præcepit. Quorum alter qui natus est à cõcubina, Emund nomen habuit: Alter Anund, quem Rex à legitima genuit vxore, qui cognomento fidei, & gratiæ dictus est Iacobus. Iuuenis quidem ætate, verum sapientia & pietate oēs præcessit, qui fuerunt ante eum; nec quispiam Regū fuit populo Sueonum tam acceptus sicut Anundus.

CAP. 95. Eo tempore cum esset pax firma inter Slauos & Transalbianos, Vnwanus Archiepiscopus Metropolim Hammaburg renouauit, Clerumque dispersum colligans, magnam ibidem tam ciuium quam fratrum multitudinem adunauit. Itaque cum Duce Bernardo frequenter inhabitans locum, sæpe dimidium annum vixit in Hammaburg, gloriosissimum Regem Knut inuitans ad colloquium, Slaunorumq; Satrapas Vtonem & Sedericum. Tali modo Pontifex Vnwanus domi forisque clarus, Legationem suam in gentibus narratur implese. Nunc restant dicenda, quæ de martyrio Regis Olaph fama volante cognouimus.

CAP. XLII.

CAP. 96. Olaph igitur Nordmānorum Rex clarissimus, contra Knut Regē Danorum, qui Regnū suum impugnauit, perpetuo decertabat prælio, tandemq; seditione Principum suorum, quorū vxores propter maleficia à Regno sustulit, Nordwegia depulsus est. Et regnauit Knut in Nordmānia simul & Dania, quod nulli Regum prius contingere potuit in Dania. Olaphi vero Rex beatissimus totam spem fiduciamque suam in Domino ponens, denuo ad comprimendos Idololatrias, bellum instaurat. Itaque ab Olaph Sueonum Rege, cuius habebat filiam, & populis Insularum infinitam armatorū congregans multitudinē, patrium regnum vi recepit & armis. Vnde Rex Christianissimus fortitudine in hostes, & iustitia in suos celebris, ad hoc se in Regnum à Deo credidit restitutum, vt iam ex tunc nemini parcere debuisset, qui vel Magus permanere vellet, aut Christianus fieri detrectaret. Et cum magna ex parte votum suum impleset, pauci qui ex Magis remanserant, in vltionem eorum quos Rex damnauit, ipsum etiam obruncare non dubitarunt. Alij vero dicunt eum in bello peremptum. quidam autē in medio populi circo, ad ludibrium magis expositum. Sed & alij sciunt illum ob gratiam Knut Regis latenter occisum: quod & verum esse non diffidimus, eo quod Regnum eius inuaserit. Igitur Olaph Rex & Martyr, tali fine consummatus est, corpusque eius in ciuitate magna Regni sui, quæ Throndepnis dicitur, cum decenti est honore tumulatum. Vbi vsque hodie pluribus miraculis & sanitatibus, quæ per eum fiunt, Dominus ostendere dignatus est; quanti meriti sit in cælis, qui sic glorificatur in terris. Regnauit autem annis XII. Cuius passionis festiuitas agitur iv. Kalend. Augusti: omnibus Septétrionalis Oceani populis, Sueonum, Gothorum, Semborum, Danorum atque Slauium æterno cultu memorabilis.

CAP. XLIII.
36.

CAP. 97. Per idem tempus quidam ab Anglia, Wulfredus nomine, instinctu Diuini amoris Suediam ingressus, Paganis verbum Dei cum magna fiducia prædicauit. Qui dum multos prædicatione sua ad fidem Christianam conuertisset, Idolum gentis nomine Torstan, in Concilio Paganorum cepit anathematizare, simulq; arrepta bipenni simulachrum in frustra concidit. Qui pro talibus ausis, statim mille confossus vulneribus, animam martyrij laurea dignam trāsmisit in cælum. Cuius corpus Barbari laniatum, post multa ludibria merferunt in paludem. Hæc veraciter comperta, memoriæ tradidi: quamuis sint & alia, quæ adhuc scribi digna sint. Verum de Vnwano, & quæ suo tempore gesta sunt, sufficienter dictum est, & sicut æstimo, fideliter. Apud Magdaburg ipso tempore Walthardo successit Gero, deinde Hunfrid, ambo viri sancti, & Episcopali nomine digni. Deinde obiit gloriosus Archiepiscopus Vnwanus vi. Kalend. Februarij: Anno Domini M. XXIX. Indictione XII. & sepultus est iuxta prædecessorem suum à latere sinistro. [Et ipso tempore migravit Poppo celeberrimus Danorum Episcopus, cui mox subrogatus Esico, cum ad Egdoram fluuium peruenisset, ibidem ægritudine correptus obiit.]

CAP. XLIV.

CAP. 98. LIBENTIVS sedit annos fere quatuor. Is cum esset nepos alterius Libentij; &

CAP. XLV.

tij; & tunc maior domus Præpositus, fauore Gyslæ Imperatricis Ferulam suscepit à Cæsare Cōrado; Pallium vero à Papa Iohanne XIX. Vir simplex & rectus ac timens Deum. Cumq; omnibus esset affabilis, singulari quodam amore Clerum dilexit, inopum necessitatib⁹ erat valde compatiens. Ipse igitur vicum trans flumen ab incolis terræ precio redimens, & fratribus offerens xxx. ex eo per annum dari conuiuia statuit. At vero Xenodochij talem omnino sollicitudinem curauit habere, vt in hac parte sola, negligentias omnium prædecessorum sanare videretur. Adeo redundauit Episcopatus & Præpositura & Xenodochium, vt vix egēs quisquam posset inueniri. Sed forte hoc incredibile videtur hiis, qui huius temporis egestatem vident: nec fortasse tunc quisquam crederet, ea futura, quæ nūc facta videntur. Libentius itaque bonus in Præpositura, multo melior in Cathedra, Legationem suam ad gentes feruenti animo ingressus est. Et primo omnium concilians sibi Knut Regem Danorum, in Seland Gerbrando subrogauit Auocōnem, in Aldenburg ordinauit Meinherum, Thurgoto autem successorem posuit de Ramsola Gotescalcum Episcopum. Illis namque diebus beatissimus Thurgot Episcopus, pro labore prædicationis Bremæ cū Archiepiscopo diutius consistens, asperrimo lepræ percussus morbo, diem vocationis suæ cum magna expectauit patientia. Tandemque bono consummatus fine, in sancti Petri sepultus est Basilica. Vbi & Folquardus & Harich, & magnus Odinkarus, & Poppo in pace requiescunt. Aderant vero tunc cum Archiepiscopo Prædicatores inelyti, Odinkar iunior, Sigafriid à Suedia, Rodolf à Nordmannia Episcopi, narrantes ei quanta fecerit Dominus in salute gentium, quæ quotidie conuertebantur ad Dominum. Quos noster Pōtifex, vt par fuit, honorifice dimissos ad prædicationem denuo misit.

- CAP. 99. Tempore illo Conradus Imperator, filiam Knut Regis, Heinrico filio suo accepit in matrimonium. Et regio statim fastu Italiam ingressus, Knut Regem itineris sui habens comitem, potentia trium Regnorum Barbaris gentibus valde terribilem. Regno fecit iustitiam. Ille autem cum tres haberet filios, singulos super singula Regna posuit, ipse aliquando visitans Danos, aliquando vero Nordmannos, sapissime autem sedit in Anglia. Archiepiscopus igitur crebro Metropolim Hammaburg visitauit. Nam eo tēpore virtute Knut Regis, & Ducis Bernardi pax firma trans Albiam erat, cum etiam Cæsar Winulos bello domuerit. Principes enim eorū Gneus & Anatrog Paganæ erant, Vto vero tertius, filius Mistiwoi male Christianus. Vnde & pro crudelitate sua à quodam Saxonum transfuga interfectus est, filium habens Gotescalcum, qui per idem tempus apud Luniburg, Monasterium Ducis, liberalibus erudiebatur studiis, Gothescalco Gothorum Episcopo eiusdem cœnobij curam agente. Verum is comperta morte parentis, ita furore commotus est, vt reiectis cum fideliteris, arma corripere, amneque transmissis, Winulis se Dei inimicis coniungeret. Quorum fretus auxilio, Christianos impugnans, multa milia Saxonum, in patris prostravit vindictā. Hunc tandem quasi latronum Principem, Bernardus Dux capiens, in custodia tenuit, virumq; arbitrans fortissimum, iuncto secum fœdere, dimisit eum. Qui veniens ad Knut Regem, profectus est cum eo in Angliam, & ibi mansit multo tēpore. Interea Archiepiscopus piis operibus semper intentus, Ecclesiam suam episcopaliter exornauit, & filios Ecclesiæ pastoraliter educans, omnibus erat acceptus, etiam, quod difficile est, Principib⁹. Suo ergo tempore Bernardus Dux, & frater eius Theotmarus, exhortante piissima Emma, quæ Ecclesiam valde dilexit, Bremensi Ecclesiæ multa bona fecerunt, suumq; Thesaurum Deo & Genetrici eius, sanctoque Willehado confessori eadem Emma fere totum obtulit. Quæ etiam pro dilectione Pontificis omnes Ecclesiæ filios, tanquam sui essent, fouit. Inuiderunt ergo nobis fata, ne diu tali frueremur pastore, qualis erat Libentius, dilectus, inquam, Deo & hominibus. Qui in festiuitate sancti Bartholomæi duas, vt aiunt, ægrescens celebrauit missas, finitoque pro more Psalterio, suis æternū lugentibus, eadem die gaudens migravit ad Dominum.

Cuius

37.

CAP.
XLVI.CAP.
XLVII.CAP.
XLVIII.CAP.
XLIX.

38.

Cuius obitus contigit anno Domini M. XXXII. Indictione XIII. VIII. Kalend. Septembris.

CAP.
102.

HERMANNVS sedit annos vix tres. Cambuccam Pastoralē à Cæsare Conrado meruit: Pallium à Papa minore Benedicto, ab Haluerstatiensi Choro electus, Ecclesiæ eiusdē Præpositus fuit. Vir, vt aiunt, miræ simplicitatis, sed parum habens prudentiæ serpentis; ideoq; facile deceptus à clientibus, raro Parochiam visitauit. Semel Hammaburg accessit, & tunc cum exercitu veniens, Episcopatum, quasi non suum, despoliauit, abiensque velut terram saluginis dereliquit. Rapacitatis incentor & auctor consiliorum, quidam Macco fuit, Archiepiscopi vicedominus. Cæterum nobiles viros habuit Capellanos, Thiadericum & Sindgerum, quem deinde Romana sedes Clementem appellauit. Subdiaconus autē ei⁹ erat Adelbertus, postea noster Archiepiscopus, iam tunc minax vultu & habitu, verborumque altitudine audientibus suspectus. Pontifex ergo paruipendens omnia quæ in Episcopatu inuenit, primo quidem Musicum Guidonē Bremam adduxit, cuius industria Melodiam, & Claustralem disciplinam correxit. Quod solum ex eius prospere cessit operibus. Deinde antiquissimum sancti Michaelis Oratorium diruens, corpora trinm prædecessorum ei⁹: scilicet Adalgarij, Høgeri, & Reinwardi ab eo loco sustulit, ac recondidit in maiori Basilica, sub ipso tribunali. Tunc magnum & vtile ingressurus opus, murum ciuitati circumdare voluit, vixq; iactis fundamentis, cum opere vitam finiuit. Ita magnus ille Pontifex Hely, dum suos à rapina non corripuit, etiam in bonis aliquibus, Deo vltionum displicuit. Mortuus est autem in Episcopatu Haluerstatiensi, dum esset in Prædio suo Hildenrothe. Corpusque eius Bremam reuectum subterratum est in medio Chori. Obiit vero quarto Kalend. Octobris.

CAP. L.
39.

40.

CAP.
103.

BEZELINVS cognomento Alebrandus sedit annis decem, vir omni bonorum genere decoratus, Episcopali dignus officio, dilectus Deo & hominibus. Et hunc nobis Ecclesia præstitit Coloniensis. Imperator Conradus obtulit ei baculum, & benedictus Pallium transmisit. Ordinatus est autem à Suffraganeis, & aliis septem Saxonix Episcopis. Et hoc in vrbe Metropoli Hammaburg cum ingenti gloria. Ad laudem beati viri parum est omne quod dicimus, à cuius laude necdum aliquem discordantem audiui. Vt enim breui quodam indiculo cōplectamur imaginem virtutis ei⁹; Pater Patriæ fuit, Decus Cleri, Salus populi, Terror male potentum, Exemplar benevolentium, Egregius pietate, vel qui omnia vellet ad perfectum ducere, dicta & facta eius omnia dulci memoria posteris cōprehensa. [Videns autem pestiferum morbum de connubio Clericorum magis de die in diem crescere, statuit pedibus in sententiam ire prædecessoris sui Libentij, si tamen Ecclesiam & claustrum antea ad suum perduceret statum.] Et cū omnibus esset talis, qualem singuli desiderabant, singularis cura eius & amor super Clericis fuit, de quibus nec tolerare poterat, vt cuiquam malum diceretur verbum. Nam & claustrum renouauit, & Canonicis mensam ipse primus instituit. Prius enim cum præbenda fere tenuis videretur, triginta conuiuia quæ Libentius Episcopus dari per annum statuit, adiectis ex sua parte quibusdam decimis, ita ordinauit, vt albus detur fratribus panis vltra solitam annonam cotidie: In dominicis vero diebus vnicuiq; duplex mellitæ copia. Nam & vinum dari fratribus contra naturam Saxonix disposuit: Quod etiam in diebus suis ferme per egit. Cōposita ergo mensa, manum vertit ad claustrum, q; ille dum pri⁹ ligneum esset, lapideum fecit; forma, vt mos est, quadrata, vario cellarum ordine distinctum, & visu delectabile. Deinde murum ciuitatis à prædecessore suo Hermāno orsum, in gyro construens, aliquibus in locis eum vsq; ad propugnacula erexit; alias quinque aut septem cubitorum altitudine semiperfectum dimisit. Cui etiam ab Occasu porta grandis inhæsit, superque portam firmissima turris, Italico munita opere, & septem ornata Cameris, ad diuersam oppidi necessitatem.

CAP. LI.
41.CAP.
104.

Hæc dum Bremæ operis insignia relinqueret, mox ad Ecclesiæ Hammaburgensis ædificationem toto cordis amore accingitur. Ibi enim post cladē Slauanicam,

CAP. LII.
42.

- cam, quam supra contigisse retulimus, Vnwanus Archiepiscopus, & cū eo Dux Bernardus claustrum nobile de ruinis antiquæ ciuitatis eleuantes, Ecclesiam & diuersoria omnia cōstruxerunt lignea. Alebrandus vero Pōtifex aduersus erebras hostium incurfiones, aliquod fortius p̄sidium p̄ inopia necessarium loci arbitratus, primus omnium Ecclesiam, quæ cōstructa erat in Matris Dei honore, lapide quadro ædificauit. Aliam deinde sibi domū fecit lapideam, turribus & propugnaculis valde munitam. Cuius æmulatione operis Dux puocatus, & ipse domū suis in eodē loco parauit. Ita prorsus ciuitate renouata, Basilica eadē ex parte vna habuit domū Episcopi, ex alia prætorium Ducis. Voluit etiam nobilis Archiepiscopus Hāmaburg Metropolitim circūdare muro ac muniturribus, nisi velocior eius transitus, votum eius impedisset. Trans Albiam enim suo tempore ac per totum Regnū pax firma erat. Principes Slaui Anarog & Gneus & Ratibor, pacifice ad Hammaburg venientes, Duci ac Præfuli militabāt. Sed cum diuerso modo & tūc & nunc in gente Winulorum Dux & Episcopus laborarent, Duce scilicet pro tributo, Pontifice vero pro Christianitate augenda, iam dudum sacerdotum studio, Christiana ibidem Religio cōualuisset, si conuersionem gentis, auaritia Principum non prapediret.
- CAP. 105.** Archiepiscopus igitur pro legatione sibi ad gentes credita, more prædecessorum suorū sollicitus, coadiutores prædicationis suæ ordinauit Episcopos; Rodolfum ex Capellanis suis in Siaswig, Abellinum in Slauiam, Walā Bremēsi choro in Ripam; cæteris vero qui superfuerunt adhuc uiuentibus, & in vinea Dñi non ociosis. Anno Pōtificis sexto, manu fortis Cōradus Romanorum Imperator obiit, & successit ei filius Heinricus, ille qui Vngros perdomuit. Eodē tempore memorabiles Aquilonis Reges obierunt Knut & Olaph germani fratres. Quorum alter, videlicet Olaph, Rex Sueonum successorē Regni habuit filium, de quo supra diximus, Iacobum. Sub quo iunior Suein filius Wolf militauit in Suedia xii. annis, qui etiam nobis retulit Iacobo regnāte, Christianitatem late in Sueonia diffusam esse. Alter vero frater, scilicet Knut, in Angliam cessit, tenuitq; Regna Danorum, Anglorum ac Nordmānorum in ditioe sua, per viginti duos annos. Post cuius mortē, vt ipse disposuit, succedunt ei filij eius in Regnū: Haroldus in Angliam, Suein in Nordmanniam, Hardeknut in Daniam. Iste cū esset filius Imme Regina, sororē habuit eam, quam Cæsar Heinricus postea in coniugium accepit; Cæterum Suein & Harold a concubina geniti erant. Qui, vt mos est Barbaris, æquam tunc inter liberos Knut sortiti sunt partem hæreditatis. Haroldus ergo in Anglia triennium regnauit. Contra quē frater a Dania veniens, in Flandria classem adunauit. Sed Rex Anglorū morte præuentus, bellum diremit. Sicque Hardeknut Angliam simul possedit & Daniam. Illo tempore Suein iunior dum in Angliam iter ageret, tempestate maritima Hatheloe nauibus appulit. Quem proxima quæq; locorum more piratico vastantē, milites quidam Archiepiscopi capiunt, & in præsentiam eius pertrahunt. Ille vero captiuum cum honore recipiens Bremam duxit, & iuncta se cum amicitia post dies aliquot regie donatum permisit abire. Hæc nobis de se Rex ipse narrauit, summa laude illum prædicans Archiepiscopum, forma corporis & liberalitate animi omnibus acceptum. Retulit etiam circumstantibus de Regio Pontificis appatatu, & thesauro Ecclesiæ inestimabili, quē se ait Bremā vidisse, & alia multa.
- CAP. 106.** Alebrandus autē Archipræsul omnibus acceptus; à Duce Bernardo ac eius germano Thudmaro pro liberalitate animi valde honoratus est. Solis inuisus erat malefactoribus, sicut Vtoni Marchioni, cuius superbiam sua confudit magnanimitate. [Interea secūdus filiorū Knut, qui regnauit in Nordmānia, Suein obiit. Tunc Nordmanni elegerunt Magnū filium Olaph Martyris a cōcubina. Magnus ergo statim inuadens Daniam, duo regna possedit; Hardeknut Rege Danorū in Anglia cum exercitu morante. Qui mox aduersus Magnū pugnaturus, cōsanguineum suum Suein classi præfecit. Suein ergo à Magno victus, cū
- in An-

CAP.
LIII.

43.

CAP.
LIV.

CAP. LV.

CAP.
LVI.CAP.
LVII.

44.

CAP. II. in Angliam remearet, Hardeknut mortuum reperit.] Ipso vero tēpore Ascomanni & piratæ per ostium Wirrahæ progressi, vsq; ad Lismonam venerunt, insperate omnia vastantes. Quibus inde ad naues redeūtib; bellum ad Annon illatum est, ibiq; maxima pars eorum trucidata est. Mortuo igitur Hardeknut Angli in locum eius fratrem eius Eduardum, quem de priori marito Imma genuit. Vir magnus & timens Deum. Isque suspectum habens Suein, q; sceptrum Anglorum sibi reposceret, pacem cum Tyranno fecit; Constituens eum proximum sibi post mortem regni Anglorum hæredē, etiam si filios susciperet. Tali itaque pacto Suein mitigatus in Daniam remeavit, & multa cum Magno prælia exercuit. Qui sæpius victus ad Anundum Regem Suconū fugiens peruenit.

CAP. III. Victor ergo Magnus Daniam obtinuit simul & Norwegiam. Ad quem Archiepiscopus noster vsque Sliaswig pro colloquio venit, habens in comitatu suo Ducem Bernardum, & Thiadmarum Hildensemensem Episcopum, & Rodulfum eiusdem ciuitatis Episcopum. Iste Thiadmarus à Dacia oriundus, cum Regina Gunhild aduenit, cuius patrocinio ille meruit Hildensemensem Episcopatū. Nam barbarice Timmo vocabatur. In quo colloquio soror Magni Regis Ordulfo filio Ducis desponsatur. Qui vix peractis nuptiis, in gratiam cognati quendam Haroldum Danorum Principem redeuntem ab Vrbe Apostolorum trans Albiā obtruncavit innoxium. Cuius mortis causa ea fuit, quod de Regali stirpe Danorum genitus, sceptro propior quam Magnus esse videbatur. Ea res initium calamitatis peperit in familiam Ducis. Magnus autem Rex pro iustitia & fortitudine carus erat Danis, verū Slaus terribilis, qui post mortē Knut Daniam infestabāt. Ratibor itaq; Dux Slauorum interfectus est à Danis. Ratibor iste Christian⁹ erat, vir magnæ inter Barbaros potestatis. Habuit enim octo filios, Slauorum Principes; qui oēs occisi sunt à Danis, dum patrem vlcisci quaesierunt. Ad cuius mortem vlciscendam, iam tūc cum toto exercitu Winulivientes, vsque ad Ripam vastādo progressi sunt. Et forte Magnus Rex tunc à Nordmannia rediens Heidibam appulit. Qui mox Danorum copiis vndiq; collectis, egredientes à Dania Paganos, in campestribus Heidibæ excepit, & quindecim millib⁹ occisis, facta est pax & lætitia Christianis deinceps omni tēpore Magni. Eodem vero tempore Gotescalcus post mortem Regis Knut, & filiorum eius rediens ab Anglia, contra Slauaniam venit infestus, omnes impugnans, magnumque Paganis terrorem incutiens. De cuius fortitudine & potentia, quam super Barbaros habuit, postea dicemus.

CAP.
LVIII.CAP.
LIX.

CAP. II. Et hæc quidem forinsecus dum varia sorte sunt gesta in Bremis status rerum labefactari cœpit; Summisque negatum stare diu. Nostræ quoque inuidit prosperitati. In diebus illis nobilissima senatrix Emma obiit, vxor quondam Liudgeri Comitis, & soror Meginwerki Episcopi Padarburnensis, sed vidua iam per annos XL. quæ ingentem thesaurum, quem habuit, totum fere pauperibus & Ecclesiis dispersit, cuius corpus in Bremēsi requiescit Ecclesia, anima vero gaudet in caelesti requie. Quæ dum adhuc viueret, Bremensi Ecclesiæ cortem Sciplaga, iuxta Rhenum dedit. Lismona vero, nescio pro quo filia delicto, in partem cessit Imperatoris Conradi: pro qua re Gisla Regina eo tēpore [Bremam accedens, fratribus multa bona fecit, Ecclesiæ, & omnia indigenis, deinde Lismonam cum Archiepiscopo visitauit.]

CAP. LX.

CAP. III. Anno Archiepiscopi penultimo, domus sancti Petri Bremæ conflagrauit, eiusque flamma incendij claustrum cū officinis, Urbem cum ædificiis totam consumpsit, veterisque habitaculi nullum remansit vestigium. Ibi sacrae Theaurus Ecclesiæ, ibi libri, & vestes, ibi omnia ornāmēta sunt consumpta. Et hæc quidē rerum damna facile recuperari possent, si maiora non pateremur in moribus detrimenta. Multum enim distant, vt quidam ait, damna morum, à damnis temporalium rerum; cum illa intra nos sint, ista extra nos. Sane ex illo tēpore fratribus, qui ante Canonice vixerant, extra claustrum vagantibus, Regula sanctorū Patrum, per multa prius sæcula studiose cōseruata, primo negligētius ha-

CAP. LXI.

45.

bericæ capit, deinde funditus abiecta consenuit. Et sunt anni ab ordinatione sancti Willchadi cum Bremensis Ecclesia fundata est, vsque ad finem Alebrandi, quando eadem Ecclesia combusta est, ferme cclxx. Combusta est autem intrante
CAP. II. 7. Autumno, quod est III. Idus Septemb. Eo tempore Archiepiscopus in Freliam iter egit. Qui conflagratione audita Ecclesiæ, mox pedē rerorsit, iactisq; sequenti æstate fundamentis, ad formam Colonienſis Ecclesiæ disposuit huius nostræ magnitudinem perficere. Et profecto si longiorem sibi vitam fata concessissent, omne opus Ecclesiæ paucis perfecisset annis. Tanta erat illius animositas, & in omni opere instantia, præcipue vero in Templi ædificatione. Porro sola ætas, quæ inceperat hoc opus, fundamenta Ecclesiæ iacta, columnas & arcus earum, lateraque in altum erecta vidit. Transacta autem hyeme, cum iam Paschalis immineret festiuitas, beatissimus Pontifex Alebrandus pridie ante Dominicā cænam, nō inscius, vt credo, vocationis suæ, ab Ecclesia Schirmbeke Bremam nudis pedibus accessit. Vbi multa oratione cum lacrymis effusa, Deo & sanctis eius commendauit Ecclesiam. Cumque iam febribus tangeretur, nauigio ad Buccem delatus est Præposituram, ibique septem superuixit dies. Sic terrenum phasce cælestibus mutans azymis anima eius gaudens transiuit ad Dominum. at vero corpus Antistitis cum ingenti luctu sequentiam occurrētiumq; per alueum Wisuræ fluuij Bremam deportatum; in medio nouæ, quam ipse tunc orsus est, Basilicæ tumulatū est. In quo similiter loco primum Altare maius situm fuerat, iuxta Mausoleum sancti patris Willchadi. Per idem vero tēpus apud Magdaburg felicis memoriæ Hunfrid Archiepiscopus obiit, cui Engilhard reiecto Winthero, qui Episcopatum spreuit, successit. Anno Domini M. XLIII. contigit depositio dilecti patris nostri Alebrandi, circa diem xvii. Kal. Maij, Indictione XI. Vale in Christo Pastor amabilis, tuoque gregi nunquam obliuiscende. Transi ad Pascha cælorum, vbi cum agno Paschali epuleris in azymis sinceritatis & veritatis. Recipere feliciter in æterna tabernacula, vbi cum Angelis in deficiua læteris beatitudine. Quam diu enim temporali nobiscum fruebaris vita, pastoralis curæ officia nobiliter implesti. Vita & doctrina, omnia nobis dulcia. Nunc autem raptus es, ne malitia mutaret intellectum tuum. Ideoque pius Dominus properauit educere te de medio iniquitatum, vt fructum laborum tuorum pleniter perciperes, etiamsi non omnia bona perfeceras, quæ voluisti. Ergo iustitia tua manet, & memoriale tuum non derelinquetur in sæculum sæculi.

46.
CAP.
LXII.

47.

CAP.
LXIII.**CAP. II. 8.**

A D A L B E R T V S Archiepiscopus sedit annis vndetriginta. Virgam pastorem suscepit ab Heinrico Imperatore, filio Conradi, qui a Cæsare Augusto in folio Romanorum Imperatorum xc. sedisse reperitur, exceptis hiis, qui simul cum alteris regnabant. Pallium Archiepiscopale, vt prædecessores sui, per legatos suos accepit à supradicto Papa Benedicto, quem in ordine Romanorum Pontificum post Apostolos, fuisse cxlvi. reperimus. Ordinatio ei⁹ facta est Aquigrani, Cæsare præſente, cum Principibus, astantibus etiam xii. Episcopis, & manum imponentibus. Cuius benedictionis copiam ipse multotiens, sibi maledicentibus obiecit, subridens ac dicens, se non posse maledici ab aliquo, qui à tantis Ecclesiæ patribus ab initio simul tam solēniter benedictus fuerit. De cuius viri gestis & moribus cum difficile sit aliquid dignum scribere, ad scribendum nos cogit necessitas, quoniam promissimus libelli huius tenorem, O venerabilis Præful Liemare, vsque ad Pontificatus tui diem extendere. Vnde licet stulte audacterque hoc introierim pelagus, nunc tamen haud imprudenter fecisse videat, si ad littus properabo. In quo littore, accessione vix aliquem, imperitiæ meæ portum video: Ita plena sunt omnia scopulis inuidiæ, detractionumque asperitatibus, vt ea, quæ laudaueris, adulatione carpant, quæ vero delicta reprehenderis, fieri dicant ex maleuolentia. Cum tamen vir ille memorabilis omni genere laudum possit extolli, q̄ nobilis, pulcher, sapiens, eloquens, castus & sobrius. Hæc omnia in se ipso cōtinebat, itemque alia bona, quæ extrinsecus homini solent accidere, videlicet vt sit diues, & felix, vt gloriam habeat & potentiam, omnia sibi

INCIPIT
LIB. III.

CAP. I.

CAP. II. 9.

INCIPIT
LIB. III.
CAP. I.
CAP. II.

sibi abunde fuerunt. Præterea in legatione gentium, quod primum est Ham-
 burgenſis Eccleſiæ officium, nemo vnquam tam ſtrenuus potuit inueniri. Item
 in diuinis Miniſteriis ſolemniter obeundis, in honore ſedis Apoſtolicæ, in fide-
 litate Reipublicæ, in ſolicitudine etiam ſuæ Parochiæ, vix poterat habere compa-
 rem, aut qui in cura paſtorali vigilatior eſſet in omnibus; ſi ita perfeueraffet. Nā
 cum talis fuerit ab initio, circa finem deterior videbatur, ad quem virtutis ſuæ de-
 ſectum corruit, vir non bene cautus; tam ſua negligentia, quam cæterorum im-
 pellente malitia. De quibus ſuo loco poſtea latius dicitur. Quoniam vero diffi-
 le eſt omnes viri actus aut bene, aut pleniter, aut in ordinem poſſe diffiniri à me:
 præcipua geſtorum eius ſummatim quæque delibans, affectu cōdolentis ad eam
 peruenire deſidero calumniam, qua nobilis & diues Parochia Hammburgen-
 ſis & Bremenſis altera vaſtata eſt à Paganis, altera diſcerpta à Pſeudo-Chriſtia-
 nis. Igitur narrationis initium tale faciam: vt ſtatim ex moribus eius poſſint o-
 mnia cognofci.

CAP. XII. Erat nimirum vir genere nobiliſſimus, honore primo, Haluerſtadenſis Præ- **CAP. III.**
 poſitus, ingenio acri & inſtructo multarū artium ſuppellectile. In diuinis & hu-
 manis magnæ prudentiæ, & ad ea, quæ auditu vel ſtudio collegit, retinenda vel
 proferenda memoriæ celebris, eloquentiæ ſingularis. Tum præterea, q̄ formā
 corporis erat ſpecioſus, caſtitiæ amator fuit. Largitas eiufmodi, vt petere habe-
 ret indignum, tarde aut humiliter acceperit, prompte vero hilariterq; ſæpe non
 petentibus largiretur. Humilitas in eo dubia videbatur, quam ſolis exhibuit ſer-
 uis Dei, pauperibus & peregrinis, adeo vt ſæpe antequam cubitum iret triginta
 & amplius mendicantibus, ipſe genu flexo pedes lauaret. Principibus autem ſæ-
 culi & coæqualibus ſuis humiliari nullo modo voluit. In quos etiam tali aliquan-
 do exarſit zelo, vt hos luxuriæ, illos auaritiæ, quosdā infidelitatis arguens, nulli
 demum parceret, quem notabilē cognouit. Itaq; multis virtutibus in vnum vas
 congregatis, poterat vir talis eſſe diciq; beatus, niſi vnum obſtaret vitium, cuius
 deformitas omnem decorem illius obnubilaret, hoc erat Kenodoxia, familiaris
 diuitum vernacula, quæ prudēti viro talem peperit inuidiam, vt multi etiam bo-
 na quæ fecit plurima, dicerent pro mundana fieri gloria. Sed videant eiufmodi
 ne temere illum iudicent; hoc ſcientes, quod in rebus ambiguis, abſolutum non
 debet eſſe iudicium: vt in quo alterum iudices, teipſum non condemnes. Nobis **CAP. IV.**
 autē qui cum illo fuimus, cotidianamq; ipſius conuerſationem inſpeximus, no-
 tum eſt, aliqua illum, ſicut hominem, pro honore ſeculi; multa vero pro Dei ti-
 more feciſſe, ſicut bonum hominem. Et quamuis largitas eius, in cunctis, modū
 excederet; inueni tamen eam largiendi rationem, quod pro ditanda Eccleſia ſua
 quosdam ſtudit obſequiis placare, ſicut Reges & eorum conſilio proximos; a-
 lios autem qui Eccleſiæ ſuæ aliquo modo nocere videbātur, acerrimo perſequu-
 tus eſt odio, ſicut Duces noſtros, & nonnullos Episcopos. Audiuius eum ſæ-
 penumero dixiſſe, pro lucro Eccleſiæ ſuæ ſe, ſuosque parentes deuouiſſe; adeo,
 inquit, nemini parcam, nec mihi, nec fratribus, nec pecuniæ, nec ipſi Eccleſiæ,
 vt Episcopatus meus aliquando liberetur à iugo, vel par cæteris efficiatur. Quæ
 omnia melius in ipſo Hiftoriæ textu pandentur, vt videant ſapientes, quam coa-
 cte, & non temere, immo probabili ratione fecerit aliqua, in quibus deſipiſſe,
 vel inſaniſſe, à non intelligentibus videtur.

CAP. XII. Anno ordinationis ſuæ primo, poſtquam Pontifex ſolemniter inthronizatus, **CAP. V.**
 Eccleſiæ nuptias Bremæ peregit, videns Baſilicę nouiter inceptæ opus immen-
 ſum vires querere maximas, nimis præcipiti uſus conſilio, ſtatim murum ciuita-
 tis à prædeceſſoribus ſuis orſum, & quali minus neceſſarium deſtrui fecit, lapi-
 desque in templo iuſſit poni. Nam & turris ſpecioſa, quæ ſeptem Cameris or-
 nata fuerat, tunc funditus diruta eſt. Quid loquar de claſtro? quod lapide po-
 lito conſtructum, pulchritudine ſua viſus cōtuentium refecit, & hoc Præſul abſ-
 que mora diſſipari præcepit, quaſi aliud pulchrius cito facturum. Cogitauerat e-
 nim, vt ipſe nobis ſciſcitantib⁹ de ea re aperuit, Refectōrium, Dormitorium, Cel-
 larium,

larium, & ceteras fratrum officinas, per omnia ex lapide facere, si locus aut ocium suppeditarent. Ad quæ omnia, cum sibi cuncta abunde ad manus fore gloriaretur, ut pace fratrum dicam, solam Clericorum & lapidum penuriam sæpe querebatur. Interea feruet opus, surrexit Ecclesiæ murus, cuius formam ante Alebradus ad instar Colonienſis incœpit, ipse vero ad exemplum Beneuentanæ domus cogitauit perducere. Anno tandem vii. incœpti operis moles, à fronte est leuata, ac principale Sanctuarij Altare in honore Sanctæ Mariæ dedicatum. Nam secundum in Occidentali absida consecrandum Altare in honorem Sancti Petri disposuit, sub cuius inuocatione legitur antiqua Basilica extructa fuisse. Emergentibus itaque multis Archiepiscopo angustiis, opus imperfectum vsque ad xxiv. Pontificij annum permansit, cum & ego indignissimus Ecclesiæ Dei matricularius Bremiam veni: Et tunc demum templi parietes dealbabantur, Occidentalisque crypta Sancto Andree dedicata est.

CAP. 122. Et quoniam magnus Pontifex vidit Ecclesiam, Episcopatumque suum, quem prædecessoris sui Adaldagi prudentialiberauerat, iniqua Ducum potentia iterum vexari, summo nisu reddere conatus est eandem Ecclesiam pristina libertate, ita ut nec Dux, nec Comes, nec aliqua iudicialis persona quampiam iurisdictionem aut potestatem in suo haberet Episcopatu. Quod nisi per odium fieri nequiuit, dum correpti pro nequitia Principes, ad iram magis accenderentur. A iuncte Bernardum Ducem cum pro nobilitate ac sapientia suspectum habuerit Pontificem, sæpe dixisse, illum quasi exploratorem positum in has regiones, qui infirma terræ alienigenis & Cæsari esset proditurus. Ideoque dum ipse, aut aliquis filiorum eius aduixerit, Episcopum nunquam bonum in Episcopatu diem habiturum. Quod in Episcopi pectus verbum altius quam quisquam ratus erat, descendit. Itaque ex eo tempore ira & metu anxius, moliri atque in animo habere cœpit ea, quæ Duci & suis profutura non essent. Dissimulatoque ad tempus animi dolore, cum alia via consilium non inueniret, totus ad auxilium Palatii cõfugit, nec sibi, nec suis, nec Ecclesiæ pepercit. Cæsarem & aulicos placando, dum modo id efficeret, quo Ecclesia posset liberari. Proinde visus est tantos in curia labores tolerasse, tantisque vbique terrarum expeditionibus cum suis sponte desudasse, ut infatigabilem eius constantiam miratus Cæsar, ad omnia Reipublicæ consilia eum habere primum maluerit. Expeditiones vero quas in Vngriam, Sclauaniam, Italiam & Fladriam cum Cæsare fecit, multæ sunt. Quæ dum singulæ magnis Episcopij sumptibus, multisque familiarum oppressionibus exigenter, duarum tantum nos mentionem facere cogimur; hoc est Italicæ, quæ prima fuit, vel Vngariæ quæ postrema, eo quod præ cæteris fuerint insignes, nobisque ambæ infelicitet euenerint. At de Vngarica quidem dicetur in fine, nunc de Italica videamus.

CAP. 124. Henricus itaque Rex domitis vel compositis Pannonum seditionibus, Ecclesiastica exigente necessitate Romam tractus est, comitem habens cum cæteris Imperij magnatibus & nostrum Archiepiscopum. Vbi depositis qui pro Apostolica sede certauerant Benedicto, Gratiano & Syluestro, Adalbertus Archiepiscopus eligi debuit, nisi pro se collegam posuisset Clemetem. A quo mox Rex Henricus coronatus, Imperator & Augustus vocatus est. Post hæc Imperatorem ab Italia reuertentem, Archiepiscopus Bremiam vocauit, occasione data, quasi Lismonam visere deberet, vel Regem Danorum ad colloquium inuitare, sed reuera Ducum ut fidem exploraret. Imperator autem Bremæ Regio, ut decuit, apparatu receptus, correm quæ Balga dicitur, fratribus obtulit, Ecclesiæ vero comitatum Fresiæ cõcessit. Inde Lismonam veniens, per insidias à Thiadmaro Comite circumuentus est, sed Archiepiscopi nostri studio defensus. Quare idem Comes à Cæsare in ius vocatus, cum se duello expurgare mallet, à satellite suo est interfectus. Cuius mortem Germanus Dux, filiique illius zelantes in Archiepiscopum, ex eo tempore ipsum & Ecclesiam, Ecclesiæque familiam letali persequuti sunt odio. Cumque pax ficta interdum vtrasque conciliaſse videretur

CAP. 125. partes,

partes, nihilominus tamen illi qui Ducem sequebantur, antiqui memores odij, quod patres eorum in Ecclesiam exercuerunt, nostros inquietare & impugnare non cessabant, affligentes omnibus modis. Exurge ergo Domine, & iudica causam tuam, memor esto opprobrij seruatorum tuorum.

CAP. 126. Metropolitanus autem contra bonis certans studiis, & beneficiis redimens CAP. XI.

tempus, quoniam dies mali erant, pacem cum Ducibus fecit. Deinde vero sollicitudinem gerens Parochie, aliquid magnum dignumque cogitauit, ubique nobilitatis sue monumentum relinquere. Et primo quidem floccipendens auream decessorum mediocritatem, vetera contempsit, noua molitus omnia [perficere. Igitur magnis animi & sumptuum] conatibus pugnans, ut Bremam ceteris coequaret urbibus, statim ex bonis, quæ ipse acquisiuit, duas fecit Præposituras; unam sancto Willehado, ubi corpus eius aut requiescit, aut translatum est: alteram sancto Stephano, cuius se famulum multotiens gloriabatur. Has duas construxit à principio, verum etiã alias postea fecit, hoc est in Bremis: Tertiam Sancto Paulo, de bonis quæ hospitali pertinebant. Liastmonæ quartam de prædio eiusdem cortis: Quintam voluit fieri apud Stathe: Sextam vero trans Albiã in Sullenberg: Septimam quoque incæpit in Aspice, qui locus in Mindenfi Parochia est, syluestris & montosus. Octaua est Abbatia Gozzicana iuxta Salam flumini-

CAP. 127. uium, quæ fundata est à parentibus Archiepiscopi. Alia etiam plurima diuersis CAP. XII.

locis inchoauit opera, quorum pleraque ipso adhuc viuente defecerunt, & Reipublicæ negotiis intento; sicut illa domus lapidea, quæ in Aspice, ipso præsentem, subito casu lapsa corruit. Cetera vero ex raptu vel negligentia Præpositorum dissipata probantur, in quos comperta fraude, atrociter aliquando vitus est Archiepiscopus. Quam in re illorum videri potest nequitia, quibus ille plus iusto fidem adhibuit, voluntatem Præsulis à bono incæpto sæpe conuersam. Et res quidem domesticæ à principio bene ac laudabiliter ab illo viro prouisæ sunt. Quæ autem foris pro legatione gentium acta sint, consequens sermo breuiter declarabit. Metropolitanus ergo statim ut ingressus est Episcopatum, ad Reges Aquilonis pro amicitia Legatos misit. Epistolas quoque commonitorias per omnem sparsit Daniã, siue Nordmanniam, ac Suediam, & vsque in fines terræ, exhortans Episcopos & Presbyteros, in illis partibus degentes, ut Ecclesias Domini nostri Iesu Christi fideliter custodirent, atque ad conuersionem Paganorum intrepidi accederent.

CAP. 128. Magnus eo tẽpore simul tenebat duo Regna, Danorum videlicet atq; Nordmannorum. 496

Iacobus adhuc in Sueonia sceptrum tenuit. Huius auxilio Suein & Tuph Ducis effultus, Magnum pepulit à Dania. Magnus ergo denuo bellum instaurans obiit in nauibus. Suein vero duo Regna possedit, classemq; ut Angliã suo subiiceret iuri parauit, verum sanctissimus Rex Edwardus, cum iustitia Regnum gubernaret, tunc quoque pacem eligens, victori tributum obtulit, statuens cum, ut supra dictum est, post se Regni hæredem. Cumque Rex iuuenis Suein tria pro libitu suo Regna teneret, mox succedentibus prosperis, Regis cælestis est oblitus, quia consanguineam suam à Suedia duxit vxorem. Quod dum Domino Archiepiscopo valde displiceret, furentẽ Regem, missis ad eum Legatis de scelere tanto, terribiliter increpauit. Postremo nisi resipisceret, excommunicationis gladio feriendum esse minatus est. Tunc ille in furorem conuersus, omnem Hammaburgẽsem Parochiam vastare & excindere minabatur. Ad quas minas imperterritus Archiepiscopus, arguens & obsecrans perstitit immobilis, donec tandem per literas Pape Danorum Tyrannus flexus, libellũ repudij dedit consobrinæ. Nec tamen Rex sacerdotum ammonitionibus aurem præbẽs, mox ut à se consobrinam dimisit, alias atque alias vxores & concubinas assumpsit, & suscitauit ei Dominus multos in circuitu inimicos, sicut quondam Salemoni prios seruos suos. Nam Haroldus quidam frater Olaph Regis & Martyris, vi-

CAP. 129. uente adhuc germano suo, patriam egressus, Cõstantinopolim exul abierat. Vbi miles Imperatoris effectus, multa contra Sarracenos in mari, & Scythas in ter-

CAP. XIII.

50.

50.

ra, prælia gessit, fortitudine clarus, & diuitiis auctus vehementer. Is ergo defuncto fratre, cū in patriam reuocat⁹ esset, Suein consanguineum suum regnātem reperit. Cuius se tradens manibus, sacramentū fidelitatis exhibuit victori, & patrium Regnum pro Ducatu accepit in beneficium. Sed vt mox ad suos venit, & Nordmānos sibi fideles esse persensit, facile ad rebellandum persuasus, omnia Danorum maritima ferro vastauit & igne. Et tunc Arhusen Ecclesia incēsa, ac Sliaswig deprædata est. Suein ergo Rex terga vertit. Et erat inter Suein

CAP. 131. & Haroldum prælium omnibus diebus vitæ eorum. Eo etiam tempore separabant se Angli à Regno Danorum, filiis Gudwini rebellionis auctoribus, quos amittæ Regis Danorum filios esse diximus, & quorū sororem Eduard Rex duxit vxorem. Hi namq; facta conspiratione, fratres Suein Regis qui in Anglia Duceserant, alterum scilicet Bern statim obruncant, alium vero Osbern cū suis omnibus à patria eiecerunt, & tenuerūt Angliam in ditione sua, Eduardo tantum vita & inani Regis nomine contento.

CAP. 132. Cumq; hæc ibi gesta essent, Christianissimus Sueonum Rex Iacobus migravit à sæculo, & successit ei frater eius Emund Gamul pessimus. Nam iste à concubina Olaph natus erat, & cū baptizatus esset, non multum de Christiana religione curauit, habuitq; secum quendam Episcopum nomine Osmund accephalum, quem dudum Sigafrius Nordmannorū Episcopus Bremē scholis docendum cōmendauit. Verum is postea beneficiorum oblitus Romam pro ordinatione accessit, indeq; repulsus, per multa loca circumiuit erroneus, & sic demum meruit à quodā Polaniæ ordinari Archiepiscopo. Qui veniens in Suediam, iactauit se à Papa consecratum ad illas partes Archiepiscopum. Sed cum Archiepiscopus noster Legatos suos ad Regē dirigeret Emundum, inuenerūt ibi eundem gyrouagum Osmund, crucem Archiepiscopali more ante se ferentem. Audierunt etiam q; barbaros adhuc neophytos nō sana doctrina fidei nostræ corruerit. Quorum ille territus præsentia, solitis Regem populumq; dolis impulit, vt Legati repellerentur quasi Apostolici non habentes sigillum. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni haberi sunt p nomine Iesu contumeliam pati, Erant autem Legati fratres Bremensis Ecclesiæ, quorum potissimus fuit Adalwardus senior, olim nostri Decanus claustrij, verum tunc Sueonum genti ordinat⁹ Episcopus. De cuius viti virtutibus, multa possent dici, nisi ad alia pperaremus. Legatos igitur nostros à Sueonibus tali modo repulsos, quidā nepos, an priuignus Regis, ignoro, profecutus eos cū lacrymis, suppliciter se cōmendans orationibus eorum. Nomen ei Steinkil erat, is solus super fratres misericordia motus, obtulit eis munera, transmisitq; eos per mōtana Suedorum saluos, vsq; ad sanctissimam Gude Reginam, quæ à Rege Danorum pro consanguinitate separata, in prædiis suis trans Daniā commorata est, hospitalitati eleemosynisq; vacans, & cæteris sanctitatis insistentibus. Quæ Legatos cum ingenti honore quasi à Deo missos recipiens, magna per eos xenia Archiepiscopo misit.

CAP. 133. Interea Sueones qui Episcopū suum repulerant, diuina ultio subsequuta est. Et primo quidē filius Regis nomine Anund, à patre missus, vt dilaret Imperium, cum in patriam scēminarum peruenisset, quas nos Amazonas vocamus: veneno, q; illæ fontibus immiscuerunt, tam ipse, quam exercitus eius perierūt. Deinde cum aliis cladibus tanta siccitas & frugum sterilitas Sueones afflixit, vt missis ad Archiepiscopum Legatis, Episcopū suum cum satisfactione reposcerent, fidem gentis pollicentes. Gaius ergo Pontifex, petenti gregi Adalwardum præfecit pastorem. Qui perueniens in Sueoniam, tāta omnium suscipi alacritate meruit, vt gētem Wirnilanorum & Scritifingorum integram Christo lucratus, etiam miracula virtutū in populo fecisse dicatur. Eodem tēpore mortuus est Emund Rex Sueonū post quem Steinkel nepos eius, de quo supra diximus, leuatur in Regnū. Qui fidelis erat Dño Iesu Christo, & de cuius religione omnes fratres testimonium perhibebāt, qui eas partes adierant. Hæc de Sueonibus

CAP. 134. Et primo quidē filius Regis nomine Anund, à patre missus, vt dilaret Imperium, cum in patriam scēminarum peruenisset, quas nos Amazonas vocamus: veneno, q; illæ fontibus immiscuerunt, tam ipse, quam exercitus eius perierūt. Deinde cum aliis cladibus tanta siccitas & frugum sterilitas Sueones afflixit, vt missis ad Archiepiscopum Legatis, Episcopū suum cum satisfactione reposcerent, fidem gentis pollicentes. Gaius ergo Pontifex, petenti gregi Adalwardum præfecit pastorem. Qui perueniens in Sueoniam, tāta omnium suscipi alacritate meruit, vt gētem Wirnilanorum & Scritifingorum integram Christo lucratus, etiam miracula virtutū in populo fecisse dicatur. Eodem tēpore mortuus est Emund Rex Sueonū post quem Steinkel nepos eius, de quo supra diximus, leuatur in Regnū. Qui fidelis erat Dño Iesu Christo, & de cuius religione omnes fratres testimonium perhibebāt, qui eas partes adierant. Hæc de Sueonibus

nibus suo tempore gesta, sermone Adalbertus Archiepiscopus amplifico omnia describens, [etiam visionem quandam Adalwardi Episcopi;] qua monitus est, vt euangelizandi gratia pergere non tardaret, curauit annectere.

CAP. 135.

In Nordwegia quoque res magnæ gestæ sunt illo tempore, quo Rex Haroldus crudelitate sua omnes tyrānorum furores excessit. Multæ enim per illum Ecclesiæ virum dirutæ, multi Christiani ab illo per supplicia sunt necati. Erat autem vir potens, & clarus victoriis, qui prius in Græcia, & Scythiæ regionibus multa contra Barbaros prælia exercuit. Postquam vero venit in patriam, nunquam quietus fuit à bellis, fulmen Septentrionis, fatale malum omnibus Danorum Insulis. Ille vir omnes Slauorum maritimas deprædauit Regiones. Ille Orchadas insulas subiecit ditioni. Ille cruentum vsque in Island suum extendit imperium. Itaque multis imperans nationibus propter auaritiam suam & crudelitatem, omnibus erat inuisus. Seruiebat etiam maleficis artibus, non attendens miser, quod sanctissimus germanus eius talia monstra eradicauit à Regno, certans vsque ad sanguinem pro amplectenda Christianitatis norma. Cuius egregia merita testantur hæc miracula, quæ quotidie fiunt ad sepulchrū Regis in ciuitate Throndepnis. Videbat hæc ille derelictus à Deo, nihilque compunctus, oblationes quoque ac thesauros, qui summa fidelium deuotione ad tumulum fratris sunt collati, ipse Haroldus vnca manu corradens, militibus disperfit. Pro quibus causis Archiepiscopus zelo Dei tactus, legatos suos direxit ad eundem Regem, literis suis tyrannicas eius increpans præsumptiones, specialiter vero ammonens de oblationibus, quas non liceret in vsum cedere laicorum, & de Episcopis quos contra fas in Anglia vel Gallia, se cōtempso fecit ordinari, per quem auctoritate sedis apostolicæ iure consecrari deberent. Ad hæc mandata Tyrānus commotus in iram, legatos Pontificis spretos abire præcepit, dicens nescire se quis sit Archiepiscopus, aut potens in Nordwegia, nisi solus Haroldus. Et alia plurima deinde fecit & dixit, quæ superbiæ eius proximam intentabant ruinam. Nam & Papa Alexāder confestim missis ad eundem Regem literis, præcepit vt tam ipse quam Episcopi sui, vicario sedis Apostolicæ dignam exhiberent subiectionis reuerentiam. Et ecce rescriptum literarum.

CAP.
XVIII.CAP.
XIX.

55.

56.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, Haroldo Nordmānorum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem. Quia adhuc in fide rudes extitistis, & in Ecclesiastica disciplina quodammodo claudicatis, oportet nos, cui totius Ecclesiæ commissum est regimen, diuinis ammonitionibus vos frequentius visitare. Sed quia ob longarum difficultatem viarum per nos hoc agere minime valeamus, sciatis nos Adalberto Hammaburgensi Archiepiscopo vicario nostro hæc omnia firmiter commisisse. Prædictus itaque venerabilis Archiepiscopus, legatus noster, suis nobis conquestus est epistolis, quod Episcopi vestræ prouinciæ, aut non sunt consecrati, aut data pecunia cōtra Romana priuilegia, quæ suæ Ecclesiæ, sibi que data sunt, in Anglia vel in Gallia pessime sunt ordinati. Vnde ex auctoritate Apostolorum Petri & Pauli vos admonemus, vt sicut Apostolicæ sedi reuerentiam subiectionis debetis exhibere, ita præfato venerabili Archiepiscopo vicario nostro, & vice nostra fugienti, vos, vestriq; Episcopi impendatis. Et reliqua.

CAP. 136.

Hiis apud Nordmanniam gestis, magnopere studuit Archiepiscopus, vt Regi Danorum conciliaretur, quem prius offensum habuit, in repudio consobrina. Sciuit enim si talem ad se colligeret virum, leuiorē sibi ad cætera, quæ in animo gessit, introitum fore. Mox igitur mediante gratia largitatis quam in oēs habuit, venit Sliaswig, vbi facile notus, & superbo Regi recōciliatus, muneribus atque conuiujs certauit Archiepiscopale potentiam Regalibus anteferre diuitiis. Deniq; sicut mos est inter Barbaros, ad confirmandū pactum fæderis, conuiuium habebatur vicissim per octo dies. De multis rebus Ecclesiasticis ibi dispositis, de pace Christianorum & conuersione Paganorum ibi consulitur. Ita Pontifex cum gaudio domum reuersus, persuasit Cæsari, vt euocatus Rex Dano-

CAP. XX.

rum in Saxoniam, alteri perpetua confederaretur amicitia. Cuius confederatio-
nis beneficio, multum lucri nostra suscepit Ecclesia, & legatio borealium natio-
num, cooperanteq; Suein Rege, prosperis semper est aucta incrementis.

CAP. 137.

Trans Albiam vero & in Slatania res nostrę adhuc magna gerebatur prospere-
ritate. Godescalcus enim, de quo supra dictum est, vir prudentia & fortitudine
predicandus, accepta in vxorem filia Regis Danorum, Slauos ita perdomuit, vt
eum quasi regem timentes tributum offerrent, & pacem cum subiectione pete-
rent. Qua temporis occasione nostra Hammaburg pacem habuit, & Slatania
sacerdotibus Ecclesię plena fuit. Godescalcus igitur vir religiosus ac timens
Deum, Archiepiscopo etiam familiaris, Hammaburg vt matrem colebat. Ad
quam soluędorum causa votorum solitus erat frequenter venire. In Slatania vl-
teriori nemo vnquam potentior surrexit, & tam feruidus Christianę religionis
propagator. Etenim si vita ei longior cōcederetur, omnes paganos ad Christia-
nitatem cogere disposuit, cum fere tertiam partem cōuerteret eorum, qui prius

CAP. 138.

sub auo eius Mistiw oi ad Paganitatem sunt relapsi. Igitur omnes Slauorum po-
puli, qui ad Hammaburgensem respiciunt dięcesim, sub illo deuoto Principe
Christianam fidem coluerunt, hoc est, Waigri, Obodriti, vel Reregi, & Polabin-
gi, item Linoges, Warnabi, Chizzini, & Circipani, vsque ad Penem fluuium.
Prouincię iam plenę erant Ecclesijs, Ecclesię autem sacerdotibus: Sacerdotes
vero libere agebant in hijs quę ad Deum pertinebant. Quorum industrius Prin-
ceps Godescalcus, tanto religionis exarsit studio vt ordinis sui oblitus, frequen-
ter in Ecclesia sermonem exhortationis ad populum fecerit, ea quę mystice ab
Episcopis & Presbyteris dicebantur, Slauanicis verbis cupiens reddere planio-
ra. In finitus eorum erat numerus, qui quotidie conuertebantur ad Dominum,
adeo vt pro sacerdotibus in totas mitteretur Prouincias. Tunc etiam per singu-
las vrbes cęnobias fiebant sanctorum virorum, Canonice viuientium. Item Mo-
nachorum atque Sanctimonialium, sicut hij testantur, qui in Liubice, Aldin-
burg, Leontio, Razisburg, & in alijs ciuitatibus singulas viderunt. In Magnopo-
li vero, quę est ciuitas Obodritorum, tres Deo seruientium dicuntur fuisse con-
gregationes.

CAP. 139.

Gratulabatur ergo Archiepiscopus de nouella plantatione Ecclesiarum, mi-
sitque de suis Episcopis & presbyteris viros ad Principem sapientes, qui rudes in
Christianitate populos confortarent. Ordinauit autem in Aldinburg, defuncto
Abelino, Eizonem Monachum. Iohannem Scotum constituit in Magnopoli, in
Razisburg esse disposuit Aristonem quendam ab Hierosolymis venientem, & a-
lios alibi. Pręterea cum ipse veniret in Hammaburg, eundem Godescalcū Prin-
cipem inuitauit ad colloquium, magnopere exhortans, vt inceptum pro Chri-
sto laborem ad finem constanter perducatur, victoriam illi pollicens in omnibus
affuturam. Postremo si quid patiat̄ aduersitatis pro Christi nomine, beatum
fore. Multaque illi de conuersione Paganorum in cęlo reposita pręmia, multas
etiam coronas de singulorum salute venturas. Eisdem verbis & ad idem studium
Regem Danorum hortabatur Metropolitanus, qui ad eum iuxta Egdoram flu-
uium consistentem multotiens venit, omnia quę de scripturis ab illo proferebā-
tur, subtiliter notans, memoriterque retinens, excepto quod de gula & mulieri-
bus, quę vitia illis gentibus sunt naturalia, persuaderi non potuit, ad cętera ve-
ro omnia Pontifici erat obediens.

CAP. 140.

Per idem tempus in Slatania res maximę gestę sunt, quę posteris ad gloriam
Dei nō sunt reticendę, quoniam Deus vltionum libere egit, reddens retributio-
nem superbis. Igitur cum multi sint Winulorum populi fortitudine celebres, so-
li quatuor sunt qui ab illis Wilzi, a nobis vero Leuticij dicuntur, inter quos de no-
bilitate, potentiaque contenditur. Hi sunt scilicet Chizzini, & Circipani, qui
habitant citra Panim fluuium, Tholosantes & Retheri, qui vltra Panim degunt,
Cumq; lis ad bellum peruenisset, Tholosantes & Retheri, quāuis auxilio Chiz-
zinos haberent, nihilominus a Circipanis victi sunt. Iterumque instauratum est
pręlium,

CAP. XXI.

CAP. XXII.

57.

CAP. XXIII.

58.

CAP. XXIV.

prælium, & contriti sunt Retheri: tentatum est tertio, & Circipani victores abierunt. Tunc qui victi fuerant Principem Godescalcum, Ducemque Bernardum, & Regem Danorum accitos in auxilium super hostes duxerunt, ingentemque trium Principum exercitum per septem hebdomadas suis nutrierunt stipendiis, Circipanis viriliter repugnâtib. Multa itaque milia paganorum hinc inde prostrati, plures abducti sunt in captiuitatem. Tandem Circipani xv. milia talenta regibus offerentes, pacem indepti sunt. Nostris ergo cum triumpho redeuntibus, de Christianitate nullus sermo erat: Victoribus tantum prædæ intentis. Hæc Circipanorum virtus est, qui pertinent ad Hammaburgensem Episcopatum.

CAP. 141. Audiui etiam cum veracissimus Rex Danorum, sermocinando eadem replicaret, populos Slauorum iam dudum proculdubio facile cõuerti posse ad Christianitatem, nisi Saxonum obstitisset auaritia: Quibus, inquit, mens pronior est ad pensiones vectigalium, quam ad cõuersionem gentilium. Nec attendunt miser quantum suæ cupiditatis luant periculum, qui Christianitatem in Slauania primo per auaritiam turbauerunt; Deinde per crudelitatem subiectos ad rebelandum coegerunt, & nunc salutem eorum, qui credere vellent, pecuniam solam exigendo, contemnunt. Ergo iusto Dei iudicio videmus eos super nos præualere, qui permissu Dei ad hoc indurati sunt, vt nostra per illos flagelleretur iniquitas. Nam reuera, sicut peccantes superari videmus ab hostibus, ita conuersi hostium victores erimus; à quibus, si tantum fidem posceremus, & illi iam salui essent, & nos certe essemus in pace.

CAP. 142. Hæc dum forinsecus in legatione gentium, Ecclesiæ nostræ ministerio gererentur, Dominus Adalbertus Metropolitanus, adhuc bonis intentus studiis, vigilanter & magnopere prouidit, ne sua quapiam negligentia pastorale officium minus habere videretur, in ea scilicet qua gloriatur Apostolus, sollicitudine, omnium Ecclesiarum. Itaque domi, forisque clarus, taliter se gessit, vt par diuitum, maiorque magnatum, nihilominus pater orphanorum, iudexque viduarum esse videretur, talem curam habens omnium, vt necessitatibus etiam minorum solertissimus prouisor adesset. Cumque terrenis grauatus negotiis, ad spiritalia mox languescere cogere, in sola Gentium legatione permansit integer officij, & sine querela, qualem & tempora & mores hominum mallent habere. Ita affabilis, ita largus, ita hospitalis, ita iocundus, ita cupidus diuinæ pariter ac humanæ gloriæ, vt paruula Brema ex illius virtute instar Romæ diuulgata, ab omnibus terrarum partibus deuote peteretur, maxime ab aquilonalibus populis. Inter quos Islani, Gronlani, & Orchardum legati venerunt, petentes, vt eis prædicatores dirigeret: quod & fecit. In diebus illis Wal Danorū Episcopus migravit è sæculo. Cuius dioccesim Rex Suein in quatuor distribuens Episcopatus, presentante suam auctoritatem Metropolitano, singulis suos inthronizauit Episcopos. Quo etiam tempore Pontifex noster in Suigiam vel Nordwegiam & in Insulas maris ad messem Dominicam operarios misit. De quorum ordinatione singulorum abundantius in fine dicetur.

CAP. 143. [Anno Pontificatus sui xviii.] totius parochiæ suæ diligentissimam adhibens prouisionem, Metropolim Hammaburg in principio lætitiæ suæ posuit Archiepiscopus, sæcundissimam gentium matrem illam appellans, omniq; deuotionis officio venerandam. Protestatus ei tanto maiorem offerri debere consolatione, quanto maiori plaga, & propioribus insidiis, & tam longiturna Paganorum infestatione cribrareretur. Ergo accepta pace temporum, dum sæpe meditatus est Hammaburgensem munire, simulque ornare Toparchiam, quoddam utile cõtra Barbaricos incursum inchoauit opus, in quo & populus, & Ecclesia Nordalbingorum perenne haberet præsidium. Igitur cum prouincia Sturmariorum in qua Hammaburg sita est tota in planiciem campi descendat, ex parte qua Slauos attingit, neque mons, neque flumen est in medio, quod incolis munimen præstet, absque syluis passim occurrentibus, quarum latebris protecti hostes, incertis ali-

tis aliquando excurſibus repentini ſuperueniunt, noſtrosq; ſecuros & nil mali ſuſpicantes, vel perimunt, vel quod grauius morte eſt, captiuos abducunt. Solus in ea regione mons prominet, iuxta Albiā, longo in occaſum dorſo protēſus, quem incolæ Sullenberg vocant. Quem Pontifex oportunum arbitratus, vt in eo firmaretur caſtellum, q̄ genti præſidio foret, ſtatim ſyluam quæ montis verticem obtexit, excidi, nudariq; locum præcepit. Ita q; multis impēſis, multoq; hominum ſudore voti compos effectus, montem aſperum fecit habitabilē. Vbi Præpoſituram conſtituens, diſpoſuit cōgregationem facere Deo ſeruientium, quæ mox conuerſa eſt in turmam latronum. Ex illo enim caſtro noſtri quidam populares in circuitu ad quos tuendos poſiti ſunt, deprædari ac perſequi ceperunt. Ideoq; locus ille poſtea tumultu cōprouincialium deſtructus eſt: populus vero Nordalbingorum excommunicatus. Cōpertum eſt nobis in gratiam

CAP. 145 Ducis hoc factum, qui more ſolito fælicibus Eccleſiæ actibus inuidebat. Nam & Dux eo tēpore relicto veteri caſtello Hamaburg, nouum quoddam præſidium ſibi, ſuiſq; fundauit, intra Albiā flumen, & riuum, qui Alſtra vocatur. Ita nimirum cortibus vel manſionibus ad inuicē diuiſis, Dux nouum, Archiepiſcopus coluit vetus oppidum. Diligebat ſane Pontifex eum locū ſicut omnes prædeceſſores ſui, eo quod Metropolis ſedes omnium ſeptentrionalium fuerit nationum, & caput ſuæ Parochiæ.

Ideoque dum adhuc pax fuit trans Albiā, oēs fere ſolennitates Paſchæ ac Pentecoſtes, itemq; Dei Matris ibi celebrare voluit, collecto ex ſingulis cōgregationibus maximo Cleri numero, præcipue hiis, qui vocalitate ſua populos mulcere poterant. Et tunc plenario gaudens miniſtrorum ordine, omnia diuinæ ſeruitutis officia, cum magna iuſſit reuerentia cōpleri, & gloria etiam exteriori. Cui nimirum gloriæ tm̄ ipſe indulſit, vt iam non Latino more, Eccleſiaſtica vellet obire myſteria, ſed neſcio qua Romanorum ſue Græcorum conſuetudine ſultus, per tres miſſas, quibus aſtitit, vbicunq; eſſet, duodecim modulari officia præcepit. Omnia magna quærens, omnia mirabilia, omnia glorioſa in diuinis & humanis, & propterea dicitur fumo delectatus aromatum, & fulguratione luminum, & tonitruis alte boantium vocum. Quæ omnia traxit à lēctōne veteris teſtamenti, vbi maietas Domini apparuit in monte Synai. Et alia multa facere ſolebat, rara modernis & ignorantibus ſcripturas: cum tamen ſine auctoritate ſcripturarum ipſe nihil fecerit. Iam tunc ſcilicet meditatus Eccleſiam ſuam diuitiis & honore cæteris anteferre, ſi Papam & Regem ſuæ voluntati haberet morigeros. Eos igitur complacere ſibi omnibus modis prope-

CAP. 146 Ea tempeſtate Cæſar Henricus ingentibus Regni diuitiis vtens, in Saxonia Goſlariam fundauit, quam de paruo, vt dicitur, molēdino, vel tugurio formās venatorio, in tam magnā, ſicut nunc videri poteſt, ciuitatem bono auſpicio & celeriter perduxit. In qua etiam ſibi conſtruens Palatium, duas omnipotentī Deo cōgregationes inſtituit; vnā ex hiis donans regendam, tenendamq; pōtiffici, eo q̄ illi indiuiduus comes vel cooperatoꝝ in omnibus exiſteret. Tunc etiam ſibi data eſt ſpes acquirendi vel accipiendi Comitatus & Abbatias vel prædia, quæ magno deinceps Eccleſiæ periculo mercati ſumus, vtputa Cœnobia, Laureſſæ vel Corbeia, Comitatus autē Bernardi & Ekberti; Prædia vero Sincicū, Plifna, Groningor, Diſpargū, & Liſmona, quibus iā dubia fide poſſeſſis arbitrabatur ſe Metropolitan⁹, ſicut dicitur de Xerxe, aut per mare ambulaturū, aut per terram nauigaturū, poſtremo omnia quæ in animo habuit facile perfe-

CAP. 147 cturum; Præſertim eo ſultus adminiculo, q̄ potentiffimus Papa Leo pro corrigendis ſanctæ Eccleſiæ neceſſitatibus venit in Germaniam; Quē ſcīrēt ſibi pro veteri amicitia nil negaturum; quod cuiſiam præſtare deberet. Tunc habita eſt illa Synodus generalis apud Maguntiam, præſidente Domino Apoſtolicō & Imperatore Henrico, cum Epīſcopis Bardone Maguntino, Euerardo Treuerenſi, Hermanno Colonienſi, Adalberto Hāmaburgenſi, Engelardo Magda-

CAP. XXVIII.

CAP. XXIX.

61.

CAP. XXX.

CAP. XXXI.

burgenſi, cæteriſq; prouinciarum ſacerdotibus. In quo Cõcilio quidam Spirenſis Epifcopus, Sibico, cui adulterij crimen intenſebatur, examinatione ſacrificij purgatus eſt. Præterea multa ibidem ſancita ſunt, ad vtilitatẽ Eccleſiæ, præ quibus Symoniaca hæreſis, & nefanda ſacerdotum coniugia holographa Synodi manu perpetuo damnata ſunt. Quod Archiepiſcopus domum veniens nequam tacuiſſe probatur. De mulieribus enim ſtatuit eandem ſententiam, quam memorabilis Alebrandus, & antea Libentius inchoauit, vt ſcilicet extra Synagogam & Ciuitatem fierent, ne maleſuada pellicum vicinia caſtos violaret obtutus. Hæc autem Synodus facta eſt anno Domini M. LI. Ipſe eſt Archiepiſcopi annus VII. Et tunc maius Altare tribunalis dedicatum eſt in honore genetricis Dei. De qua Synodo mentionem ideo fecimus, quia Dñs Adalbertus eo tempore, quo tam clari in Eccleſia homines fuerunt, ſapientiæ ac virtutum merito fere omnes præcelluit. Tantus itaque apud Papam, talis apud Cæſarem habebatur, vt de rebus publicis abſque eius conſilio nihil ageretur. Quapropter vbi vix locũ habet Clericus, nec in procinctu bellorũ Imperator illum virum ſibi deeſſe noluit. Cuius inexpugnabile conſilium ſæpe ad euincendos expertus eſt inimicos: Senſit hoc callidiſſimus Italorum Dux Bonifacius, item Gotafridus, Otto, Baldwinus, & cæteri qui regnum tumultibus implentes, graui Cæſarem æmulatione inquietare videbantur; tandemq; humiliati, ſola ſe infractos Adalberti prudentia gloriati ſunt. Quid loquar de barbaris Vngarorum ſiue Danorum, ſeu Slavonorum, aut certe Nordmannorum gentibus, quas Imperator ſæpius conſilio domuerat, quam bello: monitu & opera Põtificis noſtri, nobile diſcens exemplum, parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Ad hũc felicitatis noſtræ cumulum hoc acceſſit, qđ fortiffimus Imperator Græcorum Monomachus, & Heinricus Francorum Rex, tranſmiſſis ad Cæſarem noſtrum muneribus, congratulati ſunt Archiepiſcopo pro ſapientia & fide eius, rebusque bene geſtis illius conſilio. Qui Conſtantinopolitano reſcribens, inter cætera iactauit ſe à Græcorum deſcendiſſe proſapia, Theophano, & fortiffimo Ottone ſui generis auctoribus; ideoque nec mirum eſſe, ſi Græcos diligeret, quos etiam habitu & moribus vellet imitari, quod & fecit. Sed & Regi Franciæ & aliis ſimilia mandata legauit.

Metropolitanus igitur hiis rerum ſucceſſibus elatus, & quod Papam vel Cæſarem ſuæ voluntati pnos videret, multo ſtudio laborauit in Hammaburg Patriarchatum cõſtituere. Ad quam intentionem primo ductus eſt ea neceſſitate, quoniam Rex Danorum. Chriſtianitate in fines terræ dilatata, deſiderauit in Regno ſuo fieri Archiepiſcopatũ. Quod tamen vt perficeretur, ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ conuenientibus Canonum decretis prope ſancitum eſt, ſola expectabatur noſtri põtificis ſententia. Quam rem ille, ſi Patriarchatus honor ſibi & Eccleſiæ ſuæ Romanis Priuilegiis concederetur, fore vt conſentiret, promiſit, quãuis inuitus. Diſpoſuit vero Archiepiſcopatui ſuo XII. ſubiicere Epifcopatũ, quos ex ſua diuideret Parochia, præter eos ſuffraganeos quos in Dania cæteriſq; gentibus noſtra tenet Eccleſia: ita vt primus eſſet in Palmis, ſecundº in Heiligãſtad, tertius in Razizpurg, quartus in Aldinburg, quintus in Michilinburg, ſextus in Stathe, ſeptimº in Liſmona, octauus in Wildiſhufen, nonus in Bremis, decimus in Ferda, vndecimº in Ramſola, duodecimus in Freſia. Nam Ferdenſem Epifcopatum ſe facile poſſe adipiſci, non ſemel gloriatus eſt.

Interea conditionibus vtinque protractis, ſanctiffimus Papa Leo migravit à ſæculo. Eodemq; anno fortiffimus Imperator Heinricus deceſſit. Quorum obitº contigit anno Archiepiſcopi XI. Quorum morte non ſolum Eccleſia turbata eſt, verum etiam Reſpublica finem habere videbatur. Itaque ex illo tempore noſtram Eccleſiam omnes calamitates oppreſſerunt, noſtro paſtore tantum curiæ negotiis intento. Ad gubernacula enim Regni mulier cũ puero, magno Imperij præfuit detrimẽto. Indignãtes enim Principes aut muliebri poteſtate conſtringi, aut infantuli ditione regi, primo quidem communiter vindicarunt ſe in priſtinam libertatem, vt non ſeruirent, deinde contentione mouerunt inter ſe, quis

62

CAP.
XXXII.CAP.
XXXIII.CAP.
XXXIV.CAP.
XXXV.

eorum

eorum videretur esse maior, postremo armis audacter sumptis, Dominū & Regem suum deponere moliti sunt. Et hæc omnia potius oculis videri possunt, quā calamo scribi. Tandem seditionibus ad pacem inclinatis, Adalbertus & Anno Archiepiscopi Cōsules declarati sunt, & in eorum consilio deinceps summa rerum pendebat. Sed cum ambo essent viri prudentes & strenui in procuratione Reipublicæ; tamen alter alterum felicitate, aut industria sua præcurrisse videtur. Itaque sieta Episcoporum sodalitas, modico durauit tempore, & quamuis lingua vtriusque pacem sonare videretur, cor tamen odio mortali pugnabat in inuicē. Et Bremensis quidē Præsul eo iustiore induit causam, quoniam pronior ad misericordiam fuit, Regique Domino suo, fidem vsque ad mortem docuit esse seruandam. At vero Coloniensis vir atrocis ingenij, etiam violatæ fidei arguebatur

CAP. 152. in Regem. Præterea per omnes, quæ suo tempore factæ sunt cōspiraciones, semper erat medius. Coloniensis enim, quem auaritiæ notabant, omnia quæ vel domi, vel in Curia potuit corradere, in ornamento suæ posuit Ecclesiæ. Quam, cum prius magna esset, ita maximam fecit, vt iam comparationem euaserit omnium quæ in Regno sunt Ecclesiarum. Exaltauit etiam parentes suos & amicos, & Cappellanos, primis honorum dignitatibus omnes cumulans, vt illi alteris succurrerent infirmioribus. Quorum primores erant Wezcilo Magdeburgensis, eorumque nepos Buchardus Haluerstadenensis Episcopus. Similiter Cono Treueris electus, sed inuidia Cleri martyrio coronatus, antequam inthronizatus. Item Eylbertus Mindensis & Wilhelmus Traiectensis: præterea in Italia Aquilegensis atque Parmensis; & alij quos enumerare longum est, studio & fauore Annonis eleuati sunt, qui & fautori suo in tentationibus auxilio decorique fuisse certarunt.

CAP. 153. Multa igitur ab illo viro in diuinis & humanis egregie facta comperimus. Noster vero Metropolitanus tantum pro nobilitate certans & gloria terrena, indignum habuit aliquem suorum exaltare, licet multos in obsequio traxisset egentes, arbitrans sibi hoc esse quasi dedecus, si aut Rex, aut quisquam magnatum suis beneficeret, quos ipse, inquit, tam bene aut melius possum remunerare. Ergo admodum pauci suorum illo annuente peruenerunt ad apicem Episcopalem; multi vero si tantum apti ad verbum, seu callidi essent ad seruitium, ingentibus cumulati sunt diuitiis. Vnde factum est vt pro gloria mundi captanda, homines diuersi generis & multarum artium, præcipue vero adulescentes ad suam adscisceret familiaritatem. Quorum onerosam multitudinem traxit secum in curiam, & per Episcopium, siue quacunque iter esset, affirmans se frequenti commeantium multitudine non modo non grauari, verumetiam opipare delectari. Pecuniam autem quam à suis recepit, siue amicis, seu ab iis qui frequentabant Palatium, vel qui Regiæ potestati obnoxij fuerant, illam inquam, pecuniam licet maxima esset, sine mora infamibus dispersit personis & hypocritis, medicis & histrionibus, non sapienter æstimans, talium personarum fauoribus se effecturum, vt vel solus placeret in curia, vel maior Domus fieret præ omnibus, & eo modo perfici posse, quod in animo de prouectu Ecclesiæ suæ habuit. Præterea cum omnes qui erant in Saxonia, siue in aliis regionibus clari & magnifici viri, adoptaret in milites, multis dando quod habuit, cæteris pollicendo quod non habuit, inutile nomen, vanæ gloriæ, magno corporis & animæ damno, mercatus est. Et corrupti quidem Archiepiscopi mores ab initio tales, processu autem temporis & circa finem, semper fuerunt deteriores.

CAP. 154. Tunc igitur magnis curiæ inflatus honoribus, vixque iam tolerandus inopi Parochiæ, venit Bremam cum ingenti, vt solebat, multitudine armatorum, nouis populum & regionem exactionibus aggrauans. Et tunc leuata sunt illa Castella, quæ maxime nostros ad iram Duces incenderunt, deficiente illo studio, quod prius habuit in ædificatione sanctarum congregationum. Miranda nimirum voluntas hominis, impatiens ocij, quæ domi forisque tantis occupata laboribus, nunquam posset fatigari. Nam cum sæpe antea miser Episcopatus eius, tantis expeditionū sumptibus, tantisque voracis curiæ studiis laborasset, nunc vero in edifi-

CAP.
XXXVI.CAP.
XXXVII.CAP.
XXXVIII.

63

CAP.
XXXIX.

catio-

eatione Præpositurarum & Castellorum sine misericordia profligatus est. Nam
 & hortos & vineas, in terra plantas arida, licet studio inefficaci, multa tentasset,
 nihilominus tamen hiis, qui morem gerent suæ voluntati, magnifice voluit om-
 nibus compensari laborem. Ita mens alta viri pugnans contra naturam patriæ,
 quicquid vsquam magnificum didicit, hoc habere & ipse voluit. Cuius morbi
 causas cum diligenter & diu perscrutaret, inueni sapientem virum, ex illa, quam
 nimium dilexit, mundi gloria, perductum ad hanc mollitiæ animi, quod in pro-
 speritate rerum temporalium eleuatus in superbiam, ad laudem comparandam
 ignorabat modum; in aduersitate autem plus iusto contristatus, iracundiæ aut
 mærori frena laxabat. Itaque tam in bono, si misertus est; quam in malo, si iratus
 est, in vtroque mensuram excessit. Eius rei documentum hoc habeo, quod in i- CAP. XL
 ra furoris sui, aliquos manu vsque ad effusionem sanguinis percussit, sicut Præ-
 posito suo, aliisque fecit. In misericordia vero, quæ in hac parte melius largitas
 dicitur, erat ita profusus, vt libram argenti computans, aliquando mediocribus
 personis effundi centum libras edixerit, amplius autem maioribus. Qua de re
 accidit, vt quotiescunque iratus esset, tanquam leo fugeretur ab omnibus; cum
 vero placatus esset, palpari posset vt agnus. Citissime autem ad hilaritatem ab i-
 ra laudibus mulceri potuit, vel suis vel alienis, & tunc quasi alteratus ab illo, qui
 fuit, arridere cepit laudatori. Hunc locum sæpe vidimus captari adulatoribus,
 qui ex diuersis terrarum partibus, in Cameram eius, velut in sentinam confluxe-
 runt, quos & ipse ad nanciscendum honorem mundi necessarios Principibus iu-
 dicauit. Si qui tñ Palatio & Regi notiores erant, in suam dignatus est ascire fami-
 liaritatē, reliquos permisit abire donatos. Ita vero & honestas personas & in or-
 dine sacerdotali fulgentes, ad hoc turpissimum adulationis officium, ambitiosus
 familiaritatis illexit. Postremo qui adulari nesciret, aut fortasse nollet, eum sicut
 amentē & stolidum à ianuis exclusum vidimus, ac si diceretur; Exeat aulam, qui 64
 vult esse pius. Et accusator erit, qui verum dixerit. Porro ita mendaces apud nos
 præualuerunt, vt vera dicentibus non crederetur, etiam si iurarent. Talibus igi-
 tur personis plena fuit domus Episcopi. Quibus accesserūt cotidie alij CAP. XLII
 Gnathones, Parasiti, Somniatores & Rumigeruli, qui ea quæ ipsi confinxerunt, nobisq;
 placitura rebantur, iactabant sibi per Angelos reuelata; iam publice diuinantes
 Hammaburgensem Patriarcham (sic enim vocari voluit) cito Papam futurum.
 Emulos vero suos à curia depellendos, ipsum autem solum, diuq; Kemp. guber-
 naturum, atq; ita longæuum fieri, vt quinquaginta in Episcopatu excederet an-
 nos, postremo per illum aurea quædam sæcula orbi ventura. Et quidem hæc, li-
 cet fite ab adulatoribus & pro quæstu promitterentur; Episcopus tamen quasi
 de cælo sonuissent, vera omnia putabat, trahens ex scripturis quædam præfagia
 rerum, quæ fieri debeant hominibus, data vel in Somniis, vel in Auguriis, vel in
 communibus sermonum loquelis, vel in insolitis elementorum figuris. Quare
 dicitur eum morem insueuisse, vt dum cubitum ibat, fabulis delectaretur: cum
 expergisceretur, somniis: quotiens vero iter incepit, auspiciis. Aliquando etiam
 totum diem somno indulgēs, noctu peruigilanter lusit in alea, aut ante mensam
 sedit. Cumque ad mensam recumberet, hilariter habundanterque omnia conui-
 uis exhiberi præcepit, ipse à conuiuiis interdum surgens, semper autem ex officio
 paratos habens, qui aduenientes reciperent hospites, & magnopere procurarēt.
 Ad glorians hospitalitatem porro magnam esse virtutem, quæ dum diuina mer- CAP. XLII
 cede non careat, sæpe etiam inter homines habebat maximam laudem. Recum-
 bens autem nō tam cibus aut poculis quam facetiis oblectabatur, vt Regum Hi-
 storiis, aut raris Philosophorum sententiis. Si vero erat priuatus, quod raro acci-
 dit, vt solus & absque hospitibus maneret vel Regiis Legatis, tunc fabulis, & so-
 mniis, semper autem sobriis otium impendebat loquelis. Raro fidicines admit-
 tebat, quos tamen propter alleuiandas anxietatum curas aliquando censuit esse
 necessarios. Cæterum Pantomimos, qui obscænis corporum motibus oblectare
 vulgus solent, à suo cōspectu prorsus eiecit. Soli Medici cum illo regnabāt, cæto-
 ris dis-

ris difficilis fuit aditus, nisi causa grauior posceret aliquos intromitti. Vnde etiam accidit, vt videremus ostium thalami sui, q̄ primo omnibus paruit ignotis & peregrinis, tali postmodū custodia vallatum esse, vt magnatū rerum Legati, potentēsq; sæculi personæ, aliquando pro foribus expectarēt inuiti per hebdomadam. Præterea inter epulandum familiare habuit magnates carpere viros, notās in aliis stultitiam, in quibusdam avaritiam, multis autem obiiiciens ignobilitatem, omnibus vero improperauit infidelitatem, eo q̄ ingrati Regi essent, qui eos de stercore suscitaret, quem solum ipse diligens, Imperium pro iure, nō pro suo commodo tueri videretur: argumentum esse, quod illi sicut ignobiles raperent aliena, ipse vero sicut nobilis effunderet sua. Hoc esse apertissimū nobilitatis indicium. Hac inuectione pestifera utebatur in singulos, nullique demum pepercit, dūmodo se omnibus anteferebat. Itaque breuiter hoc dicendum est, pro sola, quam dilexit mundi gloria, peioratum esse virum illum, de omnibus quas ab initio habuit virtutibus. Nempe talia & eiusmodi plurima circa ipsum facta sunt illo tempore, quæ superstitioni vel iactantia, seu potius negligentia eius infamiam magnam pepererunt, odiumque omnium mortalium, præcipue vero magnatum. Ex quibus infestissimi erant tam illi quam Ecclesiæ nostræ Dux Bernardus & filij eius; quorum inuidia, simultates, & odia, itemq; insidiae, opprobria & calumnia traxerunt Archiepiscopum ad hæc omnia, qua supra diximus offendicula præcipitem: & quasi vecordem reddiderunt, dum minor ipsis & cedere videretur. Cessit tamen aliquando sponte pro officio sacerdotij, cupiens inuidiam superare beneficiis, & bona reddere pro malis. Sed cū frustra laborasset omnibus modis, vt male nexam Ducibus resarciret amicitiam, victus tandem à tribulatione persequentium, & dolore malorum exulceratus, non semel exclamauit cum Helia, Domine Deus altaria tua destruxerūt, prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & quærunt me interficere. Cæterum quam iniuste Archiepiscopus talia passus sit, vnum satis hic est exemplum ponere: quo potest videri amicitiam cum inuidis nil valuisse cōseruatam.

CAP.
XLIII

CAP. 158 Dux avaritiæ stimulo motus in Fresones, quod debitum nō inferrent tributum, venit in Fresiam, comitem habens Archiepiscopum, qui ea tantum gratia profectus est, vt discordantem populū Duci reconciliaret. Cumq; Dux Mammoneæ cupidus, totam pro censu rationem poneret, nec cū septingentis argenti marcis vllō modo placari posset; mox barbara gens nimio furore succenta, inferrum pro libertate ruebāt. Multi ergo ex nostris ibi perfoffi, cæteri fugā sunt defensi, castraq; Ducis & Archiepiscopi direpta, magnus Ecclesiæ Thesaurus ibi dilapsus est. Nihil tñ profuit nobis apud Ducē & suos amicitia fides, vel periculo experra, quo minus Ecclesiam persequi vellent. Aiunt ergo Ducem futuri præscium sæpe cum gemitu narrasse, filios suos ad excidium Bremensis Ecclesiæ fataliter destinatos. Vidit enim per somnium ex penetralibus suis egressos in Ecclesiam vrsos, aprosq; deinde ceruos, ad vltimū lepores. Vrsi, inquit, & apri erant parentes nostri, fortitudine sicut dentibus armati; cerui sumus ego & frater meus, solis decori cornibus; lepores autē sunt filij nostri, modicæ virtutis & timidi: de quibus metuo, ne impugnātes Ecclesiam, diuinam incurrāt vltionem. Quapropter sub obtestatione diuini timoris præmonuit eos, ne quid impium cogitarent aduersus Ecclesiam & Pastore suum, neve ledant etiā hunc aut illum, quorū iniuria redundet in Christū. Hæc ille surdis præcepta reliquit. Nunc de vindicta statim sequente peccatores videamus.

CAP.
XLIV

CAP. 159. Anno pontificis nostri xvii. Bernardus Saxonū Dux obiit, qui à tempore senioris Libentij iam per xl. annos Slauiorum res atq; Nordalbingorū, ac nostras strenue administrauit. Post cuius obitum filij eius Ordolf & Hermannus hereditatē patris acceperunt, malo omine Bremensis Ecclesiæ. Illi enim antiqui memores odij, quod patres eorum contra eandem licet occulte exercuerunt Ecclesiam, statuerunt aperte iam vltionem repetendam esse in Episcopum totamque

INCIPIT
LIB. IV.

CAP. I.

tamque Ecclesiæ familiam. Et primo quidē Dux Ordulfus adhuc viuente patre, hostili stipat⁹ multitudine, Bremensem in Fresia deuastrauit Episcopatū, hominesq; Ecclesiæ necauit, alios etiam legatos ad se p⁹ pace directos, publice verberari & decaluari iussit; postremo omnibus modis Ecclesiam & suos impugnare, spoliare, cædere ac pro nihilo habere cæpit. Et licet Pontifex, vt debuit Ecclesiastico zelo exardescens, malefactores anathematis gladio percussit, querelam tñ ad curiam deferens, nil aliud meruit quam derideri. Nam & Rex puer à nostris Comitibus primo derisui habitus est. Quapropter Archiepiscopus tempore deseruiens, vt coniuratos tantum fratres ab inuicem diuelleret, Hermannum Comitum adoptauit in militem. Cuius satellitio functus in Vngaricam expeditionē tunc quasi Magister Regis & Princeps consiliorum profectus est, relicto super negotia Regni Coloniensi Archiepiscopo. Restituto autem in Regnum Salomone, quem bello expulerant, Pontifex noster cum Rege puero victor ab Vngaria regressus est. Tunc Comes Hermānus aliquid magnum sperans, ambiensq; beneficium, quod dare noluit Episcopus, statim in furorem versus, cum exercitu copioso venit contra Bremam, ibique diripiens omnia quæ ad manum uenerant, soli Ecclesiæ pepercit. Armēta bouum & caballorum omnia in prædam ceferunt. Similiter per totum faciens Episcopatum, homines Ecclesiæ nudos inopesque dimisit. Tunc etiam Castella omnia, quæ Pontifex futurorum præcius diuersis construxerat locis, vsque ad solum diruta sunt. Archiepiscopus eo tempore primatum Curia tenebat, Cuius audita querela, Comes secundū iudicium Palatij exilio relegatus, post annum clementia Regis absolutus est. Deinde vero idem Comes Hermannus, & frater eius Dux Ordulfus, ad satisfactionem Ecclesiæ venientes, pro delicto suo quinquaginta mansos obtulerunt, & terra quieuit paucos dies.

CAP. II.

CAP. III.

CAP. IV.

Tunc etiam Rex vastationi Bremensis, Ecclesiæ compatiens, transmisit ei ad solatium fere centum pallia, cum aliis vasis argenteis, itemq; libris, candelabris, & thuribulis auro paratis. Hæc enim sunt munera quæ Rex misit ad reedificationem Hammaburgensis Ecclesiæ. Tres calices aureos, in quibus erant libræ auri decem, vnum vas Chrismale argenteum, scutum argenteum deauratū, Psalterium aureis scriptum literis, thuribula & candelabra argentea, dorsalia nouē Regalia, casulas xxxv. cappas xxx. Dalmaticas & subtiles xiv. & alia multa, & vnum Plenarium, cuius tabula videbatur nouem libras auri habere. Tunc etiam Corbeia atque Lauressa Cænobia, pro quibus diu multumque Archiepiscopus laborauerat, Ecclesiæ Hammaburgensis præceptis tradita sunt. Tunc etiam diu desiderata in ditionē Ecclesiæ Lismona venit, quæ cortis, vt aiunt, septingētos mansos habere videtur, & maritimas Hatheloc regiones in ditione possedit. Pro qua firmiter ex omni parte soluēda, fertur Archiepiscopus Agneti Reginae dedisse nouem libras auri, quoniam hæc in partem suæ dotis commemorabatur. Quinquaginta ergo cortes dominicales habuit Archiepiscop⁹, ex quibus Walde maxima, vnius mensis persoluit seruitium, cæterum Ambergon minima quatuordecim dierum. Tanta erat opulētia huius Episcopi.

CAP. V.

Potuit Ecclesia nostra diues esse; potuit Archiepiscopus noster Coloniensi aut Mogontino in omni rerum gloria non inuidere, Solus erat Wirceburgensis Episcopus, qui in Episcopatu suo neminē dicitur habere consortem. Ipse enim cum teneat oēs comitatus suæ parochiæ, Ducatum etiam prouinciæ gubernat. Cuius æmulatione noster Præsul statuit oēs Comitatus, qui in sua diocesi aliquā iurisdictionem habere videbantur in potestatem Ecclesiæ redigere. Quapropter ab initio quidem illum maximum Fresiæ Comitatum à Cæsare adeptus est de Fielgoe, quem prius habuit Dux Gotafridus, & nunc Ecbertus. Pensionem annuam dicunt esse mille librarū argenti, quarum ducētas, ille soluit; atq; est miles Ecclesiæ. Archiepiscopus autē obtinuit eundē Comitatum per decē annos, vsq; ad expulsionis suæ diem. Alter vero Comitatus erat Vdonis, qui per oēm parochiam Bremensem sparsim diffunditur, maxime circa Albiam, pro quo Archiepi-

scopus

scopus Vdoni tantum obtulit in precarie nomen de bonis Ecclesie, quod aestimatur singulis annis reddere mille libras argenti, cum utiq; tanta quantitate precij maior posset Ecclesie fructus omni anno parari, nisi q; pro adipiscenda mundi gloria, sufficit nobis, ideo pauperes esse, ut diuites multos in seruitio habeamus.

Tertius erat Comitatus in Fresia, nostre Parochie vicinus, qui dicitur Emisgoe, pro quo noster Pontifex Regi pactus est se mille libras argenti daturum. Cuius pecunie summam cum facile non posset habere, pro dolor, iussit Cruces, altaria, coronas, & cetera ornamenta Ecclesie deponi, quibus denudatis, infelicem maturavit contractum perficere. Gloriabatur autem pro argentea cito se auream Ecclesiam facturum, omniaq; ablata restituere in decuplum, sicut & prius in destructione claustris visus est egisse. O sacrilegium! Duæ cruces auro paratæ cum gemmis, altare maius & calix, ambo rutilantia ex auro & lapidibus cõtexta preciosis, cõfracta sunt, in quibus erant auri pondera viginti marcae. Quas obtulit dña Emma Bre-

menfi Ecclesie, cum aliis pluribus donis. Narravit autem aurifaber illa conflans, magno se dolore coactum ad hoc sacrilegium, ut confringeret illas cruces, asserens se ad sonitum mallei audisse quasi vocem gemetis pueri. Tunc autem & tali modo Thesauri Bremensis Ecclesie, à veteribus & suo tempore labore magnaq; fidelium deuotione collecti, vna & miserabili hora, pro nihilo sunt pessundati. Vix tñ ex eadem pecunia media pars debiti cõflata est. Gemmas sanctarum crucium distractas audiuius, ac quibusdam meretriculis donatas. Horreo, fateor, omnia sicut facta sunt propalare, eo q; initium dolorum hæc sunt, grauisque secuta est vindicta. Ab illo ergo die ruentibus in occasum prosperis, omnia nobis & Ecclesie aduersa fuerunt, ita ut Episcopus noster & sui asseclæ, ab omnibus sicut hæretici exhiberentur. At ille omnium voces paruipendens, simul etiã relicta rei domestice cura, totus in curiam vehemens, & in gloriam præceps ferebatur, hac causa, ut ipse retulit, capeffendæ Reipub. querens primatum, quia Dominum & Regem suum inter manus trahentium, non posset videre captiuum. Et iam consulum adeptus est, iam æmulis remotis solus arcem Capitolij possidet, non tam sine inuidia, quæ semper gloriam sequitur. Tunc vero Metropolitanus noster quædam aurea renouaturus sæcula, in consulatu suo cogitauit disperdere de ciuitate Dei omnes qui operantur iniquitatem præcipue illos, qui vel in Regem manus miserunt, aut Ecclesias depredasse videbantur. Cuius delicti conscientia cum fere omnes Episcopi & Principes Regni tangerentur, vnanimi odio conspirabant, ut ille solus periret, ne ceteri periclitarentur. Igitur omnes simul apud Triburiam cõgregat, cum Rex presens adesset, Archiepiscopum nostrum quasi magum & seductorem à Curia depulerunt. Adeo manus eius contra omnes, manusque omnium contra illum, ut controuersie finis usque ad sanguinem perueniret.

CAP. 163.

Audientes Duces nostri, Pontificem ab ordine Senatorum esse eiectum, magno repleti gaudio, cogitabant & ipsi tempus ultionis inuenisse, ut eum à suo penitus alienarent Episcopo, dicentes: Exinanite usque ad fundamentum in eo, & cõteramus eum de terra viuentium. Itaq; multæ insidie, multaque opprobria eorum aduersus Episcopum, qui eo tempore cum nihil tutius haberet, Bremem, sedit, quasi obsessus, & custodia inimicorum vallatus. Cumque tota Ducis familia Pastorem & Ecclesiam, Populum & Sactuarium derisioni haberent, Magnus ante omnes sequebatur, glorians se tandem reseruatum esse, qui rebellem domaret Ecclesiam. Magnus ergo filius Ducis collecta latronum multitudine, non eo modo Ecclesiam impugnare conatus est, quemadmodum parentes eius, verum ipsum Ecclesie Pastorem persequutus, ut cõtentionem diutinam finisse videretur, aut membris truncare, aut funditus interficere querebat Archiepiscopum. Nec tamen illi dolus ad cauendum defuit, auxilium vero in militibus nullum profusus habuit. Ipso ergo tempore Archiepiscopus à Magno Duce obsessus, clam metu suffugit Goslariam, ibique secure apud Loctunam, in prædio suo per dimidium annum mansit. Castra autem & seruitia eius ab hostibus direpta sunt. Quibus angu-

CAP. 164.

angustia, CAP. VII.

CAP. 165.

angustia, CAP. VIII.

CAP. IX.

angustiarum laqueis obstrictus ignominiosum quidē, sed necessarium cum Tyranno fœdus pepigit, vt qui hostis erat, miles efficeretur, offerens ei de bonis Ecclesie mille mansos & amplius in beneficium. Eo nimirum tenore, vt Comitatus Friesie, quorum alterum Bernardus, alterum Ekbertus inuito retinebat Pontifice, Magnus absque omni dolo, iuri Ecclesie vindicaret atque defenderet. Ita CAP. X.
 prorsus diuiso in tres partes Bremensi Episcopatu, cum vnam partem Vdo, alteram partem Magnus haberet, vix tertia remansit Episcopo; quam tamen ipse postea Bernardo, aliisque Regis adulatoribus distribuens, fere nihil sibi retinuit. Nam & Curtes Episcopi & decimæ Ecclesiarum, vnde Clerici & inopes sustentari deberent, omnes cesserunt in vsum laicorum, ita vt meretrices cum latronibus vsque hodie luxurientur ex bonis Ecclesie, in derisum habentes Episcopum, omnesque ministros altaris. Tantis igitur largitionibus, sicut hodie videri potest, nihil erga Vdonem & Magnum lucratus est Archiepiscopus, quam ne expelleretur à suo Episcopatu: à cæteris vero nihil aliud meruit, nisi vt Dominus vocaretur.

CAP. 166 Hæc nobis prima ruina contigit in Bremensi Parochia, verum trans Albiam quoque vindictæ magnitudo peruenit, quoniam Princeps Godescalcus eo tempore à Paganis interfectus est, quos ipse ad Christianitatem nitebatur conuerrere. Et quidem vir omni æuo memorabilis, magnam partem Slauanæ conuersam habuit ad diuinam Religionem. Sed quia nō dum completæ sunt iniquitates Amoreorum, neque adhuc venit tempus miserendi eorum, necesse erat vt venirent scandala, vt probati fierent manifesti. Passus est autem noster Machabæus in ciuitate Leontia VII. Idus Iunij, cum Presbytero Ippone, qui super altare immolatus est, & aliis multis tã Laicis quam Clericis, qui diuersa pro Christo vbiq; pertulerunt supplicia. Ansuerus etiam Monachus, & cū eo alij apud Razispurg lapidati sunt. Idus Iulij passio illorum occurrit. [Qui cum ad passionem veniret, flagitasse fertur Paganos, vt prius socij, quos deficere metuebat, lapidarentur. CAP. XII.
 65.

CAP. 167 Quibus coronatis ipse gaudens, cum Stephano genua posuit:] Iohānes Episcopus senex cū cæteris Christianis in ciuitate Magnopoli seruabatur ad triumphū. Ille igitur pro confessione Christi fustibus cæsus, deinde per singulas Slauorum ciuitates ad ludibrium ductus, cum à Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus, in platea corpus eius proiectum est. Caput vero defectum: quod Pagani conto præfigentes in titulum victoriæ, Deo suo Redigast immolauerunt. Hæc in Metropoli Slauorum Rethre gesta sunt IV. Idus Nouemb. Filia Regis Danorum apud Michilinsburg, ciuitatem Obodritorum, inuēta cum mulieribus nuda diu cæsa est: Hanc enim, vt prædiximus, Godescalcus Princeps habuit vxorem, à qua & filium suscepit Henricum. Ex alia vero Butue natus fuit, magno vterq; Slauis excidio genitus. Et illi quidem victoria potiti totam Ham- CAP. XIII.
 XIII.
 burgensem Prouinciam ferro & igne demoliti sunt. Sturmarij fere oēs aut occisi, aut in captiuitatem ducti, castrum Håmaburg funditus excisum, & in derisionem Saluatoris nostri etiam cruces à Paganis truncatæ sunt. Ipso eodemq; tempore Sliaswig ciuitas Saxonum Transalbianorum, quæ sita est in confinio Daniæ Regni opulentissima atque populosissima, ex improviso Paganorum incursum funditus excisa est. Et impleta est nobiscum Prophetia, quæ ait; Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum Hierusalem: quæ prophetiæ in Hierosolymitanæ vrbis excidio deplorantur. Huius vero auctor cladis Pluffo fuisse dicitur, qui sororem Godescalci habuit, domumq; reuersus & ipse obruncatus est. Itaq; omnes Slauis facta conspiratione generali, ad Paganismum denuo sunt relapsi, eis occisis qui perstiterunt in fide. Dux noster Ordulfus in vanum sæpe contra Slauos dimicans, per duodecim annos, quib⁹ patri superuixit, nullam vnquam potuit habere victoriam, totiensque victus à Paganis, à suis etiam derisus est. Igitur expulsio Archiepiscopi & mors Godescalci, vno fere anno cōtigat: Qui est Pontificis XXII. [Hæc est Slauorum tertia negatio, qui primo facti sunt à Carolo Christiani, secundo ab Ottone, tertio nunc ab Go-
 E 3 desc.

descalcō Principe, & nisi fallor, hæc mala nobis vêtura signavit ille horribilis Cometa, qui ipso apparuit anno circa dies Paschæ]

CAP. 169

Eodem quoque tēpore clades illa memorabilis in Anglia facta est, cuius magnitudo, & q̄ Anglia Danis ex antiquo subiecta est, summa nos euentuum præterire non finit. Post Regis sanctissimi Eduardi mortem, contendentibus pro illo Regno Principibus, Haroldus quidā Anglorum Dux, vir maleficus, sceptrum inuasit. Quod dum sibi frater eius nomine Tosti ereptum audiret, Regē Nordmannorum auxilio ducit Haroldum, Regemq; Scotorum: & occisus est ibi Tosti, Haroldus, & Rex Hybernix cum toto exercitu, à Rege Anglorum. Vix ergo dies octo transferant, & ecce Willelmus, cui pro obliquo sanguine cognomen est Bastardus, à Gallia trās fretans in Angliam, lassō victori bellum intulit. In quo Angli primum victores, deinde victi à Nordmannis, vsque ad finem cōtriti sunt. Haroldus ibi cecidit, & cum eo ex Anglis fere centum milia. Bastardus victor in vltionem Dei, quem ipsi offenderant Angli, omnes fere Clericos & Monachos absque regula viuentes expulit. Deinde ablatis scandalis, Lanfrancum Philosophum in Ecclesia posuit doctorem, cuius studio & pri^o & postmodum in Anglia multi ad diuinum animati sunt obsequium.

CAP. XIV.

66.

CAP. 170

In Sueonia per idem tempus Christianissimus Rex Stinkel defunctus est, post quem duobus Hericis de Regno certantibus, oēs Suedorum potentes in bello occubuisse feruntur. Nam & ambo Reges ibi perierunt. Ita prorsus deficiente omni Regali profapia, & status Regni mutatus, & Christianitas ibi turbata est valde. Episcopi quos illuc Metropolitanus ordinavit, persecutionē metuentes, domi sederunt. Solus Episcopus Sconix procuravit Ecclesias Gothorum. Et quidā Sueonum Satrapa Gniph ad Christianitatem populum confortavit.

CAP. XV.

67.

CAP. 171.

Illo tempore clarissimus inter barbaros fuit Suein Rex Danorum: qui Reges Nordmannorum Olaph & Magnum constrinxit magna virtute. Inter Suein & Bastardum perpetua contentio de Anglia fuit, licet noster Pontifex muneribus Willelmi persuasus, inter Reges pacem formare voluerit; Christianitas autem ab illo Suein Rege in exteris nationes lōge lateq; diffusa est. Et cum multis polleret virtutibus, sola ægroravit luxuria. Nouissimis Archiepiscopi temporibus, cum ego Bremam veni, audita eiusdem Regis sapientia, mox ad eum venire disposui, à quo etiam elementissime susceptus, vt oēs, magnam huius libelli materiam ex eius ore collegi. Erat enim scientia literarum eruditus, & liberalissimus in extraneos, & ipse p̄dicatores suos Clericos in oēm Suediam direxit, & Nordmāniam, atq; in Insulas, quæ sunt in illis partibus, Cuius veraci & dulcissima narratione didici, suo tempore multos ex Barbaris nationibus ad Christianā fidem cōuersos, aliquos etiam tam in Suedia quam in Norwegia martyrio coronatos: ex quibus, ait, Hericus quidam peregrinus dum apud Sueones vltiores prædicaret, martyrij palmam capitis abscissione meruit. Alter quidam Alfardus nomine inter Nordmannos sancta conuersatione diu viuens ac latenter, abscondi nō potuit. Ille igitur dum protexit inimicum, occisus est ab amicis. Ad quorum requietionis locum magna hodie sanitatum miracula populis declarantur. Igitur ea quæ diximus, vel adhuc dicturi sumus de Barbaris, omnia illius viri relatu cognouimus.

CAP.

XVI.

68.

CAP. 172

Interea noster Archiepiscopus zelo, vt aiunt, Agrippinensis Episcopi à curia p̄turbatus, Bremæ sedit priuatus, solitarius & quietus. Atq; vtinam tanta mentis quiete frueretur, quāta corporis fatigatione, carebat. Felix inquam si domesticis Ecclesiæ bonis, auitisque parentum contentus diuitiis, infelicem curiam aut nunquam vidisset, aut raro visitasset. Et de aliis quidem viris magnis legitur, quod gloriam mundi cōtemnentes, Aulam Regiam veluti secundariam idololatriam refugerint, iudicantes nimirum ad hoc philosophicum solitariae vitæ officium, à tēpestate sæculi & tumultu Palatij, quasi ad portum & requiem beatitudinis veniendum. Noster vero Pontifex contraria currebat via, sapientis viri officium æstimans, vt pro salute Ecclesiæ suæ, non solum curiæ labores sustineat, ve-

CAP.

XVII.

69.

rum et-

num etiam si ita necessitas erit, pericula & mortem subire non dubitet. Vnde ni fallor primo tempore suo curiam Regis frequentauit, pro exaltanda Ecclesia sua. Circa finem vero perditis aut potius dispersis, quæ habuit, pro liberando laborauit Episcopo. In qua re sicut illud persuasit ambitus gloriae; ita istud necessitas imperauit Ecclesiae, quæ inuidia Ducum huius patriæ semper impugnata, nunc demum etiam ad nihilum redacta est. Quam calamitatem sui temporis ipse miserabiliter cotidie deplorauit, speciales ad hoc Psalmos habens constitutos, quibus in hostes Ecclesiae posset uicisci. Quod autem erga suos Parochianos se tam crudeliter exhibuit, quos potius diligere ac sicut Pastor oues suas procurare deberet, ipse magnam exposuit rationem, quam de illius ore nos audiuius, aliaque didicimus ex aliis.

CAP. 173. Germanus autem Archiepiscopi frater, scilicet Palatinus Comes, nomine Decius, a quodam suæ diocesis presbytero interfectus est, eodem anno quo & Cæsar defunctus est, vir bonus & iustus, qui nemini unquam vel ipse nocuit, vel fratrem nocere permisit. Apparuit enim in fine memorabilis viri, qui circumstantes obtestatus est pro salute occisoris, quod & fratri mandauit. Qui defuncti complens vota, presbyterum quidem abire permisit illæsum, ex eo autem tempore odio habuit omnem familiam Ecclesiae. Dicunt & alium fomitem odij, quod dum aliquando Pontifex, nescio quem, de familia superbius agentem, comprehendi iussisset, reliqui proinde ad insaniam commoti, cubiculum Pontificis armati petunt, etiam vim facturi, nisi redderetur comprehensus, & alia, quæ furor persuasit iratis.

CAP. 174. Tertia causa erat, quæ ut Episcopus bonis suis parceret, annum integrum aut sæpe biennium a domo peregrinatus est. Post multum vero temporis in Episcopatum regressus, cepit rationem ponere cum seruis & ancillis suis, inuenitque omnia bona & reditus non minus dissipata, quam si domi fuisset. Est enim hoc genus hominum, ut bene describit Salustius, mobile & infidum, neque beneficio neque metu coercetur. Præterea ingurgitationem potus, quod peculiare vitium est illis gentibus, ita in eis Pontifex abominatus est, ut sæpe de illis dicere fuerit solitus, quorum venter Deus est. Nam contentiones & pugnas, oblocutiones & blasphemias, & quæcunque scelera maiora commiserint in ebrietate; in castinum illi pro ludo habent.

CAP. 175. Querebatur etiam usque ad sua tempora multos Paganorum erroribus impletos, ita ut diem sextæ feriæ carnis esu macularent; ut vigiliis, solennitatibusque sanctorum, ac venerabilem quadragesimam gula fornicationibusque polluerent, ut periuria pro nihilo computent, ut effusionem sanguinis in laude habeant; similiter adulteria, incestuositates, aliaque naturam excedentes immunditiæ vix culpantur ab aliquo eorum. Plerique enim duas vel tres aut innumerabiles tenent simul uxores. Item morticina & sanguinem, & suffocata, carnesque iumentorum licite vtuntur.

CAP. 176. Postremum est quod Archiepiscopus apprime doluit super inuidiam, quam in aduenas habent, & quod adhuc Duci fideliores erant, quam sibi aut Ecclesiae suæ. Hæc & alia populi delicta dum sæpe Metropolitanus in Ecclesia declamatorio sermone fieri prohiberet, illi correptionem paternam derisioni habentes, nec sacerdotibus nec Ecclesiis Dei ullam reuerentiam exhibentes, flecti mouerique nequiverunt. Quibus rerum causis impellentibus, statuit eis Archiepiscopus, ut populo duræ cervicis, neque parendum esse, neque credendum, ita dicens: In chamo & freno maxillas eorum constringe; Rursumque; Visitabo in virga iniquitates eorum: & alia. Itaque inuenta occasione si quis eorum offendisset, eum in vincula conuici mox præcepit, aut spoliari omnibus bonis, asserens cum risu, afflictionem corporis animæ vtilem; damna bonorum, hoc esse purgationem delictorum. Vnde factum est, ut Præpositi operum, quibus vicem suam commisit, in rapiendo & affligendo modum excesserint. Impletumque est vaticinium quod ait: Ego iratus sum parum: ipsi vero adiuuerunt me in malum, dicit Dominus. Tunc igitur Bremæ commoratus Pontifex cum nil residui haberet, de rapinis pauperum vixit, & bonis sanctarum congregationum Præposituram maiorem Episcopij seruis eius quidam Suidger administravit. Is eum

dispersis fratrum bonis, propter diaconi homicidium esset depositus, iterumque restitutus, nec haberet quod fratribus aut Dño seruientibus daret, conscientie metu percussus aufugit iram Pontificis. Sicque Præpositura in ditionem Episcopi redacta, per vicarios sua quærentes, miserabiliter ipso tempore laniata est. Similiter per singulas fiebat congregationes. Pontifice ergo in Præpositos irato, illis autem in vulgus zelantibus, dissipata sunt omnia bona Ecclesiæ. Huius cladis solum expers erat Xenodochium quod à Sancto Ansgario primitus incæptum, postea succedentium patrum diligentia vsque ad nouissima Adalberti temporis saluum permanit & integrum. Et tunc quidem vicedominus noster, quasi fidelis dispensator & prudēs, ad custodiendas pauperum elemosynas deputabatur. Non enim audeo dicere quantum peccatum sit defraudare pauperum res, quod alij Canones sacrilegium, alij homicidium vocant: hoc solum fas sit pace omnium dici fratrum, quia toto septennio, quo superuixit Archiepiscopus, ex illo famoso & opulento Bremensis Ecclesiæ hospitali, nulla prorsus data est elemosyna. Quod ex eo miserabile & inhumanum videtur, quoniam & tempus incubuit famis, & multi pauperes vbiq; in plateis reperti sunt mortui. Ita intento ad curiam Pastore nostro, sanctissimi vicarij eius dominicum vastantes ouile, more luporum in Episcopo grassati sunt; ibi solummodo parcentes, vbi nihil inuenerūt quod posset auferri.

CAP. 183. Cerneret eo tempore lametabilem tragediam Bremæ in afflictione ciuium, militumq; ac magnatum, item quod grauius erat clericorū & sanctimonialium. Et de nocentibus quidem iuste actum videtur, vt corripentur, de aliis vero non sic. Primo igitur si quis diuitum putabatur innocens, ei aliqua iubebantur, vt nocens fieret, vix possibilia, [quæ dum ille præteriret, aut forte impossibilia] clamaret, statim bonis omnib; expoliatus est; si murmurare præsumpsit, in vincula cōiectus. Erat autē videre alios flagris torqueri, multos in neruum mitti, quosdam pelli à domo, plerosq; in exiliū deportari, ac velut in ciuili Romani Syllæ victoria contigit, quem aliquis potētum in priuato odio infensum habuit, eum sæpē ignorante Episcopo damnauit, quasi ex eius præcepto. Tum vero ne aliquis ordo aut sexus immunis haberetur in tãto scelere, vidimus solas mulierculas auro vestibusq; nudatas, & infamis prædæ auctores cum Presbyteris vel Episcopis existere. Porro ex illis quibus ablata sunt bona sua, aut qui diutius à quæstore grauati sunt, compertum est nobis aliquos eorum nimio dolore permotos, in amentiam venisse; quosdam vero, nuper diuites ostiatim mendicasse. Cumq; rapinarum quæstio in omnes caderet Episcopo subiectos, non transiuit etiam negotiatores, qui ex omni parte terrarum Bremam solitis frequentabant mercibus, eos omnes execranda vice Dominorum exactio coegit sæpe abire nudos. Ita ciuitas ciuib; & forum mercibus vsque hodie defecisse videtur, præsertim cum, si quid nostris intactū superfuit, hoc serui Ducis radicitus absumperint. Et hæc omnia cum sæpe antea etiam præsertim Archiepiscopo facta sint, intolerabilius autē illo absente ac post diem expulsionis suæ.

CAP. 184. Multo igitur labore, multisque largitionibus in vanum cōsumptis Metropolitanus tandem post triennium expulsionis suæ, voti compos effectus, in pristinū gradum Curia restitutus est, moxque succedentibus prosperis, summam rerum, quod est Vicedominatus, iam septies Consul meruit. Nactus vero locum dignitatis in quo magnitudinem animi ostendere posset, iam tunc caute ambulandū erga Principes esse deliberauit, vt nō eos sicut pri⁹ offenderet. Quapropter Colonienfi Pontifici primū reconciliari voluit, deinde cæteris, in quos ipse, vel potius qui in illum peccasse videbantur. Deinde remotis Ecclesiæ suæ impedimentis, pro cuius exaltatione tam in ambitu Curia, quam in profusione pecuniæ videbatur improbior, non fuit ociosus. Quo tempore Plisnam, Dusburg, Gronigin & Sinticum acquisiuit. Wildushusen Præposituram Bremæ vicinam prope in manibus habuit, & Rosaueldon Hammaburg proximam. Cæterum si diutius vitam haberet, cogitauit etiam Ferdensem Episcopatū nostræ subiugare Metro-

CAP.
XXII.CAP.
XXIII.CAP.
XXIV.

CAP. 185 poli. Postremo in Hammaburg iam aperte laborauit Patriarchatum efficere, aliaque magna & incredibilia, de quibus supra nimis dictum est. Accessit hoc ad gloriam Præfulis, quod in anno Consulatus sui famosum illud colloquium Cæsaris cum Rege Danorum ad contumeliam habitum est in Luneburg. Vbi sub obtentu fræderis contra Saxones arma laudata sunt. Eodem anno restincta est illa conspiratio prima in Regem facta. In qua Dux Otto & Magnus, deuastata per annum Saxonia, tandem consilio Archiepiscopi in potestate se Regis dederunt. Rex Ducatum Ottonis Welpo dedit, & Archiepiscopus noster bona Ecclesiæ recepit, quæ ante Magnus habuerat.

CAP.
XXV.

CAP. 186 Itaque in summa rerum gloria positus, licet crebra corporis molestia pulsaretur, negotiis tamen publicis deesse noluit. A Rheno ad Danubium, indeq; in Saxoniam cum Rege portatus in lectica. Aiunt quidam regia sponcione laudatum esse, vt in proxima solennitate Paschali conuenientibus apud traiectum Rheni Principibus, ibi confirmarentur ei omnia, quæ de Lauressa vel Corbeia & cæteris desiderauit anima eius. Alij autem asserunt Episcopum callidis à Rege dilationibus protractum esse, quo scilicet Lauressam dimittens, vbicunq; mallet in regno bis tantum suæ reciperet Ecclesiæ donandum: verum ille pertinax insistit, dum nil aliud velle respondit, tandem frustrato nisu decidens, vna & vitam & Lauressam cum cæteris Ecclesiæ bonis perdidit.

CAP.
XXVI.

CAP. 187 Signa vel prognostica vicinæ mortis eius plurima fuerunt, tam pauorabilia & insolita, vt nos ipsumq; Pontificem terrefacere viderentur; tam ingentia & manifesta, vt quisquis meritorum suorum turbulentiam, valetudinis inconstantiam diligenter intueretur, proculdubio finem dixerit aduentasse. Siquidem mores viri, licet semper à communi mortalium habitudine dissentirent, circa terminum vero inhumani intolerabilesque & alieni à semetipso videbantur, maxime post diem expulsionis suæ, vel deuastationis Parochiæ quæ subsecuta est. Post illum, inquam, diem pudore, ira, doloreque maiori quam sapientem virum decuit, permotus, quia recuperandi bona Ecclesiæ non inuenit consilium, ex nimia sollicitudine multiformium angustiarum, non audeo dicere insanus, sed impos mentis effectus est. Porro quæ per eum deinde gerebantur, alicuius errantis vel desipientis poterant videri, quæ vt æstimo, non sani hominis, non sanus iuret Orestes. Sicut est illud quod præfati sumus, quia noctem integram vigilando, diemque transegit dormiendo. Item illud quod à veritate quidem auditum auertens, ad fabulas & somnia conuersus est. Item illud, quod eleemosynarum oblitus in pauperes, omnia quæ habere potuit, dispersit in diuites, præcipue in Adulatores. Item illud, quod dispersis bonis Ecclesiæ, cum nihil haberet residui, de rapinis miserorum vixit, & legitimis sanctarum cõgregationum. Item illud, quod de Præpositura villicationem faciens, & Præposituram de hospitali, non impar illi fuit, qui diruta ædificat, mutat quadrata rotundis. Item illud, quod facilius solito prouocatus ad iracundiam, aliquos manu percussit vsque ad effusionem sanguinis. Multos etiam ignominiosas exasperas verbis, non minus se quam illos inhonorauit. Talis ille circa finem, à se totus alteratus, & pristina virtute pessundatus, quid vellet aut nollet, nec sibi, nec vlli suorum poterat satis esse notum. Cæterum talis erat eloquentia eius vsq; in finem, vt si eum audires concionantem, tibi facile persuaderetur, omnia per illum plena ratione, magnaque auctoritate fieri. Hanc

CAP.
XXVII.

CAP. 188 perniciosam clarissimi viri cõmutationem, siue digressionem, & apertius deteriorationem, dum per singulas orbis prouincias fama volas dispergeret, in signis vir germanus eius, scilicet Palatinus Comes Fridericus, ad corripiendum fratrem, sicut memini, Lismonam venit. Sed frustra cõmonens eum de huius quæ honori eius attingerent vel saluti, molestus abscessit, Nothobaldum suosque pares accusans, qui suis maleficiis illustrem virum circumuenerint, suisque dementem reddiderint consiliis. Hæc ille. Nos autem vidimus ipsum Pontificem ad tantam illo tempore peruenisse infamiam, vt Magicis inseruisse artibus diceretur: à quo crimine, lesum testor & angelos eius, omnesq; sanctos, illum prorsus immunem & libe-

CAP.
XXVIII.

& liberum esse, præsertim cum maleficos & Diuinos & eiusmodi homines sæpe iudicaret esse morte multandos. Quoniam vero scriptum est: Cum sancto sancto eris, & cum peruerso peruerteris, arbitror eum aut malignitate eorum quos sibi fideles credidit, aut infestatione inimicorum, qui Ecclesiam eius impugnabāt, à statu solitæ rectitudinis primo lapsum, deinde corruisse totum. Tandem sæuam morum perturbatione infractus, cum simul fortunæ exterioribus quateretur aduersis, quasi nauis obruta fluctibus, etiam corpore debilitari cæpit. Dumq; Medicorum auxilio studuit valetudinem recuperare; propter crebra medicaminū tentamenta, in grauiorem mox incidit infirmitatem, ita vt semianimis iacens, in extremis iam fuerit desperatus. Quo etiam tempore ad curiam tēdens, graui casu de equo lapsus est. Tunc illē cōpunctus, cum Ezechia fleuit amare, correctionemq; suæ vitæ Deo promittens, solita Christi clemētia statim conualuit, totumque superuiuens triennium, multa compleuit, non tamen omnia, quæ promisit. [Ex eo nimirum tempore balneis, quæ fere quotidie suevit habere, sale recoctis abstinuit, & reliquis multis quæ graua esse populo persensit.]

CAP. 189

In illis diebus superuenit quædam mulier habens spiritum Pythonis, hæc voce publica dixit omnibus, celerem Archiepiscopi transitum affore, infra biennium, nisi forte conuerteretur. Hoc & Medici testati sunt. Erant autem cum Pōtifice, alij Pseudo prophetæ, longe alia promittentes, quibus melior fides habebatur. Illi siquidem vaticinabantur, Illum tam diu victurum, donec poneret oēs inimicos suos scabellum pedum suorum. Vidimus eo tempore apud Bremam cruces sudasse lacrymis. Vidimus Ecclesiam porcos violasse, canesque, adeo vt vix possent ab ipsa altaris crepidine repelli. Vidimus lupos in suburbanis locis nostri gregatim vlulantes horribili iurgio certasse cum bubonibus. Cumq; somnia vehementer Episcopus attenderet, hæc ab omnibus sinistra, nunciabantur in Episcopum respicere. Mortui nunquam tam familiariter locuti sunt viuīs. Omnia enim mortem portendebant Episcopi. Nam & Hammaburg eodem anno quo Metropolitanus decessit, incensa & bis vastata est. Pagani victores, totam Nordalbingiam deinceps habuerūt in sua ditione: bellatoribusq; occisis, aut in captiuitatem ductis, prouincia in solitudinem redacta est, vt diceres, in fine boni Pastoris etiam pacem terris ablatam.

CAP. 190

Quatuordecim ergo dies ante obitum suum Goslaræ positus, ex consuetudine sua nec potionibus, nec phlebotomis contineri voluit. Quare grauissimo dysentericæ morbo correptus, & vsque ad ossa attenuatus, heu profus suæ adhuc immemor salutis, Reipublicæ negotia vsq; ad extremam transitus sui tractauit horam. Aderat ibi Magdaburgensis Archiepiscopus Wezcel, & alij fratres, petentes vt intromitterentur. Quos tamē ipse nescio quibus offensus excludi præcepit à ianuis, dicens se præ immundicia infirmitatis indignum, vt ab aliquo videretur. Soli tamen regi concedebatur aditus ægrū visitandi, quem dilexit eo modo vsque in finem. Illum ergo suæ fidei ammonens, & diuturni seruitij, multis generibus commendauit ei Ecclesiam suam & bona Ecclesiæ.

CAP. 191.

Interea feralis aderat dies, Ægyptiacis cognata tenebris, qua magnus Præsul Adalbertus amaræ mortis vicino pulsabatur nuntio. Sensit & ipse solutionē corporis sui tam virium defectu, quam dictarum præfatio rerū, instare. Sed cū Medici trepidarent indicare veritatem, solusque promitteret vitam Nothebaldus, inter spem vitæ metumque mortis, vir sapiens incertus sui que oblitus iacuit. Et heu ignorans quia dies Domini sicut fur, ita in nocte veniet; & cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus superueniet interitus, & alia, quibus in Euangelio præcipitur, vt vigilemus. Nescitis, inquit, diem neque horam. Qua in re memor sententiæ cuiusdā sancti, non sine lacrymis huic loco possum aptare. Iam, inquit, percutitur, iam sine pœnitentia cogitur exire peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui, dū viueret, oblitus est Dei. Tali modo gloriosus Metropolitanus ille, cū adhuc de vita præsentis speraret, die medio sextæ feriæ, suis ad epulas sedentibus, ipse in agonia solus iacens, exhalauit spiritum. Eheu quam vellem meliora scribere

CAP. XXIX.

CAP. XXX.

CAP. XXXI.

CAP. XXXII.

CAP. XXXIII.

76.

CAP. XXXIV.

bere de tanto viro, qui & me dilexit, & tam clarus in vita sua fuit. Verum timeo, quia scriptum est: Væ illis qui malum dicunt bonum, & bonum malum, & per-
eant qui nigrum in candidum vertunt. Videtur mihi periculosum esse, vt talis ho-
mo, qui dum viueret, propter adulationes perditus est, ei nos scribentes aut lo-
quentes post mortem adulari debeamus. Afferunt tamen aliqui, cum ita solus iac-
uisset, paucos interfuisse arbitros, in quorum præsentia de omnibus gestor-
suorum offendiculis, amaram in nouissimo gesserit pænitentiam, flens & eiulans
se dies suos perdidisse. Tuncque demum cognouit, quam parua, immo quam
misera est nostri pulueris gloria. Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius
quasi flos fœni.

CAP. 192.

O fallax humanæ vitæ prosperitas! O fugienda honorum ambitio! Quid tibi
nunc o venerabilis pater Adalberte profunt illa quæ semper dilexisti; mûdi glo-
ria, populorum frequentia, electio nobilitatis? Nempe solus iaces in alto Palatio
derelictus ab omnibus tuis. Vbi autem sunt Medici, Adulatores & Hypocritæ?
qui te laudabant in desiderijs animæ tuæ, qui te de hac iurauerunt infirmitate
cõualiturum esse, qui te vsque ad decrepitam ætatem victurum calcularunt. Om-
nes, vt video, socij mensæ fuerunt, & recesserunt in die tentationis. Soli remã-
serunt inopes & peregrini, viduæ & orphani, atque omnes oppressi, qui se tua
morte fatentur esse desolatos. Cum quibus nos veraciter possumus affirmare, ti-
bi neminem deinceps fore comparem in clementia & largitate peregrinorum,
in defensione sanctarum Ecclesiarum, & reuerentia omnium Clericorum, siue
qui male potentium rapinas, aut superbiorum ita persequatur præsumptiones.
Postremo qui in diuinis humanisque prudenter disponendis paratior ad omne
cõsiliu inueniatur. Si quid vero in moribus reprehensibile videbatur, hoc ma-
gis accidit ex eorum nequitia, quibus tu plus iusto credidisti, siue quos inimicos
propter veritatem sustinuisti. Illi enim tuum laudabile ingenium suis deprauan-
tes insidijs, ex bono malum effecerant: [ideoq; oportet nos clementissimum o-
rare Dominum, vt tibi indulgeat secundum multitudinem misericordiæ suæ, te-
que in æterna beatitudine collocet, per merita omnium sanctorum suorum, quo-
rum te patrocinio deuote semper commendasti.]

CAP.
XXXV2

CAP. 193.

Obiit autem clarissimus noster Metropolitanus Adalbertus xvii. Kalend. A-
prilis. Indictione x. Hic est annus Domini nostri Iesu Christi Millesimus LXXII.

92

CAP. 194

Alexandri Papæ xi. Heinrici Regis quarti xvii. Præter libros, sanctorumque re-
liquias, & vestimenta sacra, fere nihil inuentum est in Thesauris eiusdem viri.

CAP. 195

Quæ tamen omnia Rex accipiens, vna cum præceptis Ecclesiæ, tulit etiam ma-
num sancti Iacobi Apostoli; [quam dono Vitalis Venetiarum Episcopi ab Ita-
lia Archiepiscopus rediens quondam secum deportauerat.] Igitur Archiepisco-
pi corpus magno totius Regni stupore à Goslaria Bremam deportatum est, de-
cimo denu die, quod est in Annunciatione Sanctæ Mariæ, condigna populo-
rum frequentatione, sepultumq; est in medio chori, nouæ, quam ipse constru-
xit, Basilicæ. Cum tamen illum affirmant sæpe antea rogasse, vt sepeliretur in vr-
be Metropoli Hammaburg, quam sicut prædecessores sui, omni semper amore
censuit esse colendam. Ibi namque dum adhuc viueret, plerunque totam æsta-
tem transigens, præcipuas solennitates cum magna gloria celebravit. Ibi pro-
motiones Ecclesiasticorum ordinum, legitimis temporibus graui prorsus reue-
rentia sæpius impleuit. Ibi tempus & locum quo à nostris Ducibus, seu à proxi-
mis Slauorum gentibus, siue à cæteris Arctoæ gentis legatis, adiri posset, ex mo-
re constituit. Tantum honorem destructæ vrbi, tantumque amorem habens
exhaustæ Matri, vt in illa diceret impletum scripturæ vaticinium, quæ dicit: Læ-
tare sterilis, quæ non parit, quia multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet
virum.

CAP.
XXXV16

CAP. 196

Ferunt enim eum ante obitus sui diem, vix tertium decubuisse, quod à lecto
surgere nequierit. Nam tanta in viro animi fortitudo fuit, vt in grauissima cor-
poris infirmitate, nunquam ab aliquo vellet sustentari, nunquam emitteret vo-

CAP.
XXXV17

CCM

cem doloris. Cumque iacens in extremis, horam vocationis suæ iam sciret imminere, crebris iteravit suspiriis: Heu me, inquit, infelicem & miserum, qui tantas largitiones in vanum consumpsi! Potuissem vero fuisse beatus, si ea pauperibus disperissem, quæ pro gloria sæculi detraxisse me doleo. Nunc autem illum adhibeo testem, cuius oculus intuetur abyssi profunda, quod intèrio cordis mei tota fuit pro exaltatione Ecclesiæ meæ, quæ licet mea culpa exigente, vel odio inimicorum prævalente, extenuata nimis videatur; sunt tamen amplius quam duo milia mansi, quos ex hereditate mea vel meo labore gratulor Ecclesiæ adiectos. Quo sapientis viri sermone cognosci potest, quia si peccauit in aliquibus ut homo, sæpe ut bonus homo penituit de erratis. Cuius rei exemplum habeo vnũ, quod in principio introitus sui cum esset vir superbissimus, arrogantia sua multos sibi mortales fecit contrarios. Vnde etiam pro nobilitatis suæ gloria vnũ dixit verbum, quod vtinam non dixisset, omnes scilicet Episcopos, qui ante eum prælederunt, obscuros fuisse ac ignobiles, solum se generis & diuitiarum titulis excellere: Porro dignũ qui maiorem fortiretur cathedram, vel ipsam sedem Apostolicam. Talia non semel iactantem, visio magna perterritum, quam pro sui magnitudine, cum & veraciter nobis comperta esset, hic adiungere non super-
 sed.

CAP. 197

CAP.
XXXVIII

Vidit igitur nocte intempesta, se in conuentum Ecclesiæ raptum, vbi missarum solennia deberent celebrari, astantibus quatuordecim suis ex ordine prædecessoribus, ita ut proximus qui ante eum fuit Alebrandus, perageret ea quæ ad missam fieri solent mysteria. Cumque lecto Euangelio sacerdos Dei ad suscipienda offerentium munera conuersus peruenisset ad Dominum Adalbertum, qui stabat in vltimo chori loco, mox toruis in eum luminibus intuens, oblationem eius reppulit, dicens: Tu homo nobilis & clarus non potes habere partem cum humilibus, & abscessit in hæc verba. Sane ex illa hora penitens super hiis quæ incaute protulit verbis, omnes Prædecessores suos ingenti veneratione habuit, seque multis gemitibus testabatur indignum sanctorum cõsortio virorum. Vnde etiam mox statuit, per singulos antecessorum suorum anniuersarios dies, de corte Bromstede cõuiuia dari fratribus plenissima atque pauperibus, quæ prius à penũ Episcopi exhiberi solebat. Nam & multa alia pœnitentiæ signa reliquit & conuersionis: ex quibus hoc memorabile est, quod à vastatione Ecclesiæ vel die expulsionis suæ, cum superuieret quinquennium, nunquam balneis vsus est, nunquam hilari visus, raro processit in publicum, vel ad conuiuium, nisi ad curiam isset, aut diei festi necessitas poposcisset. O quotiens vidimus cum planctu faciem turbatam, si quãdo vastationis Ecclesiæ recordatus est, siue cum ipsos vastatores conspexisset!

CAP. 198

CAP.
XXXIX

In die itaque natalis Domini, cum Magn^o Dux præsens adesset, magnaq; recubentium multitudo, hilares conuiuæ pro sua consuetudine finitis epulis plausum cum voce leuauerunt. Quod tamen non parum displicuit Archiepiscopo. Itaque innuens fratribus nostris, qui simul aderant, præcepit Cantori, ut imponeret Antiphonam, Hymnum cantate nobis: At vero laicis denuo perstrepen-
 tibus, inchoari fecit: Sustinuimus pacem, & non venit Domine. Tertio vero cū adhuc in poculis vlularent, iratus valde, leuari mensam præcepit, magna voce pronuncians: Conuerte Domine captiuitatem nostram, respondente choro; sicut torrens in austro. Ita ille nobis pone sequentibus, in oratorium reclusus, fletu amare. Non cessabo, ait, à fletu, donec iustus iudex fortis & patiens liberet Ecclesiam meam; vel potius suam, quam Pastore contempto videt miserabiliter à lupis discerpi. Impletum est enim desiderium eorum, qui dixerunt: Hereditate possideam^{us} sanctuarium Dei, & quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra. Exurge: quare obdormis Domine, & ne repellas in finem. Quia superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Miserere nostri, quoniam multum repleti sumus desperatione. Quoniam quæ tu percussisti, persequuti sunt, & super dolorem vulnerum
 mco.

CAP. 199

meorum addiderunt. Hæc & alia nos in illo compunctionis tempore lamenta sæpe contēplati sumus, adeo vt Monachus multotiens fieri desiderauerit: Aliquando etiam optabat, vt in ministerio legationis suæ, aut in Slauania, vel in Suedia, siue in vltima Island obire mereretur. Sæpe vero talis erat voluntas ei, vt pro veritate decollari velle non dubitauerit in Christi confessione. Ceterum nouit ille cognitor omnium secretorum Deus, si melior fuerit in cōspectu suo, quam coram hominibus apparuit. Homo namque videt in facie, Deus autem in corde.

CAP. 200 Ignosce quæso lector, si tã diuersi hominis diuersam Historiam diuerso themate cōpaginans, cū non potui breuiter aut dilucide, vt ars præcipit, oēm tamen operã dedi, vt scriberē veraciter, secundum q̄ scientia & opinio se habet in hac parte. Quamuis multa reticēs, ad ea festinarim, quæ generaliter posteris digna sunt ad sciendum, vel specialiter ad retinendū Hammaburgensi Ecclesiæ vtilia. Postremo si qua sunt quæ auditori displiceant in male gestis, & fortasse peius descriptis, summo opere te moneo, & postulo, vt dum scriptorē vituperas, tu vitiose dicta corrigas, dumq; illum, de quo scribitur accusas, in sapientis viri casu tu cautiore fias, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

CAP. XL.

CAP. 201 In legatione autem Hāmaburgensis Ecclesiæ, quæ ad gētes fieri solet, quamuis magnus Pontifex Adalbertus vigilāter oēs prædecessores suos laborasse cognouerit; ipse tñ magnificentius quam cæteri, potētiam Archiepiscopale longe lateq; in exteris protēdebat nationes. Quamobrem tractauit sedulo per se ipsum ingredi legationē illam, si quam necdum conuersis gētibus posset afferre salutem, aut iam cōuersis addere perfectionem. Ad q̄ laboriosum iter peragēdum, solita gloriari cepit iactantia, Primum fuisse Ansgarium; deinde Rimbertū; postea Vnni, se vero quartū Euangelistam postulari. Quia cæteros prædecessores suos viderit per suffraganeos, nō per se tanto oneri insudasse. Itaque iam certus eundi, viam suam disposuit taliter finire, vt circuiens latitudinem septentrionis, hoc est, Daniam, Suediam, & Nordmāniam pertransiens, inde ad Orchadas, extremamq; orbis partem Island posset attingere. Illi enim suo tempore & labore conuersi sunt ad Christianam fidem. A cuius profectioe itineris, q̄ iam publice moliebatur, ex hortatu prudentissimi Regis Danorum comode reflexus est, qui dixit ei barbaras gentes facilius posse cōverti per homines suæ linguæ, morumq; similibus, quam per ignotas, ritumq; nationis abhorrentes personas; nilque opus illi esse, nisi vt sua largitate & affabilitate redderet illos beneuolos & deuotos, fidelesque ad prædicandum gentibus verbum Dei, paratos inuenire. In qua exhortatione Metropolitanus Orthodoxo consentiens Regi, ea largitate, quam in omnes habuit, multo indulgentius vti cepit in Episcopos gentium, & legatos orientalium nationum, Regumq; Quos tanta hilaritate singulos recepit, tenuit, dimisitque, vt eum, posthabito Papa, quasi multorum patrem populorum vltro vniuersi expeterent, ingentia viro munera offerentes, eiusq; benedictionem, reportantes pro munere.

CAP.
XLI.

CAP. 202 Archiepiscopus itaq; in legatione sua talis erat, qualem & tempora & mores hominum mallent habere, ita affabilis, ita munificus, ita hospitalis, vt paruula Brema ex illi⁹ magnitudine instat Romæ diuulgata, ab omnibus terrarū partibus peteretur, maxime à Septentrionalibus populis. Inter quos extremi venerāt Islani, Gronlani, Gothorumq; & Orchadū legati, petentes vt illuc prædicatores dirigeret: q̄ & statim fecit. Nā & in Daniam, Suediam & Nordwegiam, & in Insulas maris ordinauit multos Episcopos; de quibus & ipse gaudens dicere solebat, Messis quidem multa, operarij autem pauci Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Quorum speciosa multitudine tãdem exhilaratus Pōtifex, primus omnium statuit in Dania Synodum celebrare, cum suffraganeis suis, quoniam & temporis oportunitatē habuit, & Regnū illud sufficientibus abūdaret Episcopis, & quoniam multa corrigi necesse fuerat in nouella plantatione, sicut hoc quod Episcopi benedictionem vendunt,

CAP.
XLII.

F

& quod

& quod populi decimas dare nolunt, & quod in gula & mulieribus enormiter omnes excedunt. Ad quæ omnia, Romani Pontificis fultus auctoritate, Regisque Danorum promptissimum sperans auxilium, magnificum profus ut semper solebat concilium fieri voluit omnium Aquilonalium Episcoporum. Soli diutius expectabatur Transmarini. Ea res haftenus Synodum remorata est: ad cuius rei fidem præsto sunt Epistolæ, quas Papa in Daniam legauit Episcopis ad Synodum rebellibus; & ipsius Archiepiscopi literæ aliis directæ. Ex quibus duarum Exemplar hic ponere duxi necessarium.

CAP.
204.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, omnibus Episcopis in regno Danorum constitutis, a postolicæ sedis & Vicario nostro obedientibus, salutem & Apostolicam benedictionem. A Hammaburgensis Archiepiscopus venerabilis Vicarius, literis & legatis suis conquestus est, quod quidam Ekbertus Fariensis Episcopus multis criminibus inuolutus, ad synodum suam per triennium vocatus, venire cõtemferit: quod quia consilio quorundam vestrorum dicitur esse factum, mandamus & Apostolicæ auctoritate præcipimus, ut ab huiusmodi cõsilio recedatis omnino, eumque ad audientiam prædicti fratris nostri ire ammonetis, quatenus post factam examinationem canonice iudicetur. Et alia quibus ibidem præcipitur, ut ei obediant & subiectionem exhibeant. Item alia.

CAP.
205.

Adalbertus sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis Legatus, nec non vniuersarum Septentrionalium nationum Archiepiscopus, Hammaburgensis quoque Ecclesiæ prouisor indignus; W. Roschildensi Episcopo salutem. Ad Synodum quam apud Sleswig celebrandam esse constitui, vos venisse, aut nuncium vestrum misisse grato perciperem animo. Sed de hoc alias. Nunc autem fraternitatem vestram latere nolo, quid molestiæ mihi Adalwardus Episcopus intulit, quem, vobis testibus, qui ordinationi eius interfuistis, Sictonensis Ecclesiæ consecraui Pontificem, quem dum Barbara gens sibi præesse nollet, Scariensem Ecclesiam inuadere cepit. Peto igitur ut nuncium meum, qui illuc iturus est, ad Dalbogiensem velitis Episcopum dirigere. Hæc habui de Synodo quæ dicerem, eum & alia multa sint, quæ fastidij causa omitto.

CAP.
206.

Plures vero sunt quos Metropolitanus ad gentes ordinauit; quorum sedes & nomina ipso narrante didicimus. In Dania itaque nouem constituit, Ratolfum ad Sleswig, Oddonem ad Ripam, Christianum ad Arhusin, Heribertum ad Wibergeron, Magnum & Albricum in Wendilam, Eilbertum in Fariam & Finnem, Willelmum in Seland, Eigmonem in Sconiam prouinciam. In Suediam vero consecrauit sex, Adalwardum & Acilinum, item Adalwardum & Tadicum, nec non Simonem atque Iohannem Monachum. In Nordwegiam duos tantum ipse consecrauit, Tholf & Sewardum. Cæterum aliunde ordinatos cum sibi satis facerent, & secum misericorditer tenuit, & abeuntes hilariter dimisit. Sicut Meinardum, Osmundum, Bernardum & Algotum, aliosque multos. Præterea Turolfum quendam posuit ad Orchardas, [& alium quendam Adalbertum.] Isleph ad Island insulas. [Illuc etiam misit Iohannem in Scotia ordinatum.] Sunt enim omnes Episcopi quos ordinauit xx. quorum tres abortiui, & extra vineam ociosi remanserunt, sua quærentes, non quæ Iesu Christi. Quos vniuersos gloriosus Archiepiscopus decenti honore habens, ad prædicandum Barbaris verbum Dei, præce & premio commonebat. Ita sæpissime vidimus eum septem aut quinque stipatum Episcopis, prout ipsum audiuius dicentem, absque multitudine esse non posse. Cum vero eos à se dimiserat, solito mœstior esse propter solitudinem videbatur, nunquam tamen carere maluit vel tribus, quorum frequentissimi erant Tancquardus Brandanburgensis, vir sapiens, & comes Episcopi etiam ante Episcopatum. Alter erat Iohannes quidam Scotorum Episcopus, vir simplex & timens Deum, qui postea in Slauniam missus, ibidem eum Principe Gothescalco interfectus est. Tertius Bono nomen habuit, incertum unde natus, aut ubi ordinatus, qui se tamen peregrinationis amore Hierosolymam ter accessisse iactabat, indeque Babyloniam deportatum à Sarracenis, tandemque solutum, multas per

CAP.
XLIII.CAP.
XLIV.
73.CAP.
XLV.

tas per orbem transisse Prouincias. Hos tres, cum non essent eius suffraganei, eo quod sedes proprias non haberent, maiori fouisse clementia dicitur. Eodemque benignitatis studio utebatur erga Romanæ sedis Legatos. Quorum clientelam & contubernium in summo coluit amicitiarū loco; pariter gloriatus se duos tantum habere Dominos, hoc est, Papam & Regem, quorum Dominio iure subiacent oēs seculi & Ecclesiæ potestates; illos nimirum sibi esse timori ac honori. Apparuit hoc in fide viri, quam ita integram seruauit vtrisque, vt auctoritati Apostolicæ nihil præponens, antiqui honoris Priuilegia sedi Apostolicæ cōtenderet integra debere seruari, eiusque Legatos summo recipiendos amore cēseret. Maiestatem vero Imperatoriam quāti faceret, Episcopatus eius testis est, ideo vel maxime destructus, quod à fidelitate Regis nec minis, nec blandimentis Principum rescindi potuit. Formidolosa enim est malis Regia potestas. Vnde etiam frequentes in Regno cōspiraciones fieri solebant. Quibus ipse tamen nec verbo vnquam communicare voluit. Pro cuius fidei merito à Rege quidem Maior domus in Palatio constitutus, dono eius multa lucrabatur bona Bremensi Ecclesiæ, de quibus supra plenius dictum est. A Papa vero hoc dignitatis meruit priuilegium, vt totum ius suum, in illum successoresque eius ipse transfunderet: adeo vt ipse per totum Aquilonem, in quibus oportunitate videbatur locis, inuitis etiam Regibus Episcopatus constitueret, ordinaretque Episcopos ex Capella sua, quos vellet electos. Quorum ordinationes vel sedes, quoniam huc vsque distulimus, non incongruum videtur, simul etiam de situ Daniæ vel reliquarū, quæ trans Daniam sunt, Regionum natura scribere.

PROVINCIA Danorum tota fere in insulas dispersita est, sicut etiam legitur in gestis sancti Ansgarij. Hanc autem Daniæ à nostris Nordalbingis flumen Egdora dirimit, qui oritur in profundissimo saltu Paganorum Isarnho, & extenditur secus mare Barbarum vsque ad Sliam lacū. Cæterum flumen Egdora descendit vsque in Oceanum Fresonicum, quem Romani scribunt Britannicum. Et prima quidem pars Daniæ, quæ Iutland dicitur, ab Egdora in Boream longitudine protenditur, habens iter tridui, si in Finnem Insulam diuerteris. Si autem à Sliaswig per directum viam metiris, quinq; aut septem habes iter dierum. Hæc est strata Ottonis Cæsaris vsque ad mare nouissimum Wendile, quod vsque in hodiernum diem ex victoria Regis Ottinsund appellatur. Latitudo Iutland secus Egdoram diffusior est, inde vero paulatim contrahitur ad formā linguæ, in eum angulum, qui Wendila dicitur vbi Iutland finem habet. Ibi breuissimus in Nordmanniam trāsitus est. Ager ibi sterilis: præter loca flumini propinqua omnia fere deserta videtur; terra salsuginis & vastæ solitudinis. Porro cum omnes tractus Germaniæ profundis horreant saltibus, sola est Iutland cæteris horridior, quæ in terra fugitur propter inopiam fructuum, in mari vero propter infestationem piratarum. Vix inuenitur culta in aliquibus locis, vix humanæ habitationi oportuna. Si ubi vero brachia maris occurrunt, ibi ciuitates habet maximas. Hanc quondam Regionem Cæsar Otto tributo subiiciens, in tres diuisit Episcopatus, vnū constituens apud Sliaswig, quæ & Heithebu dicitur, quam brachium quoddam freti Barbari alluit, quod Sliam vocant, vnde & ciuitas nomen trahit. Ex quo portu naues emitti solent in Slauaniam vel in Suediam, vel ad Semland, & vsque in Græciam. Alterum in Ripa, quæ ciuitas alio tangitur alueo, qui ab Oceano influit, & per quem vela torquentur in Fresiam, vel in nostram Saxoniam, vel certe in Angliam. Tertium vero in Arhusen, & hanc fretum quoddam à Finne dirimit breuissimum, quod ab Orientali pelago ingrediens, longis anfractibus inter Finne & Iutland protenditur in Boream, vsque ad eandem ciuitatem Arhusen, à qua nauigatur in Finnem aut Seland, siue in Sconiam, vel vsque in Norwegiam. Postea vero deficiente hoc Episcopatu, quem tertium posuimus, Iutland duos solummodo Episcopatus retinuit, Sliaswicensem videlicet ac Ripensem, donec nuper mortuo Wal Ripensi Episcopo diœcesis illa in quatuor discretata est Episcopatus, auctoritatem suam præbente Archiepiscopo. Qui mox

CAP. 210. cōsecrauit in Ripa Oddonem, in Arhusen Christianum, in Wiberg Heribertum, in Wendilam Magnum, cui cum post ordinationem rediret in Albia naufrago subrogauit Albericum. Hi quatuor Episcopi tunc Ripensem dono Suein Regis sortiti sunt parochiam. Archiepiscopus vero de suis Clericis ordinauit in Sliaswig Ratolfum, in Seland Willelmum, in Finne Eilbertū, quem tradunt conuersum à piratis. Farriam Insulam quæ in ostio fluminis Albiæ longo recessu latet, in Oceano primum repperisse, cōstructoque ibi Monasterio fecisse habitabilem. Est enim feracissima, frugū ditissima, volucrum & pecudum nutritrix, collem habet vnicū, arborem nullam, scopulis includitur asperrimis, nullo aditu nisi vno, vbi & aqua dulcis, locus venerabilis omnibus nautis, præcipue vero piratis. Vnde nomen accepit, vt Heiligeland dicatur. Hanc in vita sancti Willebrordi Fosetisland appellari didicimus, quæ sita est in confinio Danorum & Fresonum. Sunt & aliæ Insulæ contra Fresiam & Daniam, sed nulla earum tam memorabilis.

CAP. 211. Finni insula est non modica post eam, quæ Wendila dicitur, in ostio Barbari sinus occurrens. Hæc adhæret regioni quæ Lutland dicitur, in quam breuissimè à Lutland est transitus ex omni parte. ciuitas ibi magna Odanse, Insulæ in gyro paruulæ, omnes frugibus plenæ. Et notandum est, si per Lutland in Finnem tenderis, directo in septentrionem viam habes. At vero per Finnem transeunti ad Seland, oriens in faciem occurrit. Duo traiectus sunt in Seland, vnus à Finne, alter ab Arhusen, pari vterque distat spatio. Mare natura tempestuosum, dupliciq; plenum periculo, vt etiam si ventum habeas prosperum, vix effugias manus piratarum.

CAP. 212. Seland insula est in interiori sinu maris Baltici sita, quantitate maxima. Hæc tam fortitudine virorum, quam opulentia frugum celeberrima, longitudinem habet bidui, cum latitudo fere sit æqualis. Ciuitas eius maxima Roschild, sedes Regia Danorum. Hæc Insula æquali spacio distans à Finne vel Sconia, per noctē transitur, habetq; ab Occidente Lutland, ciuitatem Arhusen, Alaburg & Wendilā, à borea vero, vbi & deserta est, fretum Nordmāniæ, à meridie autem Finnem prædictam & sinum Blauanicum. ab ortu quidem respicit promontorium

CAP. 213. Sconia, vbi est ciuitas Lundona. Aurum ibi plurimum, quod raptu congeritur piratico. Ipsi enim piratæ, quos illi Withingos appellant, nostri Ascomannos, Regi Danico tributum soluunt, vt liceat eis prædā exercere à Barbaris, qui circa hoc mare plurimi abundant. Vnde etiam contigit, vt licētia, quam in hostes acceperunt, sæpe abutantur in suos, adeo fide nulla vtrique adinuicem sunt, & sine misericordia quisq; alterum, mox vt ceperit in ius famulitij vel socio vedit vel barbaro. Et multa quidem alia, tam in legibus quam moribus æquo bonoq; contraria, Dani habent: ex quibus nihil vtile mihi visum est, vt dicerem, nisi q; mulieres si constupratæ fuerint, statim venduntur. Viri autē si vel Regiæ Maestatis rei, in aliquo fuerint scelere deprehensi, decollari malunt, quam verberari. Alia non est ibi species pœnæ præter securem & seruitutem, & cum damnatus fuerit lærum esse gloria est. Nam lacrymas & plāctum, cæteraq; cōpunctio- nis genera, quæ nos salubria censemus, ita abominantur Dani, vt nec pro peccatis suis, nec pro charis defunctis vlli flere liceat.

CAP. 214. A Seland in Sconiam traiectus multi, breuissimus in Halsingeburg, qui & videri potest. Sconia itaque est pulcherrima visu Daniæ prouincia, vnde & dicitur; armata vitis, opulenta frugibus, diuesq; mercibus, & nunc plena Ecclesiis. Sconia bis tantum habet in spacio, vt Selandia, hoc est trecētas Ecclesias, cum Seland dicatur habere dimidium, Finnis tertiam partem. Sconia insula est vltima fere pars Daniæ, vndique cincta mari, præter vnum terræ brachium, quod ab Oriente continens Suediam determinat à Dania, vbi sunt profundj saltus, montesque asperrimi, per quos à Sconia in Gothiam necessario iter agitur, vt dubites vtrum sit leuius marino discrimine terrestre periculum vitare, an istud illi præponere.

CAP. 215 In eadem regione Sconie nemo adhuc Episcopus fuit inordinatus, nisi quod ab aliis partibus quidam venientes interdum illam procurabant dicecesim. Deinde Gerbrand Selandensis Episcopus, & post eum Auoco, simul utramque gubernabant Ecclesiam. Nuper vero mortuo Auoco, Rex Suein parochiam Sconensem in duos Episcopatus segregavit, unum, id est, Lundensem, Henrico tribuens; alterum, id est, Dalboensem Eginoni. Verum istum ordinavit Archiepiscopus. Henricus autem apud Orchadas fuit ante Episcopus, isque in Anglia Sacellarius Regis Knut fuisse narratur. Cuius thesauros in Daniam perferens luxuriose vitam exegit. De quo narratur etiam quod pestifera consuetudine delectatus inebriandi ventris, tandem suffocatus crepuit. Hoc & de Auoco factum esse comperimus, similiterque de aliis. Eginus vero cum esset vir sapiens & literatus, ac castitate insignis, tunc etiam totum studium eius exarsit in conversione Paganorum. Quapropter multos adhuc populos Idolorum cultui deditos, vir ille Christo lucratus est, illos presertim barbaros, qui Pleichani dicuntur, & qui in Hulmo insula degunt. Qui omnes ad eius predicationem conversi in lacrymas, poenitentiam sui erroris ita monstraerunt, ut fractis statim Idolis, ultro certarent ad Baptismum properare. Mox etiam Thesauros & omnia quae habebant sternentes ad pedes Episcopi, flagitabant, ut haec dignaretur accipere. quod renuens Episcopus, docuit eos ex eadem pecunia fabricare Ecclesias, egenos alere, & redimere captivos, qui multi sunt in illis partibus. Fertur idem vir magnanimus eo tempore, quo in Suediam persecutio magna Christianitatis incanduit, Scaranensem Ecclesiam, ceterosque fideles, eo quod pastore carebant, frequenter visitasse, consolationem ministrans hiis, qui in Christum crediderant, incredulis verbum Dei constanter annuncians. Ibi etiam opinatissimum Fricconis simulachrum in frustra concidit. Pro quibus virtutum insignibus, a Rege Danorum magno deinceps vir Dei honore habitus, defuncto mox pingui Heintico, utramque Sconiae parochiam, scilicet Lundensem & Dalboensem gubernandam recepit. Qui mox Lundae sedem Episcopalem constituens, apud Dalboiam Praeposituram fratrum regulariter viventium esse praecipit. Itaque duodecim annis in sacerdotio nobiliter exactis clarissimus vir Eginus a Romana regressus urbe, mox ut domum pervenit feliciter migravit ad Christum, eodem anno quo noster Metropolitanus & Finnensis Episcopus decesserunt.

CAP. 216 Nunc autem quoniam locorum se praebuit occasio, ad rem pertinere videtur, aliquid de natura Baltici maris dicere. Cuius freti mentionem cum supra in gestis Adaldagi Pontificis ex scriptis Einhardi fecerim, explanationis more utens, ea quae ille per compendium dixit, pleniori calamo nostris scienda proponam. Sinus quidam, inquit, ab occidentali Oceano versus orientem porrigitur. Sinus ille ab incolis appellatur Balticus, idemque mare Barbarum, seu pelagus Scythicum vocatur a gentibus quas alluit barbaris. Occidentalis autem Oceanus ille videtur, quem Romani Britannicum scribunt, cuius latitudo immensa, terribilis & periculosa, ab occasu complectitur Britanniam, quae nunc Anglia dicitur: a meridie Fresos tangit, cum ea parte Saxoniae, quae nostra dicecesi pertinet Hammaburgensi: a solis ortu habet Danos, ostiumque Baltici maris, & Nordmannos, qui ultra Daniam consistunt: ab Aquilone vero idem Oceanus insulas praeterlabitur Orchadas, deinde infinitis orbem terrae spatiis ambit, sinistrorsum habens Hiberniam Scotorum patriam, quae nunc Island dicitur, dextrorsum vero scopulos Nordmanniae, ulterius autem insulas Island & Gronland, ibi terminatur Oceanus, qui dicitur caligans. Quod autem dicit eundem sinum longitudinis incomptae, hoc nuper apparuit in solertia fortissimorum virorum Ganund Wolf satrape Danorum, siue Haroldi Regis Nordmannorum, qui magno viarum labore, multoque sociorum periculo, quantitatem huius maris perscrutantes, ancipiti demum iactura ventorum ac piratarum fracti, victique redierunt. Affirmant autem Dani longitudinem huius Ponti saepe a pluribus expertam, secundo flatu per mensem aliquos a Dania pervenisse in Ostrogard Ruzziae.

CAP.
219. Latitudinem vero illam ponit, quæ nusquam eētum milia passuum excedat, cum in multis, ait, locis, contractior inueniatur, quod in ostio eiusdem sinus videri potest, cuius ab Oceano introitus inter Alaburg vel Wendilam promontorium Daniæ scopulosq; Nordmāniæ, tam strictus inuenitur, vt facili saltu per noctem carbasa traiciantur. Item limitem egressus Danorum, idem Pötus late brachia tendit, quæ denuo cōtrahit è regione Gothorum, qui à latere Wilzos habet. Deinde quanto interius vadit, tanto latius hinc inde diffunditur.

CAP.
220. Huñc inquit sinum multæ circumfidēt nationes. Dani siquidem ac Sueones, quos Nordmannos vocamus, septentrionale littus tenent, & oēs in eo insulas; ad littus autem australe Slati Haiſti, aliæque diuersæ incolunt nationes, inter quos præcipui sunt Welatabi, qui & Wilzi dicuntur. Dani vero & Sueones cæterique trans Daniam populi, ab Historicis Francorum omnes Nordmāni vocantur, cum tamen Romani scriptores eiusmodi vocent Hyperboreos, quos

CAP.
221. Marcianus Capella multis laudibus extulit. Itaque primi ad ostium prædicti sinus, in australi ripa versus nos Dani, quos Iuthas appellat, vsque ad Sliam lacum habitant. Vnde incipiunt fines Hammabutgensis parochiæ, qui per maritimos Slauorum populos longo tractu porriguntur vsque ad Panim fluium, ibi limes est nostræ diœcesis. Inde Wilzi & Leuticij sedes habet, vsque ad Odoram fluium: trās Odoram autem comperimus degere Pomeranos. Deinde latissima Polanorum terra diffunditur, cuius terminum dicunt in Ruziziæ regnum cōnecti.

CAP.
222. Hæc est vltima & maxima Winulorū prouincia, quæ & finem illius facit sinus. At vero à parte Aquilonali reuertentibus ad ostium Baltici freti, primi occurrunt Nordmāni; deinde Sconia prominet, regio Danorum, & supra eam tenso limite Gothi habitant, vsque ad Bircam, postea longis terrarum spaciis regnāt Sueones, vsque ad terram fæminarum. Supra illas Wilzi, Mirri, Lami, Scuti, & Turci habitare feruntur vsque ad Ruzziam. In qua denuo finem habet ille Sinus. Itaque latera illius ponti ab austro Slau, ab Aquilone Suedi possederunt. Afferunt etiam periti locorum à Sueonia terrestri via quosdam vsq; in Græciam permeasse. Sed barbaræ gentes, quæ in medio sunt, hoc iter impediunt, propterea nauibus tentatur periculum.

CAP.
223. Multæ sunt Insulæ in hoc sinu, quas Dani & Sueones omnes habent in sua ditione aliquas etiam Slau tenent. Earum prima est in capite illius freti Wendila, secunda Morſe, tertia Thuit, modico ab inuicem interuallo diuisæ, quarta est Sampſe, quæ opposita est ciuitati Arhusen, quinta Finnis, sexta Selād, septima quæ illi adhæret, & quarum supra memoriam fecimus: Octauam dicūt illam, quæ Sconix ac Gothiæ proxima Holmus appellatur, celeberrimus Daniæ portus, & fida statio nauium, quæ à Barbaris in Græciam dirigi solēt. Cæterum Finni insulæ aliæ septem adiacent minores ab Euro, quas supra diximus, frugibus opulētas, hoc est Moiland, Imbra, Falstre, Lalāt. Item aliæ oēs sibi vicinæ, cum Lalād interius vadat ad cōfinia Slauorum. Hæ quindecim insulæ Danorum regnum aspiciunt, omnesque iam Christianitatis titulo decoratæ sunt. Sed & aliæ interius sunt, quæ subiacent Sueonum Imperio: Quarum maxima est illa, quæ Curland dicitur, iter octo dierum habēs, gens crudelissima, propter nimium idololatriæ cultum fugitur ab omnibus: aurum ibi plurimum, equi optimi, diuinis, auguribus, atq; nicromanticis omnes domus sunt plenæ, qui etiam vestitu Monachico induti sunt. A toto orbe ibi respōsa petuntur, maxime ab Hispanis & Græcis. Hæc insulam in vita Sancti Anſgarij Chori nominatam credimus, quam tunc Sueones tributo subiecerunt. Vna ibi nunc facta est Ecclesia, cuiusdam studio negotiatoris, quem Rex Danorum multis ad hoc illexit muneribus. Ipse enim Rex gaudens in Domino recitauit mihi hanc cantilenam.

CAP.
224. Præterea recitatum est nobis, alias plures Insulas in eodem pōto esse, quarum vna grandis Estland dicitur, non minor illa de qua prius dixi. Nam & ipsi Deum Christianorum prorsus ignorāt, Dracones adorant cum volucris, quibus etiam viuos litant homines, quos à mercatoribus emunt, diligenter omnino probatos,

batos, ne maculam in corpore habeant, pro qua refutari dicuntur à Draconibus. Et hæc quidem Insula terræ fœminarum proxima narratur, cum illa superior nō longe sit à Birka Sueonum.

CAP. 225 Illarum autem Insularū quæ Slavis adiacent, insigniores accepim⁹ tres. Qua-

CAP. 226 rum prima Fembre vocatur. Hæc opposita est Wagris. Altera est contra Wilzos posita, quam Rani vel Runi possident, fortissima Slauorum gens, extra quorum sententiā de publicis rebus nihil agi lex est, ita illi metuuntur propter familiaritatem Deorum, vel potius Dæmonū, quos maiori cultu cæteris venerantur. Am-

76.

CAP. 227 bæ igitur hæ insulæ piratis & cruentissimis latronibus plenæ sunt, qui & nemini parcunt ex transeuntibus. Tertia est illa, quæ Semland appellari solet, contigua

77.

Ruzzis & Polonis: hanc inhabitat Sembi vel Pruzci, homines humanissimi, qui obuiam tendunt ad auxiliandum hiis, qui in mari periclitantur, vel qui à piratis infestantur. Aurum, argentumq; pro minimo ducunt, pellibus abundat peregrinis, quorum odor nostro orbi lætiferū superbiæ venenum propinauit. Et illi quidem vt sterora hæc ad nostram forte habet damnationem, qui per fas nefasque ad vestem anhelamus marturinam, quasi ad summam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quæ nos dicimus Paldones, illi offerunt tam preciosos martures. Multa ergo possent ex illis populis dici laudabilia in moribus, si solā Christi fidem haberent, cuius prædicatores immaniter persequuntur. Apud illos enim illustris Boemorum Episcopus Adalbertus martyrio est coronatus. Vsq; hodie profecto inter illos, cum omnia communia sint nostris, solus accessus prohibetur lucorum & fontium, quos autumat Christianorum pollui accessu. Carnes etiam iumentorum pro cibo sumunt, quorum lacte vel cruore vtuntur in potu, ita vt inebriari dicantur. Homines cærulei, facie rubea & criniti, præterea inaccesi paludibus, nullum inter se pati Dominum volunt.

CAP. 228 Sunt & plures aliæ in hoc Põto Insulæ, ferocibus Barbaris oēs plenæ, ideoque

78.

fugiuntur à nauigantibus. Item circa hæc littora Baltici maris ferunt esse Amazonas, quod nunc terra fœminarum dicitur. Quas aquæ gustu aliqui dicunt concipere. Sunt etiam qui referant eas imprægnari à prætereuntibus negotiatorib⁹, vel ab eis, quos inter se habent captiuos, siue ab aliis monstris, quæ ibi non rara habentur. Et hoc etiam credibilius est. Cumque peruenerint ad partum, si quidem masculini generis fuerit, Cynocephali; si quid fœminini, speciosissimæ mulieres. Hæ simul viuentes, spernunt cõsortia virorum: quos etiam, si aduenerint à se viriliter repellunt. Cynocephali sunt, qui caput in pectore habentes, in Ruzzia sæpe videntur captiui, & cum verbis latrant in voce. Ibi sunt etiam qui dicuntur Alani vel Albani, cum canicie nascuntur: de quibus Solinus auctor meminit.

79.

Eorū patriam canes defendunt. Si quādo pugnandū est, canibus aciem struunt. Ibi sunt homines pallidi, virides & macrobij, id est, longi, quos Bufos appellant. Postremo illi, qui dicuntur antropophagi, & humanis vescuntur carnibus. Ibi sunt alia monstra plurima, quæ recitantur à nauigantibus, sæpe inspecta, quamuis hoc nostris vix credibile videatur. Hęc habui quæ de sinu illo Baltico vel Barbaro dicerem, cuius nullam mentionem audiui quempiam doctorum fecisse, nisi solum, de quo supra diximus, Einhardum. Et fortasse mutatis nominibus arbitrator illud fretum ab antiquis Romanis vocari Paludes Scythicas, vel Meoticas, siue deserta Getarum, aut littus Scythicum, quod Martianus ait consertum esse multiplici diuersitate barbarorum. Illic, inquit, Getæ, Daci, Sarmatæ, Neutri, Alani, Geloni, Anthropophagi, Trogloditæ. Quorum errori condolens noster Metropolitanus, statuit Birkam illis gentibus Metropolim, quæ in medio Sueoniæ posita contra ciuitatem Slauorum opposita respicit lumen, paribusq; spaciis oēs illius ponti amplectitur oras. In qua ciuitate primū ex nostris ordinauit Hiltinum abbatem, quem ipse Iohannem appellauit. Itaque de Insulis Danorū dictum est satis. Nunc vero ad Sueonum siue Nordmannorum populos, qui Danis proximi sunt, conuertamus articulum.

80.

81.

CAP. 229 Transcuntibus insulas Danorum, alter mundus aperitur in Sueoniam vel

Nordmanniam, quæ sunt duo latissima Aquilonis Regna, & nostro orbi adhuc fere incognita. De quibus narrauit mihi sanctissimus Danorū Rex, quod Nordmannia vix queat transiri per mensem, cum Sueonia duobus mensibus non facile percurratur. Quod, ipse inquit, probaueram, quia nuper sub Iacobo rege XII. annis in illis regionibus militaui, quæ altissimis ambæ mōtib⁹ includuntur, magis autem Nordmannia, quæ suis alpibus circundat Sueoniam. De Sueonia vero non tacent antiqui auctores, Solinus scilicet & Orosius, qui plurimam partem Germaniæ Sueuos dicunt tenere, nec non montana eius vsq; ad Ripheos mōtes extendi. Ibi etiam est Albis fluuius, de quo Lucanus meminisse videtur qui oritur in prædictis alpibus, perque medios Gothorum populos currit in Oceanum, inde & Gothelba dicitur. Sueonia ergo regio est fertilissima, ager frugib⁹ & melle opimus, extra quod pecorum foetu omnibus antefertur, oportunitas fluminū sylvarumque magna, vbiq; peregrinis mercibus omnis regio plena. Nullis itaq; egere dicas Sueones opibus, excepta quam nos diligimus, siue potius adoramus, superbia. Omnia enim instrumenta vanæ gloriæ, hoc est, aurum, argentum, sonipedes regios, pelles Castorum, & Marturum, quæ nos admiratione sui demētes faciunt, illi pro nihilo ducunt. In sola mulierum copula modū nesciunt. Quisque secundum facultatem virium suarum duas aut tres vel amplius simul habet; diuites & Principes absque numero. Nam & filios ex tali coniunctione genitos habent legitimos. capitali vero mulctatur pœna, si quis alterius vxorem cognouerit, aut vi opprēsserit virginem, siue qui alterum bonis suis spoliauerit, aut iniuriam fecerit. Quamuis omnes Hyperborei hospitalitate sint insignēs, præcipui sunt nostri Sueones quibus est omni probro grauius hospitium negare trāseuntibus, ita vt certamen habeant inter se, quis dignus sit hospitem recipere. Cui omnia exhibens humanitatis iura, quot illic commorari voluerit diebus, ad amicos suos illum certatim per singulas dirigit mansiones. Hæc illi bona in moribus habent. Prædicatores autem veritatis, si casti, prudentes, & idonei sint, ingenti fouent amore, adeo vt concilio populorū cōmuni, quod ab ipsis Warph, a nobis Thine vocatur, Episcopos interesse non renuant. Vbi de Christo ac Christiana religione crebro audiunt nō inuiti. Et profecto facile sermone ad nostram fidem illi persuaderentur, nisi quod mali doctores, dum sua quærunt, non quæ Iesu Christi, scandalizant eos, qui saluari possent.

CAP. 230

Populi Sueonum multi sunt, viribus & armis egregij, præterea tam in equis quam in nauibus iuxta optimi bellatores. Vnde etiam sua potentia cæteras aquilonis gentes confringere videntur. Reges habent ex genere antiquos, quorū tamen vis pendet in populi sententia, quod in commune laudauerint oēs, illū confirmare oportet, nisi eius decretum potius videatur, quod aliquando sequuntur inuiti. Itaque domi pares esse gaudent. In prælium euntes omnem præbent obedientiam Regi, vel ei qui doctior cæteris a Rege præfertur. Si quando vero præliantes in angustia positi sunt, ex multitudine Deorum quos colunt, vnum in auxilium inuocant: ei post victoriam deinceps sunt deuoti, illumque cæteris anteponunt, Deum autem Christianorū iam cōmuni sententia fortiorem clamāt omnibus esse; alios Deos sæpe fallere, illum potro semper astare certissimum adiutorem in oportunitatibus.

CAP. 231.

Ex ipsis populis Suediæ proximi ad nos habitant Gothi, qui Occidentales dicuntur, alij sunt Orientales. Verum Westergothia, confinis est prouinciæ Danorū, quæ Sconia dicitur. A qua ferunt diebus septem perueniri vsq; ad ciuitatē Gothorum magnam Scarane. Deinde Ostrogothia protēditur iuxta mare quod Balthicū dicitur, vsque ad Birkam. Primus Gothorum Episcopus Thurgot fuit, secundus Godescalcus, vir sapiens & bonus, nisi quod domi sedens, ocium labori prætulit, tertium autem ordinauit noster Metropolitan⁹ Adalwardum seniore, vere laudabilem virum. Qui deinde ad Barbaros perueniens, sicut docuit, ita vixit. Nam sancte viuendo ac bene docendo, magnam gentilium multitudinem ad Christianam conuertit fidem. Qui etiam virtutum claruit miraculis, ita vt poscen-

vt poscentibus in necessitate Barbaris, imbrem de cælo faceret descendere, & denuo serenitatem venire, & alia quæ hætenus quærentur à doctoribus. Is autē vir memorabilis in Gothia permanēs, nomen Domini Iesu constanter omnibus prædicauit. Ibidem que post multos agones, quos pro Christo libenter sustinuit, victricem terræ carnem tradidit, Spiritus cælum petiit laureatus. Post quem Archiepiscopus ordinauit in illas partes quendam Acilinum, nihil Episcopali nomine dignum ferentem præter ingentem corporis staturam. Et ille quidem carnis requiem diligens, frustra legationem Gothis mittentibus, vsque ad obitum suum in delitiis Coloniae permansit. Inter Nordmanniam & Sueoniam Warmelani & Finwedi degunt, & alij: qui nunc omnes sunt Christiani, respiciuntque ad Scarauensem Ecclesiam. In confinio Sueonum vel Nordmannorum, contra boream, habitant Scritefinni, quos aiunt, cursu feras præire. Ciuitas eorum maxima Hallsingaland, & Hallsingaland Regio est. Ad quam primus est ab Archiepiscopo designatus Stèphi Episcopus, quem ipse mutato nomine Simonem uocauit. Qui etiam multos earundem gentium sua prædicatione lucratus est. Præterea sunt alij numero carentes Sueonum populi, de quibus ad Christianitatem conuersos accepimus solos Gothos, Wermelanos & partem Scritefingorum, vel qui illis vicini sunt.

90.

CAP. 232. Igitur vt breuem Sueoniae vel Suediæ faciamus descriptionem: Hæc ab occidēte Gothos habet, & ciuitatem Scaranen, à borea Wermilanos, cum Scritefinnis, quorum caput Hallsingaland, ab austro lōgitudinem habet illius Baltici maris, de quo ante diximus: ibi est ciuitas magna Sictona. ab oriente autē Ripheos montes attingit, vbi deserta ingentia, vbi niues altissimæ, vbi monstruosi hominum greges, vltra prohibent accessum. Ibi sunt Amazones, ibi Cynocephali, ibi Cyclopes, qui vnum in fronte habent oculum. Ibi sunt illi quos Solinus dicit Himantopodes, vno pede salientes, & illi qui humanis carnibus delectantur pro cibo, ideoque sicut fugiuntur, ita etiam iure tacentur. Narrauit igitur mihi Rex Danorum sæpe recolendus, gentem quandam ex mōtanis in plana descendere solitam, & incertum esse vnde veniat, semel aliquando per annum vel post triennium, inquit, subiti accedunt. Quibus nisi totis resistatur viribus, oēm depopulantur regionem, & denuo recedunt. Aliaque multa recitari solent, quæ breuitati studens omisi, ab hiis dicenda, qui hæc se vidisse testantur. Nunc de superstitione Sueonum pauca dicemus.

CAP. 233. Nobilissimum illa gens templum habet, quod Vbsola dicitur, non longe positum à Sictona ciuitate vel Birka. In hoc templo, quod totum ex auro paratum est, statuas trium Deorum veneratur populus, ita vt potentissimus eorum Thor in medio solum habeat triclinium. hinc & inde locum possident, Wodan & Fricco. Quorum significationes eiusmodi sunt: Thor, inquit, præsidet in aere, qui tonitrus, & fulmina, ventos, imbresque, serena, & fruges gubernat. alter Wodan, id est, fortior, bella regit, hominumque ministrat virtutem cōtra inimicos. tertius est Fricco, pacem voluptatemque largiens mortalibus. Cui⁹ etiam simulachrum fingunt ingenti Priapo. Wodanem vero sculpūt armatum, sicut nostri Martem sculperere solent. Thor autem cum sceptro Iouem exprimere videtur. Colunt & Deos ex hominibus factos, quos pro ingentibus factis immortalitate donat, sicut in vita sancti Ansgarij legitur Hericus Rex fecisse, omnibus scilicet Diis attributos sacerdotes, qui sacrificia populi offerant. Si pestis & fames imminet, Thor Idolo immolant; si bellum, Wodani, si nuptiæ celebrandæ sunt, Fricconi. Solet quoque post nouem annos, communis omnium Sueoniae prouinciarum solēnitas celebrari. Ad quam videlicet solēnitatem, nulli præstatur immunitas. Reges & populi omnes, & singuli sua dona ad Vbsolam transmittunt, & quod omni pœna crudelius est, illi qui iam induerunt Christianitatem, ab illis se ceremoniis redimunt. Sacrificium itaque tale est: Ex omni animante, quod masculinum est, nouem capita offeruntur, quorū sanguine Deos tales placari mos est, corpora autem suspenduntur in lucum, qui proximus est templo.

91.

92.

93.

94.

Lucus

Lucus tam sacer est Gentilibus, vt singulæ arbores eius, ex morte vel cibo immolatorū diuinæ credatur. Ibi etiam canes qui pendent cum hominibus, quorum corpora mixtim suspensa narrauit mihi quidam Christianorum se lxxii. vidisse. Cæterum naniæ, quæ in eiusmodi ritibus libatoris fieri solent, multiplices sunt, & inhonestæ, ideoq; melius reticendæ.

CAP. 235

In eadem prouincia nuper res contigit memorabilis, & pro dignitate gestorum longe diuulgata, peruenit etiam ad noticiam pontificis. Quidam enim è sacerdotibus, qui ad Vbsolam Dæmonibus astare solebāt, nequicquam iuuantibus Diis factus est cæcus. Cumq; vir sapiens infortunium orbitatis suæ cultura Idolorū imputaret, quæ superstitione venerans potentissimū Christianorum Deum offendisse videretur, ecce ipsa nocte apparuit sibi virgo decora nimis, interrogans, si in filium eius credere vellet, vt visum reciperet, abiectis quæ ante colebat simulachris. Tūc ille qui nihil ardui renueret subeundū pro hoc dono, ita se facere lætus spondit. Ad hæc virgo, scito, inquit, certissime, hunc locū, vbi nunc tantus innocentium cruor effunditur, in meo dedicandum proxime honore. In qua re ne tibi aliqua dubietatis signa remaneant, in nomine Christi, qui est filius meus, tu recipe lumē oculorum tuorum. Mox ille lumine recepto credidit, pertransiensq; totas in circuitu regiones, facili fide paganis persuasit, vt crederent in eum, qui cæcum illuminauit.

CAP. 236

Quibus miraculorum causis impellentibus, statim noster Metropolitanus obediens voci, qui dicit, Respiciate & leuate oculos vestros, quoniam regiones iā albæ sunt ad messem, ordinauit in illas partes Adalwardum iuniore, de Brementensi choro assumptū, virum literis & morum probitate fulgētem. Cui etiam per Legatos clarissimi Regis Stenkil sedē posuit in Sictona ciuitate, quæ distat ab Vbsola itinere diei vnus. Est vero iter eiusmodi, vt à Sconia Danorum per mare velificans, quinto die peruenias vsq; Sictonā vel Birkam, iuxta enim sunt. Si vero per terram eas à Sconia per Gothorū populōs, & ciuitatem Scaranen, Telgas & Birkam, completo mense peruenies Sictonam. Relatum est autē nobis à quibusdam Adalwardi Episcopi stipatoribus, cum primum Sictonam accessisset ad vnā missarum celebrationem, ad manum sibi oblatas lxx. marcas argenti. Tantæ enim deuotionis sunt omnes populi arcticæ plagæ. Tunc etiam occasione itineris diuertit Birkam, quæ nunc in solitudinem redacta est, ita vt vestigia ciuitatis vix appareant: quare nec tumulus sancti Vnni Archiepiscopi

CAP. 237

potuit inueniri. Adalwardus igitur magno prædicandi feruore Euangelij Suediam ingressus, oēs qui in Sictona erant & in circuitu, breui temporis spatio ad Christianam fidē perduxit. Cōspirauit etiam cū sanctissimo viro Eginone Sconienfi Episcopo, vt pariter adirent illud templum Paganorum, q̄ Vbsola dicitur, si forte aliquem Christo laboris sui fructū ibi possent offerre; omnia tormētorū generalibenter suscepturi, vt illa destrueretur domus, quæ caput erat barbaricæ superstitionis. Illa enim diruta vel potius cremata, fore, vt tota gentis cōuersio sequeretur. Quam cōfessorum Dei volūtatem piissimus Rex Stenkil in populo murmurari sentiens, callide submouit eos à tali capto, asserēs & illos statim morte damnādos, & se à Regno depellendū, q̄ malefactores in patriam duxerit, & facile oēs ad Paganismum relapsuros, qui nunc credunt, sicut in Slauania nuper factum potest videri. Talibus Regis allocutionibus consentientes Episcopi, omnes Gothorū ciuitates peragrabant, idola cōfringentes, & multa Paganorū milia deinceps lucrantes ad Christianitatem. Hæc de Sueonia & ceremoniis eius dicta sufficiant.

CAP. 238

Nordmannia sicut vltima orbis puincia est, ita conuenienter in vltimo libri loco ponetur à nobis. Hæc à modernis dicitur Norwegia. De cuius situ vel magnitudine, cum prius aliqua cōmuniter cum Sueonia dixerimus, nūc vero hoc specialiter dicendum est, quod lōgitudine sua in extremam septentrionis plagā extenditur hæc regio, vnde & dicitur. Incipit autem ex prominentibus scopulis huius freti, quod Balticum appellari solet: deinde reflexo in Aquilonem dorso,

dorso, postquam feruentis Oceani marginem suo circuit ambitu, tandem in Rhipheis montibus limitem facit, vbi & lassus deficit orbis. Nordmannia propter asperitatem montium, siue propter frigus intemperatū, sterilissima est omnium Regionum, solis apta pecoribus, indeq; fortissimos educat milites, qui nulla frugum luxuria molliti, sæpius impugnant alios, quam ipsi molestantur ab aliquo. Sine inuidia cum proximis habitant Sueonibus, quamuis à Danis æque pauperibus, non impune tentantur aliquando. Itaque rei familiaris inopia coacti, totū mundum circueunt, & piraticis raptibus amplissimam terrarum facultatem reportant domum, penuriam suæ regionis tali modo sustinentes. Post susceptam vero Christianitatem, melioribus imbuti scholis didicerunt iam pacem & veritatem diligere, paupertate sua contenti esse, immo quæ hereditatē collecta spargere, non vt prius conspersa colligere. Cumque nefandis maleficiorum artibus, omnes ab initio seruirent, nunc cum Apostolo simpliciter confitentur, & hunc crucifixum. Sunt etiam continentissimi omnium mortalium, tam in cibis, quam in moribus, parcitatem, modestiamque summopere diligentes. Præterea sacerdotum & Ecclesiarum tantam venerationem habent, vt vix Christianus habeatur, qui non quotidie offerat ad Missam, quam audierit. Verū Baptismus & Confirmatio, dedicationes altarium, & sacrorum benedictio ordinum, apud illos & Danos care omnia redimuntur. Quod ex avaritia sacerdotum prodisse arbitratur, quia Barbari adhuc decimas dare, aut nesciunt, aut nolunt, ideoque cōstringuntur in cæteris, quæ deberēt gratis offerri. Nam visitatio infirmorum & sepultura mortuorum, omnia ibi venalia. Apud illos igitur tanta morum insignia, sola, vt compertum habeo, sacerdotum corrumpuntur avaritia.

CAP. 239 In multis Nordmanniæ vel Suediæ locis, pastores pecudum sunt etiam nobilissimi homines, ritu patriarcharum & labore manuum viuentes. Omnes vero sunt Christianissimi, qui in Nordwegia degunt, exceptis illis, qui trans arctoam plagam circa Oceanum remoti sunt, quos adhuc ferunt magicis artibus, siue incantationibus intantum præualere, vt se scire fateantur, quid à singulis in toto terrarum orbe geratur, tunc etiam potenti murmure verborum grãdia cete maris in littora trahunt, aliaq; multa, quæ de maleficis in scripturis leguntur, illis ex usu facilia sunt. In asperissimis etiam, quæ ibi sunt, alpibus, audiui mulieres esse barbata, viros autem siluicolas, raro se præbere videndos. Qui ferarum pellibus vtuntur pro vestibus, & loquentes ad inuicem frendere magis quam verba proferre dicuntur, ita vt vix à proximis intelligi queant populis. In eisdem montanis agrestium tanta est copia ferarum, vt plurima pars Regionis ex solis viuat siluaticis. Ibi capiuntur Vri, Bubali, & Elaces, sicut in Sueonia, cæterum Bisontes capiuntur in Slauania & Ruzzia, sola vero Nordmannia vulpes habet nigras, & lepores, martures albos, eiusdemq; coloris vrsos, qui sub aqua, vt vri viuunt. Cumque diuersa profus & insueta nostris multa ibi videantur, ab eiusdem patriæ incolis hæc & alia plenius dicenda relinquo.

CAP. 240 Metropolis ciuitas Nordmannorum est Trondemnis, quæ nūc decorata Ecclesiis, magna populorum frequentatione celebratur. In qua iacet corpus beatissimi Olaph Regis & Martyris. Ad cuius tumbam vsq; in hodiernum diem maxima Dominus operatur sanitatum miracula, ita vt à longinquis illuc confluant regionibus, qui se sancti Martyris meritis sperant posse iuari. Est vero iter eiusmodi, vt ab Alaburg, vel Wendila Danorum ingredientibus nauim, per diem mare transeat ad Wig ciuitatem Nordmannorum, inde vela torquentur in leuam, circa litora Nordwegiæ, & quinto die peruenitur ad ipsam ciuitatem quæ Trondemnis dicitur. Potest autem iri & alia via quæ ducit à Sconia Danorū terrestri itinere vsq; ad Trondemnem: sed hæc est tardior in montanis, & quoniam plena est periculo, declinatur à viatoribus.

CAP. 241 In Nordmanniam primus ab Anglia venit quidam Iohannes Episcopus, qui Regem cum populo conuersum baptizauit: cui successit Grinkeil Episcop^o, qui tunc erat ad Vnwanum Archiepiscopus Regis Olaph legatus. Tertio loco aduenit

97.

98.

99.

uenit ille Sigafrius, qui & apud Suedos & Nordmannos iuxta prædicauit. Isq; durauit vsque ad nostram ætatem, cum aliis æque non obscuris in illa gēte sacerdotibus. Post quorum excessum noster Metropolitanus petentibus Nordmannorum populis, ordinauit Tholf Episcopum in ciuitate Trondemni; & Siguardum in easdem partes. A Sgotum uero & Bernardum, licet moleste ferret à Papa cōsecratos, accepta satisfactione dimisit à se donatos. Per quos vsque hodie uerbum Dei multas lucratur animas, ita ut in omnibus prouinciis Nordwegiæ, beata mater Ecclesia lætis floreat incrementis. Inter Nordmannos tamen & Sueones, propter nouellam plantationem Christianitatis, adhuc nulli Episcopatus certo limite sunt designati, sed unusquisque Episcoporum à Rege vel populo assumptus, communiter ædificant Ecclesiam, & circueuntes regionem, quantos possunt ad Christianitatē trahunt, eosq; gubernant sine inuidia, quamdiu uiuunt.

CAP. 242 Post Nordmanniam, quæ est ultima Aquilonis prouincia, nihil habitationis humanæ, nisi terribilem visu & infinitum Oceanum, qui totū mundum amplectitur inuenies. Is habet ex aduerso Nordmanniæ insulas multas non ignobiles, quæ nunc fere omnes Nordmannorum ditioni subiacent, ideoq; à nobis nō sunt prætereundæ, quoniam Håmaburgensem parochiam & ipsæ respiciunt. Quarū primæ sunt Orchades insulæ, quas Barbari uocant Organas: ritu Cycladum illæ sunt dispersæ per Oceanum. De quibus Romani auctores Martianus & Solinus, ita scripsisse uidetur. A tergo Britaniæ, unde infinitus pater Oceanus, Orchades sunt insulæ, quarum xx. sunt desertæ, xvi. coluntur. Orchades insulæ pene xl. iunctæ. Item vicinæ sunt Electrides, in quibus Electrum gignitur. Igitur Orchades inter Nordmanniam & Britanniam ac Hyberniam positæ, frementis Oceani Iudibundæ mina derident. Ad quas à ciuitate Nordmannorum Trondemne per diem ferunt nauigari posse. Itē ab Orchardibus, aiunt, simile spatium siue in Angliam dirigas, siue in Schotiam flectere uelis. Ad easdem insulas Orchardas, quāuis prius ab Anglorum & Schotorum Episcopis regerentur, noster primus iussu Papæ, ordinauit Thorulfum Episcopum, in ciuitate Blascona, qui omnium curam ageret.

CAP. 243 Insula Thyle, quæ per infinitum à cæteris secreta lōge sita est in Oceano, uix, ut inquit, nota habetur. De qua tam à Romanis scriptoribus, quam à Barbaris multa referuntur digna prædicari. Ultima, inquit, omnium Thyle, in qua æstiuo solstitio, sole cancri signum transeunte, nox nulla, Brumali solstitio proinde nullus dies. Hoc quidā senis mensibus fieri arbitrantur. Item Beda scribit, in Britannia ætate lucidas noctes haud dubie repromittere, ut si in solstitio, continui dies habeant, senis mensibus, noctesq; è diuerso ad Brumam sole remoto. Quod fieri in insula Thyle Pictas Massiliensis scribit sex dierū nauigatione in Septentrione à Britannia distante. Hæc itaque Thyle nunc Island appellatur, à glacie quæ Oceanum astringit. De qua etiam hoc memorabile ferunt, quod eadem glacies ita nigra & arida uideatur, propter antiquitatem, ut incensa ardeat. Est autem insula permaxima, ita ut populos intra se multos contineat, qui solo pecorum fœtu uiuunt, eorumq; uellere teguntur: nullæ ibi fruges, minima lignorum copia, propterea in subterraneis habitant speluncis, tecto communi & victu & strato gaudentes cum pecoribus suis. Itaque in simplicitate sanctam vitam peragentes, cum nihil amplius quærant quam natura concedit, læti dicere cum Apostolo possunt, habentes victum & uestitum, hiis contenti sumus. Nam & montes suos habent pro oppidis, & fontes pro delitiis. Beata, in quâ, gens, cuius paupertati nemo inuidet; & in hoc beatissima, quod nunc omnes induerunt Christianitatem. Multa insignia in moribus eorum, præcipue Charitas, ex qua procedit ut inter eos omnia sint communia tam aduenis, quam indigenis. Episcopum suum habent pro Rege, ad cuius nutū respicit omnis populus, quicquid ex Deo, ex scripturis, ex consuetudine aliarum gentium ille constituit, hoc pro lege habent. De quibus noster Metropolitanus immensas Deo gratias retulit, quod suo tempo-

tempore conuertebantur, licet ante susceptam fidem naturali quadam lege non adeo discordarent à nostra Religione. Itaque petentibus illis ordinauit quendam sanctissimum virum Isleph. Qui ab eadem Regione missus ad pontificem, aliquamdiu apud eum retentus est, cum ingenti prorsus honore, discens interea quibus nouiter conuersos ad Christum populus salubriter posset informare. Per quem transmisit Archiepiscopos suos apices populo Islandorum & Gronlandorum, venerabiliter eorum salutans Ecclesias: pollicens eis propediem se venturum vsq; ad illos, vt gaudio similiter pleno fruantur. In quibus verbis egregia, quam habuit in legatione sua voluntas Pontificis laudari debet, quoniam & Apostolum discimus ad prædicandum verbum Dei velle in Hispaniam proficisci, quod implere non potuit. Hæc de Island, & de vltima Thyle veraciter comperi, fabulosa præteriens.

CAP. 244. Sunt autem plures aliæ in Oceano Insulæ, quarum non minima est Gronlād, profundius in Oceano sita contra montes Suediæ, vel Riphea iuga. Ad quam insulam à littore Nordmannorum ferunt vela pandi quinque aut septem diebus quemadmodum ad Island. Homines ibi à salo cærulei, vnde & Regio illa nomen accepit, qui similem Islandis vitam agunt, excepto quod crudeliores sunt, raptuque piratico remigantibus infesti. Ad eos etiam, sermo est, nuper Christianitatem peruolasse.

CAP. 245. Tertia est Halagland insula vicinior Nordmanniæ, verum magnitudine cæteris non impar. Hæc in æstate circa solstitium per quatuordecim dies continuos solem videt super terram, & in hieme similiter per totidem dies sole caret. Stupèda res & incognita Barbaris, qui nesciunt disparem longitudinem dierum contingere propter solis accessum & recessum. Nam propter rotunditatem orbis terrarum necesse est, vt solis circuitus accedens alibi diem exhibeat, recedens, alibi noctem relinquat. Qui dum ascenderit ad æstiuale solstitium, hiis qui in borea sunt, dies prolongat, noctesq; abbreviat, descendens autem ad hiemale solstitium, simili ratione facit australibus. hoc ignorantes Pagani, terram illam vocant sanctam & beatam, quæ tale miraculum præstat mortalibus. Itaque Rex Danorum cum multis aliis contestatus est hoc ibi contingere, sicut in Suedia & Norwegia, & in cæteris, quæ ibi sunt insulis.

CAP. 246. Præterea vnā adhuc insulā tecitauit à multis repertam in illo Oceano, quæ dicitur Winland, eo quod ibi vites sponte nascantur; vinum optimum ferentes. Nam & fruges ibi non seminatas abundare non fabulosa opinione, sed certa Danorum comperimus relatione. Postquam insulam terrā nulla inuenitur habitabilis, in illo Oceano, sed omnia quæ vltra sunt glacie intolerabili ac caligine immensa plena sunt. Cuius rei Marcianus ita meminit: Vltra Thyle, inquit, nauigare vnus diei mare concretum est. Tentauit hoc nuper experientissimus Nordmannorum Princeps Haroldus. Qui latitudinem septentrionalis Oceani perscrutatus nauibus, tandē caligantibus ante ora deficientis mundi finibus, immane abyssi baratrum retroactis vestigiis vix saluus euasit.

CAP. 247. Item retulit nobis beatæ memoriæ Pontifex Adalbertus, in diebus antecessoris sui quosdam nobiles de Fresia viros, causa peruagandi maris in Boream vela retendisse, eo quod ab incolis eius populi dicitur ab ostio Wirrahæ fluminis directo cursu in aquilonem nullam terram occurrere, præter illud mare quod Liberse dicitur. Cuius rei nouitate peruestiganda, coniurati sodales à litore Fresonū lato ceumate sunt progressi. Deinde relinquentes hinc Daniam, inde Britanniam, peruenerunt ad Orchadas. Quibus à læua dimissis, cum Nordmanniam in dextris haberent, longo tractu glaciale Island collegerunt. A quo loco maria fulcantes, in vltimum septentrionis axem, postquam retro se omnes, de quibus supradictum est, insulas viderunt, omnipotenti Deo & sancto confessori Willehado suam commendantes audaciam & viam, subito collapsi sunt in illam tenebrosam rigentis Oceani caliginem, quæ vix oculis penetrari valeret.

Et ecce instabilis Oceani euripus, ad initia quædam fontis sui arcana recurrentis, infelices nautas iam desperatos, immo de morte sola cogitantes, vehementissimo impetu traxit ad chaos. Hanc dicunt esse voraginem abyssi, illud profundum in quo fama est omnes maris recurfus, qui decrescere videntur absorberi, & denuo reuomi, quod fluctuatio dici solet. Tunc illis solam Dei misericordiam implorantibus, ut animas eorum susciperet, impetus ille recurrentis pelagi quædam sociorum naues abripuit, cæteras autem reuomens excursu longo ab alteris post terga repulit. Ita illi ab instanti periculo, quod oculis viderant, oportuno Dei auxilio liberati toto nisu remorum fluctus adiuuarunt. At iam periculum caliginis euadentes, & prouinciam frigoris, ad quandam insulam altissimis in circuitu scopulis ritu oppidi munitam, insperate appulerunt. Quam visendum gratia locorum aggressi, repererunt homines in antris subterraneis meridiano tempore latitantes: Præ quorum foribus infinita iacebat copia vasorum aureorum, & eiusmodi metallorum, quæ rara mortalibus & pretiosa putantur. Itaque sumpta parte gazarum quam subleuare poterant, læti remiges festine remeant ad naues. Cum subito retro se venientes contemplati sunt homines miræ altitudinis, quos nostri Cyclopes appellant; quos antecedeant canes magnitudinem solitam excedentes. Quorum incursum vnus de sociis eorum raptus est, & in momento coram eis laniatus, reliqui vero suscepti ad naues euaserunt, gigantibus (ut ferebant) pone in altum vociferando sequentibus. Tali fortuna comitati Fresones Bremam perueniunt, vbi Alebrando pontifici ex ordine cuncta narrantes, pio Christo & Cōfessori eius Willehado reuersionis & salutis suæ hostias immolarunt.

CAP. 249. Sunt & alia quæ non incongrue dicenda essent hoc loco de illo æstu maris in die bis citato; quod miraculum præbet omnibus maximum; ita ut ipsi, qui arcana rerum perscrutantur Physici, in dubitationem eius rei cadant, cuius originem ignorant. Cumque Macrobius & Beda videantur aliquid loqui, Lucanus autem se nihil scire fateatur, diuersi auctores variis pugnant sententiis: omnes autem incertis abeunt rationibus, nobisque sufficit cum Propheta clamare: Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Et iterum, Tui sunt cæli, & tua est terra, & tu dominaris potestati maris, & iudicia tua abyssus multa, ideoque iure dicuntur incomprehensibilia.

CAP. 250. Hæc sunt quæ de natura Septentrionalium Regionum, comperimus ad honorem sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ proponenda, quam tanto munere diuinæ pietatis præditam videmus, ut innumerabilem populorum multitudinem, quorum hæc Metropolis facta est, labore suæ prædicationis, ex magna iam parte conuersos habeat ad Christianitatem, ibi solummodo ponens euangelizandi silentium, vbi mundus habet terminum. Quæ salutifera gentium legatio, primū à Sancto Ansgario incæpta, prosperis semper vsque in hodiernum diem aucta est incrementis, vsque ad transitum magni Adalberti, per annos circiter ducentos quadraginta.

CAP. 251. Ecce illa ferocissima Danorum, siue Nordmannorum, aut Sueonum natio, quæ, iuxta beati Gregorij verba, nihil aliud sciuit nisi barbarū frendere, iam dudum nonit in Dei laudibus alleluia resonare. Ecce popul⁹ ille piraticus, à quo totas olim Galliarū & Germaniæ prouincias legimus depopulatas, suis nūc finibus contentus est, dicens cum Apostolo: Non habemus manentem hic ciuitatem, sed futuram inquirimus, & credimus videre bona Domini in terra viuentium. Ecce patria illa horribilis semper inaccessa propter cultum Idolorū, & Scythicæ non mitior ara Dianæ, deposito iam naturali furore, prædicatores veritatis vbi que certatim admittit, destructisque Dæmonū aris, Ecclesiæ passim eriguntur, & nomen Christi communi ab omnibus effertur præconio. Nimirum hæc est mutatio dexteræ excelsi, & tam velociter currit sermo Dei omnipotentis, ut à
solis

folis ortu & occasu, ab aquilone & mari laudabile sit nomen Domini, & omnis lingua cōfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, cum patre & sancto spiritu viuens & regnans per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SVSCIPPE magne tui Præsul munuscula serui,
 Quæ tibi & Ecclesiæ fert pleno cordis amore,
 Parua quidem sunt hæc, & vix, me iudice, digna
 Quæ possent oculis relegenda placere Catonis.
 Nam cum Rhetoricis sermones floribus ornes,
 Cum tua lingua sacræ sit clauis Bibliothecæ,
 Cum diuina patrum scrutere volumina cautis
 Indiculis, quid verba putem tibi balba valere?
 At cum multa Deo placuissent dona potentum,
 Sæpe minuta duo viduæ laudata memento.
 Et confido etiam, quia commendatio scripti,
 Carior inde tibi maneat, dum nil tibi fictum,
 Externumque vides, sed quæuis pagina veram
 Ecclesiæ laudem canit Historiamque Bremensem.
 Omne decus sponsi est vbi fertur gloria sponsæ.
 Cumque per innumeros librorum currerim agros
 Scire decet quod vbi que legis hoc esse aliorum:
 Iste tuus liber est, totusque reuoluitur in te,
 Tempus ad vsque tuum perducens acta priorum.
 Ergo faue votis, parce iuuenilibus annis.
 Effice quæso tuo ne spes foret irrita seruo,
 Qui pro laude tua non erubet esse poeta.
 Nempe tibi fateor venerabilis & bone Pastor,
 Si bene non potui, certe veracia scripsi,
 Testibus huius vtens, quibus hæc notissima res est.
 Nec mihi scribendo laudem vel munera quero,
 Quippe placere tibi reor hoc satis esse labori.
 Tum perpendo tuo non esse ignobile claustro,
 Quod minimus fratrum perfecit maxima rerum,
 In quibus Ecclesiæ lucent primordia nostræ,
 Arctoumque salus populorum scripta tenetur.
 Tempus erit quo facta tuæ celeberrima laudis,
 Aut nos, aut aliquis ex docta plebe tuorum
 Pangemus maiore lyra, si vita superstes.
 Quamuis nota satis pateant tua gesta per orbem,
 Quæ & sine scriptore vulgabit fama perennis.
 Quem nam præterit felix electio, qua te,
 Prisco more patrum, Pastoris nomine dignum,
 Electumque Deo prodebat Spiritus index,
 Cuius tunc festum recolebat turba fidelis:
 O quantis lacrymis populi te vidimus emptum,

Dum prius oppressi votis cominibus omnes
 Talem te cuperent, immo longe meliorem,
 Quam spes vlla foret, vel nostra fides meruisset,
 Tu soluis populi duram à ceruice catenam,
 Fasciculosque graues ab onusta plebe repellens,
 Affligit gentis marorem in gaudia vertis.
 Tu Clerum iniusta raptorum fraude grauatum,
 In sua restituis, tu nos errore veterno
 Eximis, atque suo reddis sacra templa decori.
 Tu pacem terris antiqua lite sugatam
 Ecclesiis reuocas, iam tertia praelia surgunt;
 Et discordantes tu iungis ad oscula mentes.
 Si quid adhuc superest, quod gaudia publica turbet,
 Per te sedari tribuat Deus, aduciatque
 Ut Brema cum Hammaburg per te redimi mereantur,
 Quae diuturna sui flent tempora carceris ambæ;
 Hæc à Paganis oppressa, hæc clausa tyrannis.
 O Lyemare pater faueat tibi gratia Christi,
 Nosque tuæ pecudes tibi corde & voce fauemus.

F I N I S.

INCER.

INCERTI AVTORIS
HISTORIA ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIVM,
 A TEMPORE CAROLI MAGNI, VS-
 QVE AD CAROLVM IV.

*HISTORIA ARCHIEPISCOPORVM BRE-
 mensium; & de omnium primo Willehado.*



MAGNIFICVS Carolus Romanorum Imperator, & totius orbis fere Dominator & Domitor, Saxonum gentem ad fidem Christianam per multa bella perduxit, qui etiam per xxxiii. annos continuos cum eisdem Saxonibus dimicauit: Et tandem bello sopito Predicatores ad illam gentem nimium Idololatriæ deditam transmisit. Primum omnium beatum Bonifacium Maguntinensis sedis Archiepiscopum, deinde plures alios: Tandem S. Willehadum, primum Bremensis Ecclesiæ Episcopum, ad conuersionem gentium destinauit, qui primus omnium Doctorum maritimas & Boreales Saxoniarum partes & Trāsalbianos populos per lauacrum regenerationis ad fidei Christianæ puritatem perduxit, & multa millia Paganorum baptizauit. Ipse enim de partibus Angliæ Regni ueniens, & martyrium desiderans, legitur multas angustias & persecutiones propter euangelizandi constantiam sustinuisse. Sed beatus Ansgarius, quartus eius successor, fidei stilo in libro uitæ actuumque eius descripsit, ubi plenius instrui poterit, qui uitam beati Willehadi scire desiderat. Igitur Dominus & venerabilis pater Willehadus, postquam ordinationem apostolicam receperat, rexit Ecclesiam Bremensem duobus annis, mēsis tribus, & viginti sex diebus: prædicauitque tam Phrisionibus quā Saxonibus: post martyrium beati Bonifacij, per annos triginta quinque. Obiit autem senex & plenus dierum in Phrisia, in villa quæ Blokegen dicitur in Rustringia. Et corpus eius per Wisuram ad ciuitatē Bremensem deportatū, in Ecclesia Sancti Petri Apostoli, quam ipse ædificauerat, sepultū est. Sed successor eius Willericus corpus sancti Willehadi de primo loco transtulit ad alium locum, & in quodam oratorio ad austrum, iuxta monasterium quod ipse fecerat, studiose recondidit. Et hoc factum est præ timore piratarum, qui propter virtutem miraculorum sancti Confessoris corpus auferre nitentur. In quo loco per annos fere lxx. quieuit, usque ad tempora beati Ansgarij quarti sui successoris, qui tunc auctoritate sedis Apostolicæ, propter virtutem miraculorum quæ ibidem gratia diuina fiebant, eum transtulit, & in Catalogo sanctorum descripsit, & diem depositionis & translationis eius celebrem esse constituit, cum collaudatione plebis & suorum clericorū. Transitus eius celebratur festiuis gaudijs vi. Idus Nouembris i. Ordinatio uero eius iiii. Idus Iulij.

DE W I L L E R I C O.

BEATO Willehado immediate successit in Ecclesia Bremensi Dominus Willericus, vnus ex discipulis beati Willehadi, Canonicus Bremensis, vir literatus, & in omnium honestate præclarus, pro fide Christi miles strenuissimus, cui Carolus Imperator regalia porrexit. Hic Ecclesiam fide tenellam quinquaginta annis rexit. Cuius temporibus Ecclesia Bremensis regimine dicitur caruisse pastoralis per annos xii. propter nouellam gentis Saxonum conuersionem, qui male se patiebantur regi iurisdictione Episcopali, maxime cum nullis fere annis à bello

bello vacarent: tandem Saxones ita profligati leguntur, vt ex his qui inhabitabant vtraſque ripas Albiæ fluminis, decem milia hominum cum mulieribus & paruulis in Franciam translati ſint. Et hic eſt annus diuturni Saxonū belli xxxiii. quem Historici Francorum dicunt memorabilem. Quo tempore diſpoſuit idem Imperator Carolus, vt in Hammenburg Eccleſia conſtrueretur, vt Slaui & Dani, & gentes circumpoſitæ ab ipſa Eccleſia, tanquam à metropoli, in fide Catholica fouerentur; ſed occupatio Regni ipſum Imperatorem impediuit ne bonum propoſitum quod conceperat, conſummaret. Legitur etiam ante tempora beati Anſgarij præfatus pater Willericus Tranſalbianis prædiſſe & Eccleſiam in Melthorpe frequenter viſitaſſe, vſque ad tempus quo Hamburg metropolis facta eſt. Anno Willerici xxv. moritur clariffimus Imperator Carolus, & Ludouicus filius eius electus eſt in Romanorum Imperatorem: qui voluntatem patris oblitus, prouinciam Tranſalbianam Bremeni & Verdenſi Epifcopo cōmendauit. Anno igitur Willerici xxxiii. Ludouicus Imperator nouā in Saxonia Corbeam exorſus eſt, religioſiſſimos Franciæ monachos ad id congregauit cœnobium: inter quos præcipuus fuit beatus Anſgarius pater noſter, ſcientia & meritorum prærogatiua præclarus. Interea Willericus Bremeniſis Epifcopus, ſtrenui paſtoris officium gerens, Eccleſias vbiq; per Epifcopatum ſuum congruis crexit in locis, probataſq; perſonas in eis inſtituit, qui mundo corde & caſto animo omnipotenti Domino famularentur, atque animas ſibi commiſſas de fidei puritate, & ſancta conuerſatione fideliter inſtruerent. Congregauit etiam idem Dominus Willericus maximum clerum, & de populo magnam Eccleſiæ Bremeniſi hereditatem acquiſiuit. qui poſtquam rexerat Eccleſiam Bremeniſem L. annis, ſenex & plen^o dierum obiit; ſepultuſq; eſt in Eccleſia beati Petri in Brema, à parte Altaris Aquilonari, i. v. Nonas Maij.

DE LUDERICO.

LUDERICVS Epifcopus ordine tertius, ſedit annis octo: hic dicitur fuiſſe ſuperbus. anno Luderici iii. Ludouicus Imperator obiit. Idem Ludericus quodam tempore beatum Anſgarium, cuius doctrinæ inuidebat & virtutibus, de ciuitate Bremeniſi expulit, ſicut de eo quidam ſcripſerunt, poſt idem Ludericus obiit. Et ſepultus eſt in Eccleſia beati Petri, viii. Calendas Septembris. tunc Bremeniſis Eccleſia multo vacauit tempore.

DE ANSGARIO.

TANDEM Ludouicus pius Cæſar inclytus, Hamburgeniſis Eccleſiæ deſolationem miſeratus, virum venerabilem Dominum Anſgarium Hamburgeniſem Archiepiſcopum ad Epifcopatum Bremeniſem de conſenſu Canonicorum Bremeniſum promouit, & procuratores ad Romanam Curiam tranſmiſit idoneos, qui vniōnem Bremeniſis & Hamburgeniſis Eccleſiæ procurarunt, ſicut Priuilegia ſuper hiis data plenius demonſtrant, quæ in Eccleſia Bremeniſi fideliter conſeruantur. Anſgarius autem nunc Danos nunc Tranſalbianos viſitans, innumerabilem vtriuſque gentis multitudinem, Diuina præeunte gratia, traxit ad fidem Chriſti: Regē etiam Daciæ baptizauit, & Eccleſiam in Sleſewick conſtruxit primam. Deinde Ripeniſem Eccleſiam fundauit. Et data licentia à Rege baptizato, vt quiſquis vellet in Regno ſuo Chriſtianus fieret, infinita gentium multitudo ſtatim per miniſterium ſancti Anſgarij credidit Domino Ieſu Chriſto: de quibus hoc memoriale in libris relictum eſt, quia plures qui in aqua baptiſmi loti ſunt, ab omni corporis infirmitate ſtatim liberati, Domino Chriſto gratias referabant. Poſt hæc Regem Sweciæ cū ſuo populo baptizauit. Beatus Anſgarius præfuit Eccleſiæ Bremeniſi xviii. annis. Nam antea in Hamburgeniſi Cathedra ſederat xvi. qui fuerunt ſimul xxxiv. anni. Totum eius ſtudium fuit pro animarum ſalute. Ipſe etiam conſtruxit conuentualem Eccleſiam in Rameslo, deinde conuentum ſanctarum virginum in Barsen, poſt hoc Hoſpitalem Bremæ, vbi

pauperes recrearentur, & hospites quicumque reciperentur. Vbi etiam per se ipsum, cotidie veniens, infirmis non erubuit ministrare, quorum plurimos Dei verbo & tactu corporali dicitur sanasse. Ipse similiter trāstulit corpus sancti Willehadi in matricem Ecclesiam S. Petri Apostoli, ab primo australi Oratorio, quo deportatum fuit à Willerico. Et tunc facta sunt illa miracula quæ per merita beati Willehadi populo ostensa sunt. Ab anno Domini DCCC. LXI. qui est annus Archiepiscopi ab ordinatione xxx. Sanctus Ansgarius vitam & miracula beati Willehadi fideliter scripsit. Qui plura de beato Ansgario scire desiderat, ad privilegia Domini Papæ & Imperatoris decurrat. Vitam de se ipso scriptam perlegat diligenter: quam vitam veridico sermone descripsit suus successor S. Reimberrus more beati Iohannis Euangelistæ, quasi de alio scribens innuit se fidelissimum eius discipulorum perhibere veritati testimonium, quam cognouit in verbo Dei. Hunc librum direxit ad fratres cœnobij Corbeia, beatificans eos quod talem miserunt, & nobis congratulans quod talem meruimus suscipere Pastore. Sedit autem beatus Ansgarius omnes annos xxxiv. & obiit senex & plenus dierum. Cuius depositio summa veneratione colitur III. Nonas Februarij. Obiit autem Anno Domini DCCC. LXV. Indictione XIII. qui est Ludouici secundi Imperatoris, xxvi. sepultusq; est in Basilica S. Petri Apostoli, ante altare sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ.

D E S. R E I M B E R T O.

SANCTVS Reimberrus post suam electionem ab Archiepiscopo Maguntinensi, consecratus est in Archiepiscopum, & sic venit in Corbeiam, vestemque suscepit cum professione monastica. Cui Adalgarius Abbas illius cœnobij socium concessit nomine Adalgarium, qui postea & socius prædicationis, & hæres meruit esse dignitatis. Pallium recepit à Nicolao Papa, ferulam pastorem à Cæsare Ludouico secundo. Hunc S. Ansgarius propter merita sua adoprauerat in filium spiritualem Prophetico spiritu, quo idem pater plenus erat longæ ante prædixit, illum suæ virtutis æmulum. Et in Cathedra Pontificali sibi debere succedere, gratiaque meritorum in cælesti Regno consortem fore. Tunc beatus Reimberrus legationis suæ officium, quod ad prædicandum gentibus verbum Dei, primitus à Decessore suo susceptum est, & postremo sibi iure successionis quasi hæreditarium peruenit, viriliter est executus. Ipse quoq; per se, quoties occupationes aliæ sinerent, eidem legationi insistens; semper autem constitutos habens presbyteros, per quos & verbum Dei gentiles audirët, & solatium captiui Christiani haberët. Ad Ecclesias inter ipsos Paganos longe constitutas, quodque grauissimum erat, marinis discriminibus adeundas, quæ discrimina ipse frequentius sustinens, cum Apostolo sæpe naufragium pertulit, sæpe etiam alia pericula sustinuit, spe futuræ beatitudinis omnia præsentis vitæ aspera leniens, illudque Apostolicum continua meditatione reuoluens, non sunt condignæ passionis huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Anno igitur Domini Reimberti XII. Ludouicus pius Cæsar Magn^o obiit. Post cuius mortem effera barbaries laxis regnabat habenis, & multiplicata sunt mala super terram. Tunc vrbes cum ciuibus, Episcopi cum toto grege interfecti, Ecclesiæ illustres cum fidelibus incensæ sunt. Et à Danis & Normannis Saxonia est deuastata; Colonia succensa, Aquigrani palatium, quod Carolus gloriose construxerat, stabulum equis suis fecerunt, & postea Princeps Vrdwich ipsum destruit, & per annos LXXX. deuastatum permansit, vsque ad tempora Ottonis Imperatoris. Contigit etiam Paganos illo die iudicio Dei ad quædam pagum Frisicæ deuolui, qui Norden appellatur. hunc subuerrere aggressi sunt. Erat illic eo tempore Venerabilis Archiepiscopus Bremensis Reimberrus, cuius adhortationibus & doctrinis confortati & instructi Christiani, cōgressi sunt hostibus: Et prostrauerunt ex eisdem hostibus 10378. pluribus etiam dum fugæ præsidium quærerent necatis. Vbi collis, in quo Sæctus orauit Reimberrus dum pugna fieret, perpetua

cespitis viriditate notatur: Et lapis in quo genua flectens brachia posuit, iuxta Oslinge vestigium ostendit. Item sanctus Reimbertus, antiquorum sanctorum more, diuina fultus gratia, fertur quod miracula fecisset; frequenterque, dum iret in Sueoniam, tempestatem maris sedasse, & cæcum illuminasse per cõfirmationem, quam Episcopali more faciebat. Item cuiusdam Regis filium à Dæmonio liberasse dicitur. Vbi multis astantibus Episcopis, spiritus immūdus clamabat ex ore vexati; Reimbertū solū inter eos digne cõmissum egisse officium, ipsummet sibi esse cruciatui. Hūc filium Regis Ludouici dicunt fuisse Carolū. Erat autem beatus Reimbertus cū Moysē mirissimus, & cum Apostolo omnium infirmitatibus cõpatiens: præcipuam curam habebat in eleemosynis pauperum, & captiuorū Christianorū redemptionē desiderans. Sunt etiam alia multa de isto sancto in vita sua descripta. Hospitale pauperū à beato Ansgario in Brema cõstructum, ipse notabiliter auxit, & nō solum in Episcopatu, sed vbi cunq; erat, pauperibus eleemosynam, cum omni diligentia ministravit; nobile verbū exhortationis suis posteris relinquēs; Non est, inquit, tardandum, vt cūctis pauperibus succurramus; quia quis sit Christus, vel quādo ad nos veniat, ignoramus. Gloriam verbi Dei omnibus incessanter ministravit. Et breuiter tāquam Catholicus Põtifex omnibus virtutibus claruit: præcipue in defensione cleri sui; & plebis sibi cõmissæ sollicitam & indefessam curam exhibebat. Sunt autem mūlta, quæ de nostro sancto copiose in libro suo exarata sunt: in quibus id memorabile est, quod presbyteri animā defuncti, qui sic in visu sibi apparēs, supplicauit, XL. dies in panē & aqua ieiunans, à tormentis absoluit. Ipse etiam Conuentualem Ecclesiam in solitudine in Burken fundauit, cum Præpositura & Canonicis secularibus, quos ibi regulariter viuere præcepit, ad honorem Dei & sancti Materniani Confessoris. Tandem Dominus Iesus Christus, cui sincero corde seruierat, volens suos fideles labores pia mercede remunerare, infirmitate deficere fecit, & morbo & senio confectus, quos per se non potuit, per Adalgarium socium suum in Domino confortauit. Obiit anno Domini DCCC. LXXXVIII. Indictione VI. Cuius depositio celebratur III. Idus Iunij. Beatus Pontifex Reimbertus ex occasione curæ Pastoralis de monastica perfectione nihil perdidit.

DE ADALGARIO.

ADALGARIUS Archiepiscopus, qui successit B. Reimberto, præfuit Ecclesiæ Bremensi xx. annis. Vitam eius ex libris beati Reimberti collige. Regalia recepit ab Arnolpho rege, Pallium à Stephano Papa; seditq; difficili tempore barbaricæ vastationis. Nec tamen legationis suæ ad gentes, vt in Priuilegiis legitur, studium omiserat. Post hæc Archiepiscopus senio & infirmitate confectus obiit Idibus Maij. Sepultus est iuxta sepulchrum beati Reimberti.

DE HOIERO.

HOIERVS Archiepiscopus sedit annis VII. Pallium suscepit à Papa Sergio, Regalia à Ludouico Rege. Hic erat monachus de monasterio Corbeyensi Ecclesiæ, in adiutorium Adalgario concessus. De ipso in antiquis Ecclesiæ libris vnus versus est scriptus:

Sanctus & electus fuit Hoger septimus heros.

Veterum traditio narrat ipsum fuisse seuerissimum in disciplina Ecclesiastica. In diebus illis finita est prosapia Caroli Imperatoris, alienis tenentibus scepra Regni. Tunc etiam parochia Hamburgensis à Sclauis, & Bremēsis Vngrorum impetu demolita est. Et Confessor Dei Hoierus obiit; & sepultus est iuxta suam decessorem in Capella sancti Michaelis, ad Orientem Ecclesiæ Maioris. Huius Archiepiscopi corpus, cum post annos centum & viginti diruta vetustate Capella, præter Cruces pallij, & cervical Archiepiscopi, nihil potuit inueniri; vnde à multis creditur, propter eius sanctitatem ad superos translatum.

DE REINWARDO.

REINWARDVS sedit vno anno, de cuius vita præter nomē nihil ad manum venit. In diebus illis grande miraculum fertur à posteris Bremæ contigisse, Vngaros scilicet incensis Ecclesiis, Sacerdotes ante altaria trucidasse, clerū vulgo peremptum, aut impune occisos aut ductos in captiuitatē. Tunc etiam Cruces à Paganis truncatæ, ludibrio sunt habitæ: sed Deus cuius passio ibi derisa est, incredulos abire non est passus inultos. Nam subita & mirabilis orta tempestas, à semicremis Ecclesiarū tectis, scindulas eleuauit, quas in facies & ora paganorū rotans, dum fugę præsidium quærunt, aut in fluuium Wiseram præcipitari compulit, aut in manus ciuium concludi. Nec mora, prostratum gregem boni Pastoris occubitus cito secutus est. Qui depositus III. Kalend. Octob. vna cum prædecessoribus suis, in Ecclesia sancti Michaelis tumultatus est.

DE VNNONE.

VNNO Archiepiscopus sedit annis xviii. Memoriam traditum est à fratribus, quod Reinwardo defuncto, Leidradus tunc Præpositus Bremensis electus est. Qui hoc Vnnone pro Capellano vtēs ad Curiam regis venit, Rex autē Conradus diuino, vt creditur, spiritu afflatus, contempta Leidradi præpositi & Electi specie, paruulo Vnnoni, quem retro stare conspexerat, virgam pastorale obtulit. Cui etiam Iohannes decimus, vt priuilegium indicat, Pallium dedit. Erat vir, sicut in electione ac trāsitu videri potest, sanctissimus: pro qua sanctitate Cōrado & Heinrico Regibus Romanorū, familiaris & reuerendus permanfit. Vnde ita & versu depingitur:

Principibus notus Vnno fuit ordine nonus.

DE LANCEA IMPERIALI.

ANNO Domini dcccc. xx. Burgundionum Rex Rodolfus, qui nonnullis annis Italicis imperabāt, lanceam quandam à Sampsonē quodam Comite dono acceperat, quam Constantini Magni, Helenæ filij, fuisse dicebat, quæ excepta cæterarum specie lancearum, nouo quodāmodo opere, nouaque elaborata arte & figura, iuxta mediam spinam habuit vtrobique quasi fenestram, & in medio crucis ex clauis, manibus & pedibus Saluatoris Domini nostri Iesu Christi affixis. Hinricus itaque Romanorum Rex, genere Saxo, filius Ottonis Ducis, audiens Rodolfum tam cæleste donum habere, vt erat domini timens, totius religionis amator, legatis directis temptauit si præmiis aliquibus posset illud acquirere. Quod cum Rex Rodolfus modis omnibus se nunquam acturum diceret, Rex Hinricus, quia hunc muneribus mollire nequuerat, minis terrere magno opere curabat. Omne quippe Regnum eius cæde ac incendiis se depulaturum esse minabatur. Quia vero munus, quod petebatur, illud erat, quod cælestibus terrena coniunxerat, Rodolfi regis cor Deus emolliuit, iustoque Regi, iustaque petenti, protinus tradidit. Quanto autem amore Rex Hinricus prædictum cæleste munus dilexerit, cum in multis rebus, tum in hoc maxime clariuit, quod huius datorem non solum auri argentique muneribus, verum etiam Sueuorum prouinciæ parte non minima honorauit. Hac igitur occasione, immo Dei voluntate, sanctam Rex Hinricus adeptus est lanceam, per quam ipse de hostibus sapius triumphauit, eamque filio suo Ottoni Magno decedens cum Regno reliquit. Ipsaque est, quæ ex tunc hodieque in Imperatorum tutela solet manere.

MIRACVLUM.

TEMPORE Zachariæ Papæ Carolus Tyrannus, qui multa mala fecit Episcopis, obiit: De cuius sepulchro serpens exiuit, & corpus non est inuentum. Præsens erat beatus Bonifacius, quem Papa Zacharias primum fecit Archie-

Archiepiscopum Maguntinensem. Cum antea tam Maguntia, quam Colonia Ecclesiæ subiectæ fuerint Wormaciensi Ecclesiæ: quare autem Wormaciensis Ecclesiæ tali priuata fuerit dignitate, à memoria hominum est elapsum: dicitur tamen illud ob quoddam valde enorme crimen illius Ecclesiæ Archiepiscopi contigisse.

IGITUR Archiepiscopus nihil asperum aut graue formidans pro amore Christi latitudinem sui Archiepiscopatus per se ipsum circuire elegit; quem secuti sunt plurimi Canonici Bremenses, secum & in carcerem & in mortem ire paratos dicentes pro nomine Christi. Postquam autem ad Danos perueniret, Haroldum Regem baptizauit cum Danorum multitudine, cuius adiutorio omnes Danorum Insulas circuibat, Verbum Domini gentibus annuncians; & fideles, quos ibi inuenit captiuos, in Domino confortauit. Deinde venit in Sueoniam, & inuenit ibi quos beatus Ansgarius baptizauerat, ad Paganismum relapsos, qui à sancto patre Vnnone sunt ad fidem Christi iterum conuersi. Tandem non sine maximo labore peruenit ad Birkam oppidum Gottorum, in medio Sweonia positum; quo iam post obitum sancti Ansgarij annis LXX. nemo doctorum ausus est pertingere, præter solum, vt legitur, beatum Reimbertum, quia persecutio Paganorum multos retinuit. Perfecto autem suæ legationis ministerio, cum tandem redire disponderet, Euangelista Dei apud Birkam ægritudine correptus, ibidem fessi corporis tabernaculum deposuit. Et speratur anima ei cum sanctis animabus requiescere in Domino. Tunc discipuli Põtificis exequias eius cum gaudio simul & fletu procurantes; cætera quidem membra sepelierunt in eodem loco vel oppido Birca, solum caput reportantes Bremam; quod decenti honore condiderunt in maiori Ecclesia, coram altari. Obiit autem peracto boni certaminis cursu in Scythia, vt scribitur, circa medium Septembris. Iste magnus Christi Confessor exemplum dedit suis successoribus, vt nullà maris & terræ pericula deuitare debeant pro cælesti gloria obtinenda.

DE ADALDAGO.

ADALDAGVS Archiepiscopus Bremensis, præfuit Ecclesiæ nostræ LIV. annis. Iste est qui nobis rempublicam restituit, genere illustris, ætate iuuenis, decorus specie; morum probitate speciosior. A choro sumptus est Hildensemensis Ecclesiæ; consanguineus & discipulus beati Adalwardi Verdensis Episcopi, cuius tunc vita probata, fama illæsa, & fides erat in Palatio cognitissima: Quem dicunt etiam doctrina & miraculis celebrem, & Slauorum populis eo tempore prædicasse, quo noster pater Vnno venerabilis Archiepiscopus ad Scythas legatus extitit. Eius Adalwardi opere & testimonio commendatus in Curia Imperatoris Adaldagus, Regalia accepit ab Imperatore Ottone: & Pallium à Leone VII. Sic iste pater venerabilis Adaldagus primo ingressus est Episcopatum Bremensem, longo prius tempore potestatibus ac iudiciaria manu compressum, præcepto Regis absoluti, & ad instar reliquarum urbium immunitate, simulque libertate fecit donari. Tunc Archiepiscopus noster obtinuit à Papa, vt Ecclesiæ suæ confirmaret omnia, quæ à prædecessoribus suis Gregorio, Nicolao, Sergio & cæteris Apostolicis Bremensi Episcopatu concessa sunt. Tunc Archiepiscopus noster primo ordinauit Episcopos, in Daniam ad Slesewig, ad Ripam, & ad Arhusam. Nempe studium eius totum fuit in conuersione gentium, in exaltatione Ecclesiarum, in salute animarum: propter quod ab omnibus amabatur. Eo tempore Archiepiscopus noster cum Imperatore in Italia per quinquennium moram faciens; magnum lucrum de peregrinatione sua Ecclesiæ Bremensi reportauit, sicut hoc ex priuilegiis super hoc obtentis perpendi potest manifeste. Sed clerus & populus Bremensis eundem Pastorem cum nunciis & literis reuocauerunt, quia sustinere non poterant eius absentiam diuturnam. Cui venienti tam extranei, quam ciues cum clericis occurrerunt, itinere trium dierum, cum gaudio flentes, & clamantes; Benedictus qui venit in nomine Domini. Tunc duxit in Comitatu suo

Bene-

Benedictum Papam, ab Ottone Imperatore indebite remotum, quem in oppido Hamburgensi in magno honore tenuit vsq; ad obitum eius; qui dicitur fuisse vir literatus & sanctæ conuersationis. Tandem Romani ducti pænitentia de illius sancti viri expulsionem, cū Imperatore eum reuocarunt, sed nuncij eum mortuum inuenerunt, cum venissent Hamburgum. Transitus eius 1v. Nonas Iulij describitur. Hæ sunt reliquæ sanctorum, quas Adaldagus de vrbe Roma ab Italia repporauit, Corpora Quiriaci & Cæsarij diaconorum; Item Victoris & Coronæ, Cancianorum, Fælicis & Fæliciani, Cosmæ & Damiani martyrum, quorum festa agi constituit per Diocesim suam, ipsas reliquias cum multa deuotione distribuit. Maxima tamen pars apud Ecclesiam Bremensem remansit. Ecclesiam in Heslingh in honorem beati Viti martyris construxit, & ibidem congregationem castarum virginum collegit. Vbi nobilissima Christi virgo Wendilgart, & pater eius Haddo nomine, totum patrimonium obtulerunt Deo & sancto Martyri Vito: Item in Ostringia Frisæ in loco Repesholt dicto, Conuentum Canonorum secularium statuit in honorem sancti Mauritij martyris: & Hospitale in Brema multis retribus auxit, adeo vt præter hospites, qui frequenter ibi suscipiebantur, quotidie pasceretur in hospitali eodem xxiv. pauperes. In ipso tempore Magnus Otto Imperator inclytâ urbem Magdeburg super ripas Albæ fluminis condidit, quam Slauis Metropolim statuens, Albertum summæ sanctitatis virum, ibidem de licentia sedis Apostolicæ consecrari fecit Archiepiscopum. Nouissimis itaque Adaldagi temporibus Christianitas in Dania turbata est, & facta conspiratione Christianitatem abnegantes. Adaldagus obiit 111. Kalend. Maij, Indiçtione 1. Anno sacerdotij LIV. Sepultus est in Ecclesia Bremensi, à capite Leuderici Episcopi.

DE LIBENTIO.

ANNO Domini DCCC. xxxviii. Libētius fit Episcopus, & sedit annis xxv. pallium suscepit à Papa Iohanne xv. Virgam pastoralem ab Ottone III. Primus omnium consecratus est à Suffraganeis. Erat itaque vir literatissimus, & omni morum probitate decoratus. Ab Italia quondam secutus Adaldagum, cuius etiam vitam æmulatus & magisterium, solus ex dispositione tanti patris dignus inuentus est, cui Bremensis cura Parochiæ crederetur. Erat enim vir tantæ castitatis, vt raro se mulieribus videndum præbuerit; tantæ abstinentiæ, vt pallida ieiuniis ora portauerit; tantæque humilitatis & charitatis, vt in claustro, sicut vnus fratrum, vixerit. Multæ nimirum virtutes eius; quippe contentus acquisitis, raro curiam adiit pro acquirendis; domi sedens quietus, parochiæ suæ curam egit diligentissimam, totumque studium ad lucrum vertens animarum, districtissima regula omnes congregationes suas custodiuit. Archiepiscopus etiam per se curam egit hospitalis, fratribus & infirmis quotidiano ministrans obsequio: ipse quoque vice sua Xenodochium nepoti suo commendauit Libentio. Dum adhuc pax esset in Slauia, Transalbianos populos frequenter visitauit, & matrem Hamburg paterno fouit amore: Legationem suam ad gentes, vt prædecessores eius, studiosa exequutus est, licet dierum obstaret malitia. Quo tempore cum persecutionem Christianorum in Dania Rex Swein exercuisset, supplicibus Archiepiscopus legatis, crebrisque muneribus laborabat, quatenus ferocis Regis animum mansuetum redderet Christianis. Quibus ille reiectis, in sua nimirum crudelitate ac perfidia sæuire non cessauit. Temporibus istius Libentij Brema muto muniri cœpit. Eodem tempore Venerabilis Comes Henricus in Herfleuelde, (vel vrbanus Rossenuelde dicitur) Præposituram fecit, annuente Archiepiscopo, & Ecclesiam consecrante. Hęc facta sunt vltimo tēpore senioris Libētij, sub Duce Bernardo filio Hermani, qui populum Slauorum grauius afflixit. Quo tempore etiam cōtentio Bernarij, Verdensis Episcopi, de Rameslon corā Papa Sergio est terminata. Rameslon sita in Episcopatu Verdensi, non longe à vico Bardorum, cuius ordinationem & ius gubernandi, cum Verdensis Episcopus

scopus reposceret, Apostolicæ sedis Decreto cessit ab incepto. Tunc etiam Slauia Christianis Iudicibus plus iuste cōpressi, excusso tandē iugo seruitutis, libertatem suam armis defendere sunt coacti. Primo autē totam Nordalbingiam depopulari sunt. Deinde reliquam peragrantes Slauoniam, omnes Ecclesias incēderunt, & ad solum vsque diruerunt. Sacerdotes autem reliquosq; Ecclesiarum ministros, variis necantes suppliciis, nullum trans Albiam Christianitatis vestigium reliquerūt. Apud Hamburg eo tempore multi ex clero & ciuibus in captiuitatem abducti sunt, plures etiam interfecti propter odium Christianitatis. Inter ea Libentius Archiepiscopus de legatione sua in gentes sollicitus, plures ordinauit Episcopos, quorum nomina & sedes incertæ sunt, quia tempus persecutionis incubuit. Post obitum vero Adaldagi, tota regio Iutlandia in duos Episcopatus bipartita est, tertio apud Arhusen deficiente. Obiit autem Libentius anno Dñi Millesimo tredecimo, Indictione 11. Et sepultus est in medio chori ante gradus sanctuarij, [pridie Nonas Ianuarij.]

DE UNWANNO.

VNWANNVS sedit annis xvi. ferulam suscepit ab Hinrico Imperatore, palatium à Papa maiore Benedicto. Ille Unwanus primus omnium ad canonicam traxit congregationes regulam, quæ antea quidem mixta ex Monachis vel Canonicis cōuersatione degebant. Ille per simoniacam pestē intronizatus dicitur, eo quod magnam habuerit hæreditatem, cuius partem ipse inuitus Imperatori dimisit, partem vero alteram Ecclesiæ suæ obtulit, quam pie gubernauit, tertiam parentibus dimisit. Hic etiam omnes ritus Paganicos in hac regione funditus amouit. Ita ut ex lucis, quos paludicola stulta frequentabant reuerentia, faceret Ecclesias xii. renouari. Ex quibus etiam Basilicam sancti Viti extra opidum constructui, & Capellam S. Willehadi cōbustam iussit reparari. Ipso tēpore fertur aggerem Bremensem firmatum contra insidias & impetū inimicorum, præcipue q̄ Dux Bernardus Henrico Imperatori ausus est rebellare, turbauit oēs Ecclesias Saxoniz. Ex illo enim tēpore, quo Dux in Saxonica cōstitutus est regione, nunquam discordia inter Archiepiscopum & Ducem cessauit, illo impugnante regē & Ecclesiam, isto pro salute Ecclesiæ certate. Hæc æmulatio partium dum prius occulta esset, ex eo tempore vires accepit, & creuit in immensum. Bernardus enim Dux tam auitæ humilitatis, quam paternæ religionis oblitus; Primo quidem per auaritiam gentem Winulorum crudeliter opprimens, ad necessitatem Paganismi coëgit. Deinde per superbiam beneficiorum immemor totam secū ad rebellandum Cæsari mouit Saxoniam. Nouissime surgens in Christum, Ecclesias impugnauit, præcipue Bremensem, quæ ditior eo tempore cæteris, & Hamburgensem, quæ remotior videbatur à manu Imperatoris. Huius impetum viri, Unwanus taliter sua magnitudine refregit, ut præ pudore sapientiæ ac libertatis Episcopi, cogere & ipse Dux Ecclesiæ, cui ante aduersatus est, deinceps hilaris & beneuolus existeret in omnibus. Ergo habito Unwani consilio, rebellis tandē flexus Princeps, Scaltinburg Cæsari Henrico supplex dedit manus. Moxque fauente Unwano, Slauis tributo subactis, pacem reddidit Nordalbingis, & Ecclesiæ Hamburgensi. Ad cuius restorationem Unwanus post Slauonicam cladem, ciuitatem & Ecclesiam fecit nouam, simul ex singulis congregationibus suis, quæ virorum essent, tres eligens fratres. Ita ut xii. fierent, qui in Hamburg Canonica degerent cōuersatione, populum ab idololatriæ reuocantes errore. Ordinauit etiam in Slauia, mortuo Reimberto, Bennonem, virum prudentem, qui de fratribus Hamburgensis Ecclesiæ electus, in populo Slauorum multum prædicando fructum attulit.

MIRACVLVM.

ANNO Domini M. XXI. in villa Colobizce in Saxonia, in Monasterio sancti Magni Martyris, completis matutinis, cæperunt chorizari xv. viri & iii. mulieres in cœmiterio. Presbyter cum missam primam inchoaret, non cessauerunt

tunt à cantilenis & chorea; donec ipse, volens insolentiam eorum compescere, accessit ad eos, rogans vt quiescerent: Nolebant, & presbyter dictus Ecbert^o, sic est eis imprecatus. Vtinam potentia Dei & meritis sancti Magni martyris sic inquieti annum ducatis: qui verba eius subsannantes perstiterunt cantando. Erat vna trium mulierum, filia presbyteri, nomine Merfindis, quam iubete pater frater matris eius Iohannes, brachio apprehendens nitēbatur eam à chorea extrahere, & brachium eius extraxit de corpore, nec inde gutta sanguinis emanauit. Sed tñ in cantando & pedibus strependo, cum aliis per annū in chorea permansit. Sex mensibus euolutis, terræ vsq; ad genua sunt immerfi. In toto anno illo nec biberunt nec comederunt, nec pluuia eos rigauit. fiebant tegumenta super eos, quæ statim aura deiecit. Vestimenta eorum & calciamenta non sunt attrita, vngues & capilli non creuerunt. Anno euoluto demersi erant in terra vsq; ad latera. Tunc die natiuitatis Domini veniens ibidem Herbertus Colonienfis Archiepiscopus, orationem fudit super eos, & à ligatura, qua se inuicem manibus tenebant, soluit, & ante altare Sancti Magni ductos reconciliauit. Ante altare autem grauiissimus eos sopor inuasit, & ibidem tribus diebus, & totidem noctibus continuis dormierunt. Vnus autem ex ipsis, Iohannes nomine, cum filia presbyteri, & cū duabus aliis fæminis, ante Archiepiscopū solo prostrati, statim spiritum emiserunt. Alij post exuscitationem se leuantes, ad propria sunt reuersi, cibum sumentes. Sed in recordationē huius signi mirifici, vsq; in diem mortis non sunt à tremore corporis liberati. Vnus eorum, qui Otbertus nomen habuit, hoc factum postea pluribus indicauit. Alij se emendauerunt, & profecerunt tantum, vt ex diuina gratia post mortem miraculis coruscarent.

Vnwanus Archiepiscopus thesaurum Ecclesiæ diu sollicitèq; collectum, & quasi min^o necessarium si intra parietes clauderetur, ad commodum legationis ita curauit expēdere, vt ferocissimos Aquilonis Reges hilaritate suorum munerum, ad omnia quæ voluit, benignos obedientēsq; haberet. Swein regi Danorū Knut filius eius successit, qui deuicto Adeldæ rege Anglorum, victor ab Anglia rediens, in ditione sua per annos multos Regnū Daniæ & Angliæ possedit. Quo etiam tēpore multos in Daniam ab Anglia adduxit Episcopos. De quibus, Bernardum posuit in Sconiam, Gerbrandum in Selandiam, Reinherum in Finne. Quod zelatus Vnwanus Gerbrandum redeuntem ab Anglia, quem ab Enoldo Anglorum Archiepiscopo esse ordinatum cognouit. Ille vero, vt necessitas persuasit, satis faciens, fidelitatem Bremensi Ecclesiæ cum subiectione debita spondens, familiarissimus deinceps Vnwanus effectus est. Per quem etiam legatos suos, ad Knut regem cum muneribus transmittens, congratulatus est ei de rebus bene gestis in Anglia: sed corripuit eum de præsumptione Episcoporum, quos transtulit ex Anglia. Quod Rex gratanter accipiens, ita postmodum coniunctus est Archiepiscopo, vt ex eius sentētia omnia deinceps facere maluerit. Eo tempore cum esset pax firma inter Slauos & Transalbianos, Vnwanus Archiepiscopus Hamburg renouauit, clerumque dispersum collegit, magnamque ibidem tam ciuium quam fratrum multitudinem adunauit. Itaq; cum Duce Bernardo frequenter inhabitans, sæpe dimidium annum vixit in Håburg, gloriosissimum Regem Knut inuitans ad colloquium, Slauorumque satrapas, Vtonem & Sedericum. Accepit etiam ibidem nuncios Olaph, regis Nordmannorum, cum muneribus petentes suppliciter, vt Episcopos eius benigne reciperet, suosq; ad eum transmitteret, qui rudem Nordmannorum populū in Christianitate confortarent. Tali modo Vnwanus, domi forisq; clarus, legationem suam in gentibus impleuit. Anno Domini M. xxix. Vnwanus obiit vi. Kalend. Februarij Indictione xii. Sepultus est iuxta suum prædecessorem à latere sinistro.

DE LIBENTIO II.

LIBENTIVS secundus sedit annis fere quatuor. Is cum esset nepos alterius Libentij, & tunc maior domus præpositus, fauore Giske Imperatricis ferulam

lam suscepit à Cæsare Conrado; Pallium vero à Papa Ioanne XIX. vir simplex, & rectus, ac timens Deum. Cumque omnibus affabilis esset, singulari quodam amore clerum dilexit, inopumque necessitatibus erat valde compatiens. Ipse igitur vicum trans flumen redimens ab incolis terræ, & fratribus XXX. ex eo per annum dari conuiuia statuit. At vero Xenodochij talem omnino sollicitudinem curauit habere, vt in parte hac sola negligentias omnium prædecessorum sanare videretur. Adeo redundauit Episcopatus & Præposituras & Xenodochium, vt vix egens quisquã posset inueniri. Sed forte hoc incredibile videtur huius, qui huius temporis egestatem vident, nec fortasse tunc quisquam crederet ea futurã, quæ nunc facta videntur. Libentius itaque bonus in Præpositurã, multo melior in cathedra, legationem suam ad gentes feruenti animo ingressus est. Et primo omnium cõcilians sibi Knut Regem Danorum, in Zelant Gerbrando subrogauit Auconem, in Aldenburg ordinauit Meinherum. Turgoto autem successorem posuit de Rameslo Godescalcum Episcopum. Illis namque diebus beatissimus Turgot Episcopus pro labore prædicationis Bremæ cū Archiepiscopo diutius consistens, asperrimo lepræ percussus morbo, diem vocationis suæ cum magna expectauit patientia, tandemque bono consummatus fine, in sancti Petri est sepultus Basilica. aderant cum Archiepiscopo prædicatores inelyti Odinkar iunior, Sifrid à Swedia, Rødolf à Nordmannia Episcopi, narrantes ei, quanta fecerit Dominus in salute gentium, quæ conuertebantur cotidie ad Dominum. Quos Libentius, vt par fuit, honorifice dimissos, ad prædicationem denuo misit. Eo tempore, virtute Regis Knut & Bernardi Ducis, pax firma trãs Albiam erat, & Libentius crebro Hammaburg visitabat. Interea Libentius piis operibus semper intentus, Ecclesiam suam Episcopaliter exornauit, & filios Ecclesiæ pastoraliter educans, omnibus erat acceptus, etiam quod difficile est, principibus. Sub ergo tempore Bernardus Dux, & frater eius Theotmarus, exhortante piissima Emma, quæ Ecclesiam valde dilexit, Bremensi Ecclesiæ multa bona fecerunt, suumq; Thesaurum Deo & genitrici eius, sanctoq; Willehado confessori, eadem Emma fere totum obtulit. Eodem anno Libentius ægrescens, in festiuitate sancti Bartholomæi, duas celebrauit missas, finitoq; pro more psalterio, eadẽ die gaudens migravit ad Dominum. Cuius obitus contigit Indictione XIII. VIII. Kalend. Septemb. anno Domini M. XXXII.

DE HERMANNŌ.

HERMANNVS vix sedit annis tribus, ferulam suscepit à Cæsare Conrado, Pallium à Papa iuniore Benedicto. Ab Halberstadenſi choro electus, eiusdẽ Ecclesiæ Præpositus fuit. Vir miræ simplicitatis, sed parum habens prudẽtiæ serpentis, ideoq; facile decipiebatur à clientibus. Raro parochiam visitauit. Semel Hamburg accessit, & tunc cum exercitu veniens, Episcopatum quasi non suum spoliauit, abiensque velut terram falsuginis dereliquit. Rapacitatis inceptor, & auctor consiliorum, quidam Macco fuit, Archiepiscopi vicedominus. Cæterum nobiles & insignes viros habuit Capellanos Theodoricum, & Swidgerum. Iste Swidgerus ex Babenbergensi Episcopatu assumptus est in sedem Apostolicam, reiectis ex ordine tribus Schismaticis, dictusque est Clemens. Subdiaconus Archiepiscopi erat Albertus, postea Bremensis Archiepiscopus, iam tunc minax vultu & habitu, verborumque altitudine audientibus suspectus. Hermannus ergo paruipendens omnia, quæ in Episcopatu inuenit, primo quidem Musicum Gwidonem Bremam adduxit, cuius industria melodiam, & claustralẽ disciplinam correxit. Quod solum ex eius prospere cessit operibus. Deinde antiquissimum sancti Michaelis oratorium diruens, corpora trium prædecessorum eius, Adaldagi, Hogeri, & Reinwardi, ab eo loco sustulit, ac recondidit in maiori basilica sub ipso tribunali. Hermannus Archiepiscopus magnum ingressurus opus murum ciuitati Bremensi circumdare voluit, vixq; iactis fundamentis, cum opere

vitam finiuit, iv. Kalend. Octob. corpusque eius subterratum est in medio Chori, obiit autem anno Domini M. xxxv.

D E B E Z E L I N O.

BEZELINVS cognomento Alabrandi, sedit annis decem. Iste assumptus est ex Ecclesia Colonienſi, vir omnium bonorum genere decoratus, Episcopali dignus officio, dilectus Deo & hominibus. Ipsiſque Conradus Imperator baculum obtulit, & Benediſt⁹ Papa pallium tranſmiſit. Ordinatus est autem à ſuffraganeis & aliis vii. Saxoniz Episcopis, in vrbe Hamburg cum ingenti gloria. Hic ergo cum omnibus eſſet talis, qualem ſinguli deſiderabant, ſingularem curam & amorem ſuper Clericos habuit, de quibus nec tolerare poterat, vt cuiquam malum diceretur verbum. Nam & Clauſtrum renouauit, & Canonicis menſam primus inſtituit: Prius enim cum Præbenda fere tenuis videretur, triginta cõiuuiæ, quæ Libentiùs Episcopus per annum dari ſtatuit, adiectis ex ſua parte quibuſdã decimis, ita ordinauit vt albus detur fratribus panis vltra ſolitam annonam cotidie, in dominicis vero diebus vnicuiq; duplex mellitæ copia. Nam & vinũ dari fratribus contra naturam Saxoniz diſpoſuit, quod etiam in diebus ſuis fere peregit. Compoſita igitur menſa manum vertit ad Clauſtrum, quod dum prius ligneum eſſet, lapideum fecit: forma, vt mos eſt, quadrata, vario cellarum ordine diſtinctum, & viſu delectabile. Deinde murum ciuitatis à prædeceſſore ſuo Hermanno orſum, in gyro conſtruens aliquibus in locis eum vſque ad propugnacula erexit; aliisſque quinque aut ſeptem cubitorum altitudine ſemiperfectũ dimiſit. Cui etiam ab occaſu porta grandis inhaſit, ſuperque portam firmiſſima turris, Italico munita opere, & ſeptem ornata cameris ad diuerſam oppidi neceſſitatem. Eodem tempore Bezelinus dum prædiſta Bremæ operis inſignia relinqueret, mox ad Eccleſiæ Hamburgentiſ ædificationem toto cordis amore accingitur. Ibi enim poſt cladem Slaunicam, quam ſupra contigiffe retulimus, Vnwanus Archiepiſcopus & cum eo Dux Bernardus Clauſtrum nobile de ruinis antiquis ciuitatis eleuantes Eccleſiam & diuerſoria omnia conſtruxerunt lignea. Bezelinus vero pōtifex aduerſus crebras hoſtium incurſiones aliquod fortius præſidium pro inopia loci neceſſarium arbitratus, primus omnium Eccleſiam, quæ conſtructa erat in matris Dei honorem, lapide quadrato ædificauit. Aliam deinde ſibi domum fecit lapideam turrib⁹ & propugnaculis valde munitã, cuius amulatione operis Dux prouocatus & ipſe domum in eodem loco parauit. Eo tẽpore Bezelinus pro legatione ſibi ad gentes credita, more prædeceſſorum ſuorum ſollicitus, coadiutores prædicationis ſuæ ordinauit Episcopos, Rodolphum ex capellaniſ ſuis in Zlezewig, Abelinum in Slauiam, Walã Brementiſi choro in Ripam. Trãs Albiã ſuo tempore ac per totum regnum pax firma erat. Princeps Slauium Anatrog, & Gneus, & Ratibor pacifice ad Hamburg venientes Duci ac Præſuli militabãt. Sed cum diuerſo animo in gente Winulorum Dux & Episcopus laborarent, Duce ſcilicet pro tributo, Pontifice vero pro Chriſtianitate augenda, iam dudum ſacerdotum ſtudio Chriſtiana ibidẽ religio conualuiſſet, ſi conuerſionem gentis auaritia Principum nõ præpediret. Eo tempore Hermãnus nobiliſſimus Colonienſis Archiepiſcopus veterem de Brema querimoniam renouauit: Sed ipſe tam auctoritate Bezelini, quam trienniali ſilentio repulſus, Archiepiſcopo ſatiſfecit, & per integrum menſem eum ſecum Coloniz habuit in cõiuuiõ. Illo etiam tempore Swein Nordmannorum Rex dum in Angliã iter ageret, maritima Hatheleriæ nauibus appulit; quem proxima quæque locorum more piratico vaſtãntem, milites quidam Bezelini Archiepiſcopi capiunt, & in præſentiam eius protrahunt. Ille vero captiuum cum honore recipiens Bremam duxit, & iũcta ſecum amicitia, poſt dies aliquot Regem donatum permiſit abire: qui reuerſus in patriam, retulit ſuis de regio pontificis apparatu, & theſauro Eccleſiæ inæſtimabili, ſumma laude prædicans illum, forma corporis & liberalitate animi omnibus acceptum. Pro hac enim à

Duce Bernardo, ac eius germano Thithmaro valde honoratus est. Solis inuisus erat malefactoribus, sicut Vthoni Marchioni, cuius superbiam sua confudit magnanimitate. Ipso tempore A schomanni & piratæ per ostium Wiseræ progressi, vsque ad Lismoniam venerunt, insperate omnia vastantes. Inde ad naues redeuntibus bellum ad Annon illatum est, ibique maxima pars eorum trucidata est. Eodem tempore filius Olaph martyr, Magnus nomine, regnavit in Dania simul & Norwegia, ad quem Bezelinus vsque ad Slezewig pro colloquio venit, habens in comitatu suo Ducem Bernardum de Saxonia, & Thithmarum Episcopum Hildensemensem, & Rodolphum eiusdem civitatis Episcopum. In quo colloquio soror Magni Regis, Ordolpho filio Ducis, desponsatur. In diebus illis nobilissima senatrix Emma obiit, vxor quondam Luidgeri Comitis, & soror Menwercki Episcopi Padeburnensis, sed vidua iam per annos XL. quæ ingentem thesaurum, quem habuit, totum fere pauperibus & Ecclesiis dispersit. Quæ dum adhuc viveret, Bremensi Ecclesiæ cortem Stiplaga iuxta Rhenum dedit, Lismona vero in partem cessit Imperatoris, pro qua Gisla Regina eo tempore Bremam accedens, fratribus multa bona fecit, & Ecclesiæ & omnibus indigenis, deinde Lismonam cum Archiepiscopo visitavit. Anno Archiepiscopi penultimo domus S. Petri cõflagravit, eiusque flamma incendij claustrum cum officinis, urbem cum ædificiis totam consumpsit, veterisque habitaculi nullum remansit vestigium. Ibi sacræ thesaurus Ecclesiæ, ibi libri & vestes, ibi omnia ornamenta consumpta sunt. Ex illo tempore fratribus, qui ante Canonice vixerant, extra claustrum vagantibus, regula sanctorum per multa prius secula studiose conservata, primo negligentius haberi cæpit: deinde funditus abiecta consenuit. Et sunt ab ordinatione sancti Willehadi, cum Bremensis Ecclesia fundata est, vsque ad finem Bezelini, quando eadem Ecclesia combusta est, anni fere c. c. LXX. Cõbusta autem est III. Idus Septemb. Eodem tempore Archiepiscopus in Frisiam iter egit. Qui conflagratione Ecclesiæ audita, mox pedem retorsit, iactisq; sequenti æstate fundamentis ad formam Coloniensis Ecclesiæ disposuit ipsius magnitudinem perficere: & profecto, si longiorem vitam sibi fata concessissent, omne opus Ecclesiæ paucis perfecisset annis. Tanta erat illius animositas, & in omni opere instantia, præcipue vero in templi ædificatione. Porro sola ætas, qua incæperat hoc opus, fundamenta Ecclesiæ iacta, columnas & arcus earum, lateraq; in altum erecta vidit. Anno M. XLII. transacta hyeme, cum iam Paschalis immineret festiuitas, beatissimus Pontifex Bezelinus, qui & Alabrandus, pridie ante Dominicam cænam, non inscius vocationis suæ, ab Ecclesia Schirinbeke Bremam nudis pedibus accessit. Vbi multa oratione cum lachrymis effusa, Deo & sanctis eius commendavit Ecclesiam: Cumque iam febribus tãgeretur, nauigio ad Buedensem delatus est Præposituram, ibique VII. superuixit diebus. Cõtigit autem depositio eius circa diem XVII. Kal. Maij, Indictione XI. Corpus eius cum ingenti luctu Bremam deportatum, in medio nouæ, quam ipse tunc orsus est, basilicæ tumulatum est.

DE ALBERTO I. MAGNO.

ALBERTVS Archiepiscopus Bremensis sedit annis xxx. virgam pastoralem suscepit ab Henrico Imperatore, pallium à supradicto Papa Benedicto, ordinatio eius facta est Aquisgrani, Cæsare præsentem cum Principibus, astantibus etiam XII. Episcopis manum imponentibus. Iste nobilissimus genere, Halberstadenensis prius præpositus erat, ingenio aeri, memoriæ celebris, eloquentiæ singularis, forma corporis speciosus, castitatis amator, largitatis eiusmodi, ut petere haberet indignum, tarde autem, aut humiliter acciperet, proptè vero hilariterq; sæpe non petentibus largiretur. Humilitas in eo dubia videbatur, quam solis exhibuit seruis Dei, pauperibus & peregrinis, adeo ut sæpe antequam cubitum iret xxx. & amplius mendicantibus ipse genu flexo pedes lauaret. Principibus autem seculi & coæqualibus suis humiliari nullo modo voluit. Anno igitur suæ ordinationis

nationis primo, videns basilicæ nouiter inceptæ opus immensum vires quærere maximas, nimis præcipiti vsus consilio, statim murum ciuitatis à prædecessoribus suis orsum & quasi minus necessarium, destrui fecit, lapidesq; in templo iussit poni. Tunc etiam turris speciosa, quæ septem cameris ornata fuerat, funditus diruta est: Claustrum quoque quod lapide polito constructum, pulchritudine sua visus contuentium refecit, absq; mora dissipari præcepit, quasi aliud pulchrius cito facturus. Cogitauit enim, vt ipse fratribus sciscitantibus de ea re aperuit, rectorium, dormitorium, cellarium & cæteras fratrum officinas, per omnia ex lapide facere, si locus aut ocium suppeditarent. Ad quæ omnia, cum sibi cuncta ad manus fore gloriaretur, solam clericorum & lapidum penuriam querebatur. Interea feruet opus, surgit Ecclesiæ murus, cuius formam antea Alebrandus ad instar Colonienfis inceptit. Ipse enim ad exemplum Beneuentanæ domus cogitauit perducere. Anno Domini M. XLVI. Henricus Rex Italiam ingressus, à Romanis pacifice suscipitur, Papas tres, qui pro Apostolica sede certauerunt, Benedictum, Gratianum, & Syluestrum, synodaliter deposuit, & Swidgerum Bauenbergensis Ecclesiæ secundum Episcopum, Papam cõstituit: à quo ipse & vxor eius Agnes in sancto Dominicæ natalis die Imperiali benedictione sublimantur. Huic synodo interfuit Albertus Archiepiscopus. ad cuius petitionem Swidgerus Papa, qui & Clemens vocabatur, renouauit Ecclesiæ Bremensi & Hamburgensi omnia priuilegia, quæ dudum à Romana sede concessa sunt. Anno Dñi M. XLIX. qui est Alberti Bremensis Archiepiscopi VII. incepti operis in Brema moles est à frõte leuata, ac principale sanctuarij altare in honorem sanctæ Mariæ est dedicatum. Nam secundum, in occidentali abside, in honorem sancti Petri Apostoli disposuit, sub cuius inuocatione legitur antiqua basilica fuisse extructa. Emergentibus itaque multis Archiepiscopo angustiis, opus imperfectum vsq; ad XXIV. pontificij eius annum permanfit: & tunc demum templi parietes dealbabantur, occidentalisque crypta sancto Andree dedicata est. Et quoniam Pontifex vidit Ecclesiam, Episcopatumque suum, quem prædecessoris sui Adaldagi prudentia liberauerat, iniqua Ducum potentia iterum vexari, summo nisu reddere conatus est eandem Ecclesiam pristinæ libertati, ita vt nec Dux, nec Comes, nec aliqua iudicialis persona aliquam iurisdictionem nec potestatem in suo haberet Episcopatu. Quod nisi per odium fieri nequiuisset, dum correpti pro nequitia Principes, ad iram magis accenderentur. Bernardus enim Dux, cum pro nobilitate sua ac sapientia suspectum haberet Pontificem, sæpe fertur illum dixisse, quasi exploratorem in has regiones positum, qui infirma terræ alienigenis & Cæsari esset proditorus: ideoque dum ipse aut aliquis filiorum eius aduixerit, Episcopum nunquam bonum in Episcopatu diem habiturum. Quod in Episcopi petus verbum altius, quam quisquam ratus erat, descendit. Itaque ex eo tempore ira & metu anxius moliri atque in animo habere cepit ea, quæ duci & suis profutura non essent. Dissimulatoque ad tempus animi dolore, cum alia via consilium non inueniret, totus ad auxilium Palatij confugit, nec sibi, nec suis, nec Ecclesiæ pepercit, Cæsarem & alios suos aulicos placado, dummodo id efficeret, quo Ecclesia posset liberari. Proinde tantos in curia labores tolerauit, tantisque vbique terrarum expeditionibus cum suis sponte defudauit, vt infatigabilem eius constantiam miratus Cæsar, ad omnia Reipublicæ consilia cum habere primum maluerit. Expeditiones vero eius, quas in Vngariam, Slauaniam, Italiam & Flandriam cum Cæsare fecit, multæ erant: quæ singulæ magnis Episcopij sumptibus, multisq; familiarum oppressionibus, exigebantur.

Anno Domini M. L. Albertus Archiepiscopus Imperatorem ab Italia reuertentem Bremam vocauit, occasione data, quasi Lisimonam visere deberet, vel Regem Danorum ad colloquium inuitare: sed reuera vt Ducum fidem exploraret. Imperator autem Bremæ regio, vt decuit, apparatu exceptus, Curtem, quæ Balga dicitur, fratribus obtulit, Ecclesiæ vero Comitatum Fresiæ concessit. Inde Lisimonam veniens, per insidias à Ditmaro Comite circumuentus, sed Archie-

piscopi studio defensus est. Quare idem Comes à Cæsare in ius vocatus, cum se duello expurgare mallet, à satellite suo est interfectus. Cuius mortem germanus eius Dux, filique illius, zelantes in Archiepiscopum, ex eo tempore ipsum & Ecclesiam, Ecclesiæque familiam lethali profecuti sunt odio. Cumque pax facta interdum vtrasque conciliasse videretur partes, nihilominus tamen illi, qui Ducem sequebantur; antiqui memores odij, quod patres eorum in Ecclesiam exercuerunt, ipsam inquietare & impugnare non cessabant, affligentes omnibus modis. Archiepiscopus autem et contra bonis certans studiis, & beneficiis redimens tempus, quoniam dies mali erant, pacem cum Ducibus fecit. Deinde voto sollicitudinem gerens parochiæ, aliquod magnum dignumque cogitavit vbi que nobilitatis suæ monumentum relinquere. Igitur magnis animi & sumtuum conatibus pugnans, vt Bremam cæteris cœquaret vrbibus, statim ex bonis, quæ ipse acquisiuit, duas fecit Præposituras, vnam sancto Willehado, vbi corpus eius aut requiescit, aut translatum est; alteram sancto Stephano; cuius se famulum multotiens gloriabatur. Has duas construxit à principio, verumetiam alias postea fecit, hoc est, in Bremis tertiam sancto Paulo, de bonis quæ hospitali pertinebant Liastmonæ: quartam de prædio eiusdem cortis: quintam voluit fieri apud Stathe: sextam vero trans Albiam in Sullenberg: septimam quoque incepit in Aspice, qui locus in Mindensi parochia est syluestris & montosus: Octaua est Abbatia Gozzicana iuxta Salam fluuium, quæ fundata est à parentibus Archiepiscopi. Alia etiam plurima diuersis locis inchoauit opera, quorum pleraque ipso adhuc viuente defecerunt, & Republicæ negotiis intento, sicut illa domus lapidea, quæ in Aspice ipso præsentè subito casu lapsa corruit. Cætera vero ex raptu vel negligentia præpositorum dissipata probantur, in quos comperta fraude atrociter aliquando vltus est Archiepiscopus. Et res quidem domesticæ à principio ab illo bene & laudabiliter prouisa sunt. hoc autem foris pro legatione gentium egit. Statim vt ingressus est Episcopatum, ad reges Aquilonis pro amicitia legatos misit. Epistolas quoque communitarias per omnem sparsit Daniæ, siue Nordmanniæ, ac Suediæ, & vsq; in fines terræ, exhortans Episcopos & presbyteros in illis partibus degentes, vt Ecclesias Dñi nostri Iesu Christi fideliter custodirent, atq; ad conuersionem paganorum intrepidi accederent. Eo tempore cum Rex iuuenis Suei tria pro libitu suo regna, Danorum videlicet; Nordmannorum, & Anglorum teneret, mox succedentibus prosperis, regis celestis est oblitus: quia consanguineam suam à Suedia duxit vxorem. Quod dum Alberto Archiepiscopo valde displiceret, furentem regem, missis ad eum legatis, de scelere tanto terribiliter increpauit; postremo ni resipisceret; excommunicationis gladiæ feriendum esse minatus est. Tunc ille in furorem conuersus, omnem Hamburgensem parochiam vastare & excindere minabatur. Ad quas minas imperterritus Archiepiscopus, arguens & obsecrans, perstitit immobiliter, donec tandem per literas Papæ Danorum tyrannus flexus, libellum repudij dedit consobrinx.

Anno Dñi M. LI. Synodus generalis habitæ est apud Maguntiam, præsidente Domino Leone Apostolico & Henrico Imperatore; cum Episcopis Bardone Moguntino, Euerhardo Treuirensi, Hermanno Coloniensi, Alberto Bremensi, Engelhardo Magdeburgensi, cæterisque prouinciarum sacerdotibus. In qua quidem Spirensis Episcopus Subico; cui adulterij crimen intendebatur, examinatione sacrificij purgatus est. Præterea multa ibidem sancita sunt ad vtilitatem Ecclesiæ, præ quibus simoniaca hæresis & nefanda sacerdotum coniugia Olographa synodi manu perpetuo damnata sunt. Albertus Archiepiscopus Bremensis eo tempore, quo tam clari in Ecclesia homines fuerunt, sapientiæ ac virtutum merito fere omnes præcelluit. Tantus itaque apud Papam, talis apud Cæsarem habebatur, vt de rebus publicis absque eius consilio nihil ageretur. Quapropter, nec in procinctu belli, vbi vix locum habet Clericus, Imperator illum sibi deesse noluit, cuius inexpugnabile consilium sæpe ad euitandos expertus est inimicos.

Eodem

Eodem anno maius altare tribunalis Bremæ dedicatum est in honorem genitricis Domini nostri Iesu Christi. Eodem tempore Cæsar Henricus ingentibus regni diuitiis utens, in Saxonia Goslarium fundauit, quam de paruo, ut dicitur, molendino vel tugurio venatorio formans, in tam magnâ, sicut nunc videri potest, ciuitatem bono auspicio & celeriter perduxit. In qua etiam sibi construens palatium, duas omnipotenti Deo congregationes instituit, vnam donans ex his regendam tenendamque Pontifici, eo quod illi indiuiduus comes vel cooperator in omnibus existeret. Tunc etiam sibi data est spes acquirendi vel accipiendi Comitatus, & Abbatias, vel prædia, quæ magno deinceps Ecclesiæ periculo mercata est Bremensis Ecclesia; utpote cœnobium Laurensæ & Corbeis. Comitatus autem Bernardi & Egberti: prædia vero Suiticum, Plisna, Groningmor, Dispergû & Lismona. Quibus iam dubia fide possessis, arbitratur Archiepiscopus, se aut per mare ambulaturum, aut per terram nauigaturum; postremo omnia, quæ in animo habuit, facile perfecturum; præsertim eo sultus adminiculo, quod potentissimus Papa Leo pro corrigendis Ecclesiæ necessitatibus, venit in Germaniam, quem sciret sibi pro veteri amicitia nihil negaturum, quod iure cuiquam præstari deberet.

Anno Domini M. LI. Iacobus, Sueonum Rex Christianissimus, obiit, & successit ei frater eius Emund Gamul pessimus. Nam iste à concubina Olaph natus erat, & cum baptizatus esset, non multum de Christiana religione curauit. Habuitque secum quendam Episcopum, nomine Osmund Acephalum, quem dudum Sigafrius, Nordmannorum Episcopus, Bremæ scholis docendum commendauit. Quo egresso, Bremense claustrum, regula, disciplina fratrum, & cōcordia defecit, acephalis omnia turbantibus. Verum hiis postea beneficiorum oblitus Romam pro ordinatione accessit; indeque repulsus, per multa loca circumiuit erroneus, & sic demum meruit à quodam Polonia ordinari Archiepiscopo. Qui veniens in Suediam, iactauit se à Papa consecratum ad illas partes Archiepiscopum. Sed cum Albertus Archiepiscopus legatos suos ad regem dirigeret Emundum, inuenerunt ibi eundem gyrouagum Osmund; crucem Archiepiscopali more ante se ferentē. Audierunt etiam, quod barbaros adhuc neophytos non sana doctrina fidei Christianæ corruerit. Quorum ille territus præsentia, solitis Regem populumque dolis impulit, ut legati repellerentur, quasi Apostolici domini non habentes sigillum. Erant autem legati fratres Bremensis Ecclesiæ; quorum potissimus fuit Adalwardus, Bremensis claustri Decanus, verum tunc Sueonum genti ordinatus Episcopus. Hos igitur à Sueonibus taliter expulsos, quidam Regis nepos, nomine Steinkil, prosecutus suppliciter se commendauit orationibus eorum. Iste namque solus super fratres misericordia motus, obtulit eis munera, transmisitque eos per montana Suedorum saluos, usque ad sanctissimam Gude reginam, quæ à rege Danorum pro consanguinitate separata, in prædiis suis trans Daniam commorabatur, hospitalitati elemosynisque vacans, & cæteris sanctitatis insistentis operibus. Quæ legatos cum ingenti honore, quasi à Deo missos, recipiens, magna per eos xenia Archiepiscopo misit. Interea Sueones, qui Episcopum suum repulerant, diuina ultio subsecuta est. Et primo quidem filius Regis, nomine Amund, à patre missus ut dilataret imperium, cum ad Amazonas peruenisset, veneno, quod illæ fontibus immiscuerant, tam ipse quam exercitus eius perierunt. Deinde cum aliis cladibus, tanta etiam siccitas & frugum sterilitas Sueones afflixit, ut missis ad Archiepiscopum legatis, episcopum suum cum satisfactione reposcerent, fidem gentis pollicentes. Gaudius ergo pontifex, petenti gregi Adalwardum præfecit pastorem. Qui perueniens in Sueoniam, tanta omnium acceptus est alacritate, ut gentem Wirnilanorum & Scritifingorum integram Christo lucratus, etiam miracula virtutum in populo fecerit. Eodem tempore mortuus est Amund, Rex Sueonum: Post quem Steinkil, nepos eius, leuatur in regnum, qui fidelis erat Domino Iesu Christo. Adalwardus Episcopus à rege Haraldino inuitatus venit in Nordmaniam, ibique corpus cuiusdam viri, qui ante an-

nos l. x. defunctus est, nec omnino putrescere potuit, facta absolutione reconciliationis, mox in puluerem redegit. Erat enim ille homo quondam à Libentio Archiepiscopo propter piraticam excursionem excōmunicatus, sicut ipsi Adalwardo per visionem reuelatum est.

Anno Dñi M. LVII. Henricus quartus, Henrici Imperatoris filius, LXXXVII. ab Augusto, regnare cepit, & regnauit annis XLII. Saxones congregato exercitu, gentem efferam Witiciorum hostiliter inuaserunt, diuersisque malis eam affligentes, Romanæ ditioni subdiderunt, & acceptis obsidibus, ad propria redierunt. Ex illo tempore Bremensem Ecclesiam omnes calamitates oppresserunt, Alberto Archiepiscopo tantum curiæ negotiis intento. Ad gubernacula enim regni mulier cum puero magno imperij præfuit detrimento. Indignantes enim principes, aut muliebri potestate constringi, aut infantuli ditione regi, primo quidem communiter vindicarunt se in pristinam libertatem, vt non seruirent, deinde, cōtentionem mouerunt inter se, quis eorū videretur esse maior, postremo armis audacter sumptis, Dominum & Regem suum deponere moliti sunt. Tandem seditionibus ad pacem inclinatis, Albertus Bremensis, & Anno Coloniensis Archiepiscopi, Consules declarati sunt, & in eorum consilio deinceps summa rerum pendebat.

Anno Domini M. LVIII. in Norwegia Rex Haraldus crudelitate sua oēs Tyrannorū furores excessit illo tēpore. Multæ enim per illū Ecclesiæ dirutæ, multi Christiani ab illo per supplicia sunt necati. Oblationes quoque ac thesauros, multi summa fidelium deuotione ad tumulū fratris sunt collati, ipse vnica manu corradens, militibus suis disperfit. Pro quibus causis Albertus Archiepiscopus legatos suos direxit ad eundem Regem, literis suis tyrannicas eius increpans præsumptiones, specialiter vero admonens de oblationibus, quas non liceret cedere in vsus laicorum; & de Episcopis, quos vel in Anglia vel in Gallia contra fas, se contempto, fecit ordinari, cum per eum auctoritate sedis Apostolicæ iure consecrari deberent. Ad hæc mandata tyrannus commotus in iram, legatos Pontificis spretos abire præcepit, dicens, se nescire, quis sit Archiepiscopus, aut potens in Norwegia, nisi solus Haroldus. Et alia plura deinde fecit & dixit, quæ superbe eius proximam intendebant ruinam. Nam & Papa Alexander, confestim missis ad eundem Regem literis, præcepit, vt tam ipse, quam Episcopi sui Vicario sedis Apostolicæ dignam exhiberent subiectionis reuerentiam. Sequitur rescriptum literarum Apostolicarum:

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, Haraldō, Nordmannorum Regi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Quia adhuc rudes in fide existitis, & in Ecclesiastica disciplina quodammodo claudicatis, oportet nos, cui totius Ecclesiæ commissum est regimen, diuinis admonitionibus vos frequentius visitare. Sed quia ob longarum difficultatē viarum per nos hoc agere minime valemus, sciatis, nos Alberto Bremensi Archiepiscopo, vicario nostro, hæc omnia firmiter commississe. Prædictus itaque venerabilis Archiepiscopus, legatus noster, suis nobis est conquestus Epistolis, quod Episcopi vestræ prouinciæ aut non sint consecrati, aut data pecunia contra Romana priuilegia, quæ suæ Ecclesiæ sibi que data sunt, in Anglia vel in Gallia pessime sint ordinati. Vnde ex auctoritate Apostolorum Petri & Pauli vos admonemus, vt sicuti Apostolicæ sedi reuerentiam subiectionis debetis exhibere, ita præfato venerabili Archiepiscopo, vicario nostro, & vice nostra fungenti, vos vestriq; Episcopi impendatis, &c.

His apud Nordmanniam gestis, magnopere studuit Archiepiscopus, vt regi Danorum conciliaretur, quæ prius offensum habuit in repudio consobrinæ. Sciuit enim si talē ad se colligeret virū, leuiorem sibi ad cætera, quæ in animo gessit, introitum fore. Venit igitur Sliaswig, vbi facile not^o, & superbo Regi recōciliatus,

tus, muneribus atque conuiujs certauit Archiepiscopalem potetiam regalibus anteferre diuitiis. Denique ad confirmadum pactum fæderis, sicut mos est inter barbaros, habito vicissim per octo dies cõiuuio, & rebus Ecclesiasticis ibi dispositis, pontifex cum gaudio domum reuersus, persuasit Cæsari, vt euocatus Rex Danorum in Saxoniam, vterque alteri perpetua cõfæderaretur amicitia. Cuius cõfæderationis beneficio multum lucri Bremensis Ecclesia suscepit, & legatio borealium nationum, cooperante Suein rege, prosperis semper aucta est incrementis. Trans Albiam quoque, & in Slauania, adhuc res Ecclesiæ magna gerantur prosperitate. Godeschalcus enim de quo supra dictũ est, vir prudentia & fortitudine prædicadus, accepta in vxorem filia regis Danorum, Slauos ita perdomuit, vt eum quasi Regem timentes tributum offerrent, & pacem cum subiectione peterent. Qua temporis occasione Hamburg pacem habuit, & Sclauania sacerdotibus Ecclesiisq; plena fuit. Godeschalcus igitur vir religiosus & timens Deum, Archiepiscopo etiam familiaris, Hamburg soluendorum causa votorũ solitus erat frequẽter venire. Proculdubio in omni Slauania nemo vnquam surrexit potentior, & tam feruidus Christianæ religionis cultor. Igitur omnes Slauorum populi, qui ad Hamburgẽsem pertinent curam, toto tempore, quo Godeschalcus supervixit, Christianam fidem deuote coluerunt. Tunc etiam per singulas vrbes cœnobija fiebant sanctorum virorum canonicè viuentium, item Monachorum atque sanctimonialium, sicut testantur hæc, quæ in Lubice, Aldenburg, Racisburg, Leontio, & in alijs ciuitatibus singula videntur. In Magnopoli vero, quæ est ciuitas Obodritorum, tres Deo seruientium dicuntur fuisse cõgregationes. Gratulabatur ergo Archiepiscopus de nouella plantatione Ecclesiarum, misitque de suis Episcopis & presbyteris viros ad principem Godeschalcum sapientes, qui rudes in Christianitate populos confortarent. Ordinavit autem in Aldenburg, defuncto Abelino, Eizonem Monachum. Iohannẽ Scotum constituit in Magnopoli. Aristonem quendam, ab Hierosolymis venientẽ, in Racisburg destinauit. Sicq; Aldenburgensis Ecclesia in tres diuisa est Episcopatus, quod quidem Imperiali minime factum institutione, sed Alberti Archiepiscopi adinventione. Ipse enim vir magnificus & præpotens in regno, cum Papam & Cæsarem propitios, atque voluntati suæ per omnia consentaneos haberet, in omnibus borealibus regnis Daniæ, Suediæ & Nordwegiæ functus est auctoritate Archiepiscopali, & legationis Apostolicæ ministerio. Nec his contentus, patriarchatus honorem assequi voluit, atque infra terminos suæ parochiæ

xli. statuere Episcopatus disposuit.
 Anno Domini M. LXXII. Bernardus dux Saxonum obiit, qui à tempore senioris Libertij iam per XL. annos Slauorum atq; Nordalbingorum res strenue administrauit. Cuius hæreditatem Ordolphus & Herimannus filij eius, inter se partiti sunt. Hi ergo memores antiqui odij, quod patres eorum, licet occulte, contra Bremensem Ecclesiam exercuerunt, statuerunt aperte iam vltionem repetendam in Episcopum, totamque Ecclesiæ familiam. Et quidem Dux Ordolfus viuente adhuc patre, hostili stipatus multitudine, Bremensem in Fresia deuastauit Episcopatum, hominesque Ecclesiæ cæcauit, alios etiam legatos ad se pro pace directos, publice verberati & decaluari iussit. Postremo omnibus modis Ecclesiam & suos impugnare, spoliare, cædere, & pro nihilo habere cepit. Archiepiscopus ergo querelam ad curiam deferens, nihil aliud meruit, quam derideri. Nam & Rex puer à Duce & fratre eius primo derisui habitus est. Quapropter Archiepiscopus, vt fratres ab inuicem diuelleret, Herimannum Comitem adoptauit in militem, profectusque eo in Vngaricam expeditionem cum Rege, quasi princeps militiæ eius, relicto super negocia Regni Annone, Colonici Archiepiscopo. Restituto autem in Regnum Salomone, quem Vngari bello expulerant, Albertus cum Rege puero victor ab Vngaria regressus est. Tunc Comes Herimannus magnũ ambiens beneficium, quod dare noluit Episcopus, statim in furorem versus est, venitq; contra Bremã cũ exercitu copioso, diripiensq;

omnia,

omnia, quæ ibi erant, soli pepercit Ecclesiæ. Castella vero omnia, quæ pontifex diuersis construxerat locis, diruta sunt. Archiepiscopus eo tempore primatum Curia tenebat. Cuius audita querela, Comes secundum iudicium palatij exilio relegatus, post annū clementia Regis absolutus est. Deinde vero idem Comes, & frater eius Ordolfus, ad satisfactionem Ecclesiæ venientes, pro delicto suo L. mansos obtulerūt, & terra quieuit dies paucos. Tunc etiam Rex vastationi Bremensis Ecclesiæ condolens, transmisit ad solatium fere centum pallia, cum aliis vasis argenteis, itemq; libris, candelabris & thuribulis auro paratis. Hæc autem sunt munera, quæ Rex misit ad reedificationem Ecclesiæ: tres calices aureos, in quibus erant libræ auri x. vnum vas Chrismale argenteum, scutum argenteum, deauratum, Psalterium aureis scriptum literis, thuribula & candelabra argentea, dorsalia ix. regalia, casulas xxxv. cappas, Dalmaticas & subtiles xiv. & vnum plenarium, cuius tabula ix. libras auri habuit, & alia multa. Tunc etiam Corbeia atque Lauressa cænobia, pro quibus diu multumq; Episcopus laborauerat, Ecclesiæ Bremensis præceptis tradita sunt. Tunc & Lismona in ditionem venit Ecclesiæ, quæ cortis septingentos mansos habet, & maritimas Hatheleria regiones possidet, pro qua soluenda Archiepiscopus Agneti reginæ dedit ix. libras auri, quoniam hæc in partem suæ dotis cessit. Quinquaginta ergo Cortes dominicales habuit Archiepiscopus, ex quibus Walde maxima vnus mēsis persoluit seruitium, cæterarum Wibergon minima xiv. dierum. Tanta erat opulencia huius Episcopi. Statuit autem oēs Comitatus suæ parochiæ, qui in sua diocesi aliqua iurisdictionem videbantur habere, in potestatem Ecclesiæ redigere, ad instar aliorū Præfulum, & maxime Wirceburgensis, qui in Episcopatu suo neminē dicitur consortem habere. Ipse enim cum teneat omnes Comitatus suæ parochiæ, Ducatum etiam prouinciæ gubernat. Quapropter ab initio quidem illum maximum Fresiæ Comitatum de Fiuclgoe à Rege adeptus est, quē prius habuit Dux Gotafrius, tunc vero Ecbertus. Pensionem annuam dicunt esse mille librarum argenti, quarum c. c. Ecbertus soluit, fuitq; miles Ecclesiæ. Archiepiscopus autē obtinuit eundem Comitatum per x. annos, vsque ad expulsionis suæ diem. Alter Comitatus erat Vdonis; qui per omnem parochiam Bremensem sparsim diffunditur, maxime contra Albiam, pro quo Archiepiscopus Vdoni tantum obtulit de bonis Ecclesiæ, q. singulis annis mille libras argenti soluit. Cum vtiq; tanta quantitate precij maior posset fructus Ecclesiæ omni anno parari: nisi q. sufficit, ideo pauperes esse, vt diuites seruos habeant. Tertius erat Comitatus in Fresia, Bremensi parochiæ vicinus, qui dicitur Emisgoe; pro quo Archiepiscopus Regi pactus est, se mille libras argenti daturum. Cuius pecuniæ summam cum facile non posset habere, iussit cruces, altaria, coronas, & cætera ornamenta Ecclesiæ deponi. Quibus denudatis, infelicem maturauit contractum perficere. Gloriabatur autem, pro argentea cito se auream facturam Ecclesiam, omniaq; ablata restituere in decuplū, sicut & prius in destructione claustris visus est egisse. Tunc & ornamenta aurea, quæ obrulit domina Emma, confracta sunt. Aurifaber autē illa confans, ad sonitum mallei audiuit quasi vocem gementis pueri. Tali modo thesauri Bremensis Ecclesiæ à veteribus summo labore, magnaque fidelium deuotione collecti, tūc pro nihilo sunt pessundati, Vix tñ ex pecunia eadem media pars debiti conflata est. Gēmæ autem distractæ quibusdam meretriculis donatæ sunt. Ab illo ergo die ruentibus in occasum prosperis, omnia Bremensi Ecclesiæ aduersa fuerunt: Archiepiscopus & sui ab omnibus sicuti hæretici exhibebantur. At ille omnium voces paruipendens, simul etiam relicta rei domesticæ cura, totus in curiam vehemens, & in gloriam præceps ferebatur.

Anno Domini M: Lxvi. Albertus Archiepiscopus consulatum curiæ adeptus est, æmulisque remotis, solus primatum arcemque Capitolij possedit, non tamē sine inuidia, quæ semper gloriam sequitur. Tunc vero quædam aurea renouaturus secula in consulatu suo, cogitauit disperdere de ciuitate Dei omnes operantes iniquitatem, præcipue illos, qui vel in Regem manus miserunt, aut Ecclesias depræ-

deprædasse videbantur. Cuius delicti conscientia cum fere omnes Episcopi & Principes regni tangerentur, vnanimiter conspirabant, vt ille solus periret, ne cæteri periclitarentur. Igitur omnes Triburiæ congregati, cum Rex præsens adesset, Albertum Archiepiscopum, quasi seductorem & magum, à curia depulerunt. Audientes autem Duces Ordulfus & filius eius Magnus, Comesq; Herimannus, Pontificem ab ordine Senatorum esse eiectum, gauisi sunt, atq; vt eum penitus à suo Episcopatu depellerent, cogitabant. Ipse autem eo tempore cum nihil tutius haberet, Bremæ sedit, inimicorum custodia vndique vallatus. Cumque tota Ducis familia pastorem & Ecclesiam persequerentur, Magnus ante omnes sæuiebat, gloriâns se reseruatum esse, vt rebellem domaret Ecclesiam. Aiuunt Ducem Bernardum, futurorum præscium, hoc ipsum sæpe cū gemitu narrasse, qui in extremis positus dixit, filios suos ad excidium Bremensis Ecclesiæ fataliter destinatos. Vidit enim per somnum, ex penetralibus suis egressos in Ecclesiam vrsos, aprosq; deinde ceruos, ad vltimum lepores. Vrsi, inquit, & apri erant parentes nostri, fortitudine, sicut dentibus armati: Cerui sumus ego & frater meus, solis decori cornibus: Lepotes autem sunt filij nostri, modicæ virtutis & timidi. De quibus metuo, ne impugnantes Ecclesiam, diuinam incurrant vltionem. Quapropter sub obtestatione diuini timoris, præmonuit eos, ne quid impium cogitarent aduersus Ecclesiam & Pastorem, neve læderent etiam hunc aut illum, quorum iniuria redundet in Christum. Hæc ille surdis auribus præcepta reliquit. Magnus enim filius Ordulfi Bernardi, collecta latronum multitudine, non eo modo Ecclesiam impugnare conatus est, quemadmodum parentes eius, verum ipsum Ecclesiæ pastorem persecutus, vt contentionem diutinam finisse videretur, aut membris truncare, aut funditus interficere quærebat Episcopum. Nec tamen illi dolus ad cauendum defuit, auxilium vero in militibus nullum habuit prorsus. Ipso ergo tempore Archiepiscopus à Magno Duce obsessus, clam metu fugit Goslariam, ibique secure apud Loctunam in prædio suo per dimidium annum mansit, castra autem & seruitia eius ab hostibus direpta sunt. Tandem fædus cum Magno pepigit, offerens ei beneficium de bonis Ecclesiæ mille mansos & amplius, vt qui hostis erat, miles fieret, eo nimirum tenore, vt Comitatus Fræsiæ, quorum alterum Bernardus, alterum Ecbertus inuito retinebat pontifice, Magnus absque omni dolo iuri Ecclesiæ vendicaret, atq; defenderet. Ita prorsus diuiso in tres partes Episcopatu Bremensi, vnâ partem Vdo, alteram partem Magnus possedit, tertia vero vix remansit Episcopo, quam etiam ipse postea Bernardo, alijsq; Regis adulatorib⁹ distribuens, fere nihil sibi retinuit. Nam & curtes Episcopij; & decimæ Ecclesiarū omnes cesserunt in vsum Laicorum. Tantis ergo largitionibus nil erga Vdonem & Magnum lucratus est, quam ne expelleretur à suo Episcopatu: à cæteris vero nihil aliud seruitij meruit, nisi vt Dominus vocaretur. Eo tempore Godeschalcus, de quo supra dictum est, à Sclatis est interfectus, quos ipse ad Christianitatem nitebatur conuertere. Et quidem vir omni æuo memorabilis magnam partem Slauium conuerterat ad diuinam religionem. [Passus est autem in vrbe Leontia, quæ & Lenzin, VII. Idus Iunij cum presbytero Ippone, qui super altare immolatus est, & alijs multis tam Laicis, quam Clericis, qui diuersa pro Christo tulerunt supplicia.] Assuerus etiam Monachus, & cum eo alij apud Racisburg lapidati sunt. Qui cum ad passionem venisset, rogauit paganos, vt prius socij, quos deficere metuebat, lapidarentur. Quibus coronatis, ipse gaudens cum Stephano genua posuit. Huius sancti Assueri seruat^{ur} brachium integrum apud Stadium, in Ecclesia beatae Virginis. * Slaui igitur potiti Victoria, totam Hamburgensem parochiam ferro & igne demoliti sunt: Sturmarij & Holsati fere omnes aut occisi, aut in captiuitatem ducti: Castrum Hamburg funditus excisum est, & in derisionem Saluatoris nostri etiam Cruces à paganis truncatæ sunt. Ciuitas etiam Sliaswig excisa est funditus. Huius auctor cladis Plusso dicitur fuisse, qui sororē huius Godeschalci habuit, domumque reuersus, & ipse obtruncatus est. Itaq; omnes Slaui, facta
conspi-

conspiratione, ad paganismum denuo sunt relapsi, eis occisis, qui perstiterunt in fide. Dux Ordulfus sæpe contra Slauos dimicās, per XII. annos, quibus patri superuixit, nullam obtinuit victoriam. Igitur expulsio Archiepiscopi, & mors Godeschalci, anno Henrici regis VIII. Archiepiscopi XXII. præsentis anno Domini cōtigit. Ab hoc autē Anno vacauit sedes Aldenburgēsis Lubeke, annis LXXXIV. Hæc est Slauium tertia negatio; quos primo Carolus conuertit, secundo Otto tertius, tertio vero tunc Princeps Godschalcus. Et hæc mala signauit ille horribilis Cometa, qui ipso anno apparuit circa dies Paschæ. Eodem quoq; anno cladē maxima per Wilhelmum Nordmannicum in Anglia facta est.

Anno Domini M. LXVII. surrexerūt de populo Holsatorū amplius quam DC. familiæ, transmissosq; amne, abierunt via longissima, quærentes sedes opportunas, ubi furorem persecutionis declinarēt: ueneruntq; in montes Harthicos, & manserunt ibi ipsi & filij & nepotes eorum usq; in hodiernum diem. Eodem tēpore Albertus, Bremensis Archiepiscopus, zelo, ut aiunt, Coloniensis Episcopi à curiā perturbatus, Bremæ sedit priuatus, solitarius & quietus. Cum autē nihil residui haberet, de rapinis pauperum uixit, & de bonis sanctarum congregationum. Toto autē septennio, quo superuixit Archiepiscopus, ex illo famulo & opulēto Bremēsis Ecclesiæ hospitali nulla prorsus data est elemosyna. Quod ex eō miserabile & inhumanum uidebatur, quoniam & tempus famis incubuit, & multi pauperes ubiq; in plateis reperti sunt mortui.

Anno Domini M. LXVIII. Albertus Archiepiscopus post triennium expulsionis suæ voti compos effectus, in pristinum curiæ gradum restitutus est. Moxque succedentibus prosperis, summam rerum, quod est Vicedominatus, iam septies Consul meruit. Deliberans uero iam tunc caute ambulandum esse erga principes, ut non eos, sicut antea, offenderet, Coloniensi primum pontifici reconciliari uoluit, deinde cæteris, in quos ipse, uel qui in ipsum peccasse uidebatur. Deinde remotis Ecclesiæ suæ impedimentis, pro cuius exaltatione tam in ambitu curiæ, quam in profusione pecuniæ uidebatur improbius, non fuit oculosus. Quō tēpore Plisnam, Dusburg, Groningū & Sincicum acquisiuit. Wildeshusen præposituram, Bremæ uicinam, prope in manibus habuit, & Rosenuelde Hamburg proximā. Disposuit uero Archiepiscopatu suo XII. subicere Episcopatus, quos ex sua diuideret parochia, propter eos suffraganeos, quos in Dania cæterisque gentibus Bremensis tenet Ecclesia, ita ut primus esset in Palmis, secundus in Hilgenstat, tertius in Racisburg, quartus in Aldenburg, quintus in Mikilburg, sextus in Stade, Septimus in Lismonia, Octauus in Wildeshusen, nonus in Bremis, decimus in Ferda, undecimus in Ramsola, duodecimus in Fresia. Nā Ferdensē Episcopatum se facile posse adipisci, non semel gloriatus est. Postremo autē in Hamburg iam aperte laborauit Patriarchatum efficere. Henricus Rex adolēscētis usus libertate, Saxoniam solam ex omni Romano imperio cepit incolere, Principes despiciere, nobiles opprimere, inferiores sustollere, uenturū, iustisq; ceterisq; huiusmodi exercitiis plus quam iustitiis faciendis, ut accusatus est, operam dare, filias illustrium, quibuslibet obscure natis cōiugare, priuata præsidia, nimirum potentibus regni non satis fidens, instituere. His discordiæ seminariis cōtigit Regi quam plurimos insidiatores tā uitæ quam regni succrescere. Qui tamen cum maturitatis nec dum plene attigisset annos, erant qui non tam ipsum, quam Albertum Bremensē Archiepiscopum culpandum iudicarent, quod eius consilio hæc omnia ageret.

Anno Domini M. LXXIX. Agnes Imperatrix, mater regis Henrici, obiit. Eodem anno famosum illud colloquium Henrici regis cum rege Danorum habitum est in Luneburg, ubi sub obtentu fæderis, cōtra Saxones arma laudata sunt. Eodem anno restincta est illa conspiratio prima in Regem facta. In qua Dux Otto & Magnus, deuastata per annum Saxonia, tandem consilio Archiepiscopi in potestatem Regis se dederunt. Archiepiscopus autē bona Ecclesiæ recepit, quæ ante Magnus habuerat.

Anno Domini M. LXX. Albertus Archiepiscopus in summa rerum gloria positus, licet crebra corporis molestia pulsaretur, negociis tamen publicis deesse noluit, à Rheno ad Danubium, indeque in Saxoniam cum Rege portatus est in lectica. Dicunt quidam, regia sponse laudatum esse, ut in proxima solennitate paschali, conuenientibus apud traiectum Rheni Principibus, ibi confirmarentur ei omnia, quæ de Lauressa vel Corbeia & cæteris desiderauit anima eius. Alij autem asserunt, callidis à Rege dilationibus protractum esse, quo scilicet Lauressam dimittens, ubicunque mallet in regno, bis tantum suæ reciperet Ecclesiæ donandum. Verum ille pertinax incepti, dum nihil aliud velle respondit, tandem frustrato nisu decidens, vna & vitâ & Lauressam cum cæteris Ecclesiæ bonis perdidit. Siquidem mores viri licet semper à communi mortalium habitudine dissentirent, circa terminum tamen inhumani, intolerabilesque, & alieni à semetipso videbantur, maxime post diem expulsionis suæ, vel parochiæ deuastationis. Post illum inquam diem, ira, pudore, doloreque maiori, quam sapientem virum decuit, permotus, quia recuperandi bona Ecclesiæ non inuenit consilium, ex nimia sollicitudine impos mentis effectus est. Porro quæ per eum deinde gerebantur, alicuius errantis vel desipientis videbantur, sicut est illud, quia noctem integram vigilando, diem transegit dormiendo: illudque quod à veritate auditum auertens, ad fabulas & somnia conuersus est: Item illud, quod elemosynarum oblitus in pauperes, omnia quæ habere potuit, disperfit in diuites, præcipue in adulescentes; & quod dispersis bonis Ecclesiæ, cum nihil haberet residui, de rapinis miserorum vixit, & legitimis sanctarum congregationum, & quod de præpositura villicationem, & de hospitali præposituram fecit. Illud etiam quod facilius solito prouocatus ad iram, aliquos manu percussit vsque ad effusionem sanguinis. Multos etiam ignominiosis exasperans verbis, non minus se quam illos inhonorauit. Talis ille ante finem, à se totus alteratus, & pristina virtute pessundatus, quid vellet, quid nollet, nec sibi, nec vlli suorum satis poterat esse notum. Cæterum talis erat eloquentia eius vsque in finem, ut si eum audires concionantem, tibi facile persuaderetur, omnia per illum plena ratione magnaque auctoritate fieri. Igitur insignis vir, germanus eius, scilicet Palatinus Comes Fredericus, audita fama deteriorationis viri, ad corripiendum fratrem vsque Lismoniam peruenit. Sed frustra commonens eum de his, quæ honori eius attingerent vel saluti, molestus abscessit: Nothebaldum, qui erat vir maleficus, adulator, & mendax apertissimus, suosque pares accusans, qui suis maleficiis illustrem virum circumuenerunt, suisque dementem reddiderunt consiliis. Pontifex autem eo tempore ad tantam peruenit infamiam, ut magicis inseruisse artibus diceretur. In principio autem introitus sui vnum dixit verbum, quod vtinam non dixisset: Omnes scilicet Episcopos, qui ante eum præfederunt, obscuros fuisse ac ignobiles, solum se generis & diuitiarum titulis excellere; porro, dignum, qui maiorem sortiretur cathedram, vel ipsam sedem Apostolicam. Talia non semel instantem visio magna perterruit. Vidit igitur nocte intempesta, se in conuentum Ecclesiæ raptum, vbi Missarum solennia deberent celebrari, astantibus xv. suis ex ordine prædecessoribus; ita ut proximus, qui ante eum fuit, Alebrandus perageret Missarum solennia. Cumque lecto Euangelio, sacerdos ad suscipienda offerentium munera conuersus, peruenisset ad Albertum, qui stabat in ultimo chori loco, mox toruis in eum intuens luminibus oblationem eius repulit, dicens: Tu homo nobilis & clarus non potes habere partem cum humilibus. Et abscessit in hæc verba. Sane ex illa hora pænitens super his, quæ incaute protulit, verbis, omnes prædecessores in ingenti veneratione habuit, seque multis gemitibus testabatur indignum sanctorum consortio virorum. Vnde etiam mox statuit, per singulos antecessorum suorum anniuersarios de curte Bramstede cōniua fratribus dare plenissima, atque pauperibus. Nam & alia pænitiæ signa reliquit, sicut est illud, quia post diem vastationis Ecclesiæ, siue expulsionis suæ, nunquam balneis vsus est, nunquam hilaris visus, raro processit in publicum, vel

ad conuiuium, nisi ad curiam isset, aut diei festi necessitas poposcisset. Multotiens etiam amarissime fleuit, si quando vastationis Ecclesie recordatus est, siue cum ipsos vastatores conspexit. In die itaque natalis Domini, cum Dux Magnus presens adesset, magnaue recumbentium multitudo, hilares conuiua, finitis epulis, plausum cum voce leuauerunt: quod tamen non parum displicuit Archiepiscopo. Itaque innuens fratribus, qui tum aderant simul, precepit cantori ut inponeret antiphonam: Hymnum cantate nobis. At vero laicis denuo perstreperentibus, inchoari fecit, Sustinuimus pacem, & non venit, Domine. Tertio vero cum adhuc in poculis ulularent, iratus valde, leuari mensam precepit, magna voce pronuncians: Conuerte Domine captiuitatem nostram; respondentibus fratribus, Sicut torrens in Austro. Ita fugiens in oratorium, sequentibus fratribus, inclusus fleuit amare. Hec & alia in eo compunctionis lamenta videbantur, adeo ut Monachus multotiens fieri desiderarit, aut in ministerio legationis suae in Sclauania, vel in Swedia, siue Islandia mori optauerit, aut pro Christo decollari mereretur. Tandem saua morum perturbatione infractus, cum simul fortunae exterioribus quateretur aduersis, etiam corpore debilitari cepit. Dumque medicorum auxilio studuit ualitudinem recuperare, in grauiorem mox incidit infirmitatem. Quo etiam tempore ad curiam tendens, graui casu de equo lapsus est. Tunc ergo compunctus, fleuit amare, correctionemque vitae suae Deo promittens, statim conualuit, totumque superuiuens triennium, multa compleuit, non tamen omnia quae promisit. Ex eo nimirum balneis, quae fere cotidie suenit habere, sale recoctis abstinuit, & reliquis multis, quae populo graua esse pensens. In istis diebus peruenit quaedam mulier, habens spiritum Pythonicum. Hec uoce publica dixit omnibus celerem Archiepiscopi transitum affore infra biennium, ni forte conuerteretur. Hoc & medici testati sunt. Erant autem cum Pontifice Nothebaldus, & alij Pseudoprophetae, vaticinantes illum tam diu victurum, donec poneret omnes inimicos ad scabellum pedum suorum: quibus melior fides adhibebatur. Visae sunt eo tempore apud Bremam cruces sudasse lachrymis, porci canesque violasse Ecclesiam, adeo ut vix possent ab ipsa altaris crepidine repelli. Visi sunt & lupi in suburbanis locis gregatim ululantes, horribili iurgio certasse cum bubonibus. Hec ab omnibus sinistra nunciabantur in Episcopum respicere. Quatuor autem dies ante obitum suum Goslariae positus, ex consuetudine sua nec potionibus nec phlebotomiis contineri voluit. Quare grauissimo dysenteriae morbo correptus, & usque ad ossa attenuatus, suae adhuc immemor salutis, Reipublicae negocia usque ad extremam transitus sui horam tractauit. Aderat ibi Magdeburgensis Episcopus Wezel, & alij fratres, petentes, ut intrmitterentur: quos tamen ipse excludi precepit a ianuis, dicens se praeter immundicia infirmitatis indignum, ut ab aliquo videretur. Soli tamen Regi concedebatur aditus agrum visitandi, quem dilexit etiam usque in finem. Illum ergo suae fidei admonens, & diuturni seruitij, multis generibus comendauit ei Ecclesiam suam. Adamatus quidam medicus ante triduum mandauit Archiepiscopo, obitus sui diem proximum adesse. Quod ille dissimulans, Nothebaldum solum praeter oculos habuit, quia spondit ei mutationis suae horam cito affuturam.

Anno Domini M. LXXII. Albertus Archiepiscopus, cum adhuc de praesenti vita speraret, die medio sextae feriae, suis ad epulas sedentibus, in agone solus iacens exhalauit spiritum xvii. Kalend. Aprilis, Indictione x. anno Alexandri Papae xi. Henrici regis quarti xvi. Praeter libros sanctorumque reliquias & uestimenta sacra, fere nihil inuentum est in thesauris eiusdem viri. Quae tamen omnia Rex accipiens, una cum praecipuis Ecclesiae, tulit etiam manum sancti Iacobi Apostoli, quam dono Vitalis, Venetiarum Episcopi, ab Italia Archiepiscopus rediens quondam secum deportauerat. Igitur corpus Archiepiscopi magno totius regni stupore a Goslaria Bremam deportatum est decimo demum die, quod est in annunciatione sanctae Mariae, sepultumque est in medio chori, nouae, quam ipse construxit, basilicae. Afferunt tamen quidam, quod cum ita solus iacuisset,

cuiisset, de omnibus gestorum suorum offendiculis amaram gesserit penitentiam, flens & eiulans, se dies suos perdidisse. Eodem anno Hamburg bis incensa & bis vastata est. Pagani victores totam Nordalbingiam deinceps habuerunt in sua ditione, bellatoribusque occisis, aut in captiuitatem ductis, prouincia in solitudinem redacta est. Hanc Pontifex Albertus, sicut predecessores sui, omni semper amore censuit esse colendam: Ferturque sæpe antea rogasse ut in ea sepeliretur. Ibi namque dum adhuc viueret, plerumque totam ætatem transigens, præcipuas solennitates cum magna gloria celebrauit: ibi promotiones Ecclesiasticorum ordinum legitimis temporibus impleuit. Ibi tempus & locum, quo à Principibus, seu à Slauorum gentibus, siue à cæteris arctoæ gentis legatis adiri posset, constituit.

DE LIEMARO.

LIEMARVS, natione Bauarus, sedit annis xxx. hic de ministerialibus Henrici regis IV. originem trahens, vir literatus & prudens, Episcopatum suscepit ab ipso Henrico, adhuc exulante Pontificum electione. Ordinatus est autem à suffraganeis. pallium ei misit Papa Alexander.

Anno Domini M. LXXXI. Henricus Rex Romam profectus est, habens in comitatu suo Liemarum Bremensium Archiepiscopum, penes quem tunc summa consilij erat. & resistente sibi Papa Hildebrando cum Romanis, ante Castellum Sancti Petri castra posuit: vbi etiam crebris per biennium incursum Romano- rum infestatus, parua manu multa viriliter peregit.

Anno Domini M. LXXXIX. Imperator nuptias Colonia celebrat, quandã Vttonis Marchionis viduam ducens vxorem. Post hæc obsedit castrum Glisce: sed Albertus Marchio eum inde fugauit, ibique occisus est Burchardus, Lassanensis Episcopus, qui læceam regalem ferebat. Ibi etiam Liemarus, Bremensis Archiepiscopus, captus est à Comite Ludero, qui postea regnauit, qui dedit pro redemptione sua Aduocatiam Bremæ, & ccc. marcas argenti, & ita restitutus est Episcopatu suo. Hic basilicam, quam Albertus predecessor suus cæperat ædificare, de incendio villæ parumper maculatam, funditus destruxit, & à fundamentis hanc, quæ hætenus cernitur, construxit. Illis temporibus claruit Anselmus, Cantuariensis Archiepiscopus. Eclipsis solis facta est ix. Kal. Octobris, hora tertiæ diei, & Draco visus est, & mortalitas magna subsequuta est.

Anno Domini M. xcviij. xii. Kalend. Aprilis, [Indictione vi. epacta xv. corrente iv.] sumpsit initium Cisterciense collegium.

Anno Dñi M. c. instituta est congregatio Monachorum in Hersenuelde.

Anno Dñi M. ci. Liemarus Archiepiscopus obiit xvij. Kalend. Iunij.

DE HVMBERTO.

HVMBERTVS Archiepiscopus Bremensis, sedit annis tribus, postea obiit, anno Domini millesimo centesimo quarto, in Brema est sepultus, vir simplex & rectus apud Deum & homines.

DE FREDERICO.

FREDERICVS Archiepiscopus Bremensis, sedit annis octo. Iste obiit anno Domini M. cxxiii. iij. Kal. Februarij. Luderus Dux Saxonie Castrum Vordæ ædificauit ab annis Domini M. cxii. Eodem tempore Eilmarus iunior, Comes de Aldenburg, filius Eilmari & Rikenci, filia Idæ de Elsthorpe, mouit questionem de hæreditate eiusdem Idæ contra Principes Stadenfes, Vdonem Marchionem & filium eius Henricum, qui eandem hæreditatem, quoad vixerunt, quiete possederunt. Sed Comes Fridericus eum à questione summouit. Ista namque Ida, nobilis femina de Sueuia nata, in villa Elsthorpe manens, hæreditatem habuit, quæ adhuc hæreditas Idæ dicitur. Hæc fuerat filia fratris Imperatoris Henrici III. filia quoque sororis Leonis Papæ, qui & Bruno. Hæc nupsit Lipoldo,

Lipoldo, filio Dominæ Glismodis, & peperit Odam sanctimonialem de Rinthe-
 len, quam postea claustro absoluit, recompensans, villam Stedestorp prope Hes-
 linge p filia, & tradidit regi Ruziæ, cui peperit filium Warteslaw. Sed rege mor-
 tuo, Oda infinitam pecuniam in oportunitis locis sepeliri fecit, & in Saxoniam re-
 diit cum filio & parte pecuniæ, & sepulchros occidi fecit, ne proderet, & cuidam
 nubens, peperit filiam Harmam, matrem Comitis Burchardi de Lucken, quem
 postea Hermannus, Landgravius de Wincenburg, in dolo occidit, cum esset va-
 fallus suus. Warteslaw autem reuocatus in Ruziam, pro patre regnavit; & ante
 obitum suum recuperavit pecuniam, quam mater absconderat. Habuit etiam I-
 da filium Ebertum Comitem, quem primus Vdo, Marchio Wiltede, prope El-
 storpe occidit, cum tamen esset cognatus suus. Ida vero orbata hæredibus, Ro-
 mam profecta est ad auunculum suum Papam Leonem, & salubribus monitis di-
 mittendi debitoribus suis debita ab ipso instructa, rediit Elstorp, plenarie Vdo-
 ni dimittens iniuriam de necesse filij: & vt quietius suis posset frui possessionibus,
 ipsum Vdonem suum hæredem fecit, adoptans eum in filium: qui etiam versa
 vice de hereditate sua ecc. mansos Idem dedit possidendos quam diu viueret, [cu-
 riam videlicet Tuschesen, curiam Otfredhesen, curiam Hulsinge, curiam Ripe-
 sten, curiam Bumem, curiam Rotholuingenhufen, curiam Slimæ, curiam Ripe:
 & præterea pecuniam, pro cuius parte, scilicet pro l. Marcis, obsignauit Froger-
 sen & Frankenbirsteld Ecclesiæ Heslinge, quæ eodem titulo adhuc possidentur.]
 Ida vero duos habuit maritos absque Lippoldo, scilicet Comitem Dedonem, &
 Comitem Eltherum Album, quorum vterque in Thietmarschia occisus est, cum
 esset ibi Comes. Alter eorum de Ida genuit filiam Rikencem, quam duxit Eilmar-
 us, Comes de Aldenburg, genuitque ex ea filium Eilmarum, sicut prædictum
 est. Item Ida peperit Akariman, matrem Burchardi de Lucken. Item Ida fuit fi-
 lius Burchardus, Treuerensis maior Præpositus, qui postea in Archiepiscopum
 est electus. Hic ædificauit lapideam structuram in Elstorp. Ida ergo mortua, de-
 uoluta est hereditas ad prædictum Vdonem, Marchionem primum, cui etiam
 competeat alia ratione. Nam cum nullus de eius sanguine hereditatem illam
 sibi multo annorum spatio vendicaret, in ius regiæ potestatis cessit. Et prædictus
 [Vdo] tenuit Comitatum Stadensem ab Ecclesia Bremensi in beneficio, qui Co-
 mitatus erat illam hereditatem continens. Hanc igitur prædicti Principes, Vdo
 primus & secundus, & filius secundi Henricus, absque vlla contradictione vsque in
 presentem Dni annum possederunt, quo videlicet anno Eylmarus iunior de Al-
 denborg eam impetens a Frederico, qui Comitiam Stadensem a sæpeditis Prin-
 cipibus in administratione tenuit, transactione de rebus dominorum suorum fa-
 cta, a quæstione summotus est. Huius namque Frederici auia & mater de Anglia
 nauigantes, in Comitatu Stadensi naufragium passæ sunt, & secundum prisca iu-
 ris rigorem tam homines quam res regiæ ditioni sunt mancipati. Suggestit ergo
 Dux Friderico, Bremensi Archiepiscopo, vt ipse Comitem Fridericum Ecclesiæ
 suæ mancipium euincere satageret. In Bremensi quippe Ecclesiæ Comitatu auia
 & mater sua prætextu naufragij, seruituti sunt addictæ.

DE ADALBERONE.

ADALBERO Archiepiscopus Bremensis sedit annis xxiv. Henricus Mar-
 chio puer beneficio interijt. Quo defuncto, Comitatum Stadensem, quem
 prius Fridericus habuit in administratione, obtinuit per pecuniam ab Archiepi-
 scopo Alberone in beneficio.

Anno Dni m. cxxxiii. surrexit eo tempore Sacerdos quidam Vicelinus no-
 mine, & venit ad Regem Slauorum Lubeke, rogauitque dari sibi facultatem præ-
 dicandi verbum Dei infra terminos ditionis suæ. Dedit autem Dominus illi in-
 tellectum & cor docibile: Orationi etiam sæpius vacans, omnium sanctorum
 suffragia efflagitabat, præcipue vero Beati Nicolai, cui specialius se mancipaue-
 rat. Vnde etiam contigit, vt vice quadam eiusdem natalicia celebraturus, in Orato-

rio sanctæ Brigidæ socios conuocari; vbi vespertino & matutino officio solenniter expleto, Angelicę voces à quibusdam auditæ sunt, psallentes iuxta morem Cleri responsum: Beatus Nicolaus iam triumpho potitus. Iste Vicelinus sub Friderico Archiepiscopo vocatus Bremam, ibique scholas strenue rexit. Postea cum quodam iuvene Thietmaro perrexit in Franciam, & studuit sub Magistris Rodolpho & Anselmo. Tribus igitur annis in studio trāsactis, reuersi sunt. Thietmarus in Bremis fit Canonicus, Vicelinus Magdeburg ad Nordbertum veniens, fit sacerdos. Deinde venit Bremam ad Archiepiscopum Alberonē, à quo legationem accepit ad gentes Slauanicas, cum Rodolpho Hildensemensi & Ludolpho Verdensi Canonicis. Hi Hinricum Regem repertum in Lubecke conueniunt, rogantes dari sibi facultatem prædicandi verbum Dei. Qui nihil titubans, viros dignissimos coram gente sua magnis honoribus extulit, deditq; eis Ecclesiam Lubecke, vbi tuta secum statione possent consistere, & agere quæ Dei sunt. Redeunt in Saxoniam ordinaturi de rebus suis, & præparaturi se ad iter Slauicū. Eo tempore Archiepiscopus Adalbero pertransiit Albiam, venitq; Meltorp, & Vicelinus cum eo. Venerunt ad eum ciues de Faldera, rogantes dari sibi sacerdotem. Archiepiscopus acceptum per manus Vicelinum, commisit cum cuidam Marchrado præpotenti viro: sicq; abiit cum ipsis. Dedit autem ei Dominus gratiam in conspectu gentis illius, statimque vt prædicare cæpit, multa populi ceterua ad pænitentiam confugit.

Anno Domini M. cxxxv. Fridericus, Comes Stadenfis, obiit Idibus Aprilis.

Anno Domini M. cxxxvi. Lotharius Imperator Hertzeulde veniens, pecuniam, quam Fredericus Comes Stadenfis, eidem monasterio contulerat, scilicet DC. marcas argenti, de altari sanctæ Mariæ abstulit, ordinatisq; rebus dedit Ducatum Saxonie Henrico genero suo, Duci Bauariæ.

Anno Domini M. cXLII. suscitauit Deus spiritum trium fratrum, Dudonis, Adekonis, & Richerti, vt nouellam plantationem in suburbio Stadenfi erigerent, capellam ibi ligneam construentes, quam Albero Archiepiscopus Bremensis, anno Pontificatus sui XIX. VI. Nonas Iulij dedicauit, & Conradus, Abbas Hertzeyeldensis, virum venerabilem Aldwardum, cum Eluero, Godeschalco & aliis fratribus ibidem transmisit. Dedicata est autem Ecclesia lignea in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & perpetuæ virginis, Petri & Pauli Apostolorum, Iohannis Apostoli & Euangelistæ, Viti, Cosmæ & Damiani martyrum. Statuitque Albero Episcopus, vt iidem tres fratres cum vxoribus, & filiis & filiabus, & reliqua progenie, & familia ipsorum, ibidem in perpetuum reciperēt sacramenta Ecclesiæ, & sepulturam. Concessit etiam, omnes colonos Ecclesiæ ab omni censu, expeditione, villæ vel vrbis munimine, & petitione precaria, liberos & immunes.

Anno Domini M. cXLIV. Rodolphus iunior, Comes, in Thietmaria occisus est in Cometa sua, & frater suus Haruicus, maior præpositus Bremensis, dedit omnem hæreditatem suam Bremensi Ecclesiæ, vt concederetur sibi Comitatus Bremensis. Et sic Bremensis Ecclesia, quæ Principes Stadenfes in quietâ possessione longo tempore tenuerant, in suum dominium recepit, hæreditatem videlicet Principum, & Idæ & Frederici, & facta est legitima hæres parentum præpositi Hartwici, per solennem & legalem donationem. Inuestitus est ergo Hartwicus Præpositus, & Fridericus Palatinus, sororius suus, suscepit pallium à Rege Conrado; & statutum est, vt esset coadiutor suus, & iudicaret pro eo in placitis Principalibus. Dux autem Henricus adhuc puer per tutores suos conquestus est Regi, & omnibus Principibus, quod Archiepiscopus Albero matri suæ promississet, quod si moreretur Rodolfus, filio suo Duci conferret Comitatum. Vnde post multas querelas secundum mandatū Regis conueniunt Rameslo ad causâ definitionem. Archiepiscopus præfuit in Iudicio vna ex parte, puer Dux ex alia. Præpositus & Palatinus constituerunt ad negotij ventilationē Auditores aderant Thietmarus Verdensis Episcopus, Albertus Marchio, Comes Hermannus de

Winceberg, & frater suus, Henricus de Asle, & magna multitudo militum. Ibi in litis contestatione homines Ducis arma rapuerunt, & seditione facta Archiepiscopum captiuauerunt, & aliquamdiu Lunenburg in captiuitate detinuerunt, ut aliquid extorquerent ab eo. Tandem videntes, quod moueri pœnis vel minis non posset, liberum abire permiserunt. Præpositus Hartwicus ab Hermanno de Luchore captus, cum speraret homines Ducis, quibus ipse esset præsentandus: & cum iam intentarent ei mortem, adductus est ad Marchionem Albertum, & sic liberatus. Tempore Imperatoris Henrici II. Henricus Caluus, qui mansit in Hertzeuelde castro bonus & mansuetus, uxorem habuit Hildegardam, quibus filius solus fuit superstes Henricus, Canonicus in Hildesem. Hic cum à suis à Clericatu tractus esset, ut apostasiam elemosynis redimeret, destructo castro Hertzeuelde, tempore Libentij senioris, Archiepiscopi Bremensis, & Bernardi, Ducis Saxonie, fecit ibidem Cœuentum Clericorum. Hic quasi damnatus esset legum censura, ter se redemit prædiis, ornamentis & aliis possessionibus, & omnia contulit eidem Ecclesie; fecitque ibidem Præposituram, annuente Libentio Archiepiscopo, & Ecclesiam consecrante. Hic appellatus est Bonus Henricus, & genuit duos filios, Sifridum Comitem, qui Stadium ædificauit. Hic à piratis capto castro, cum fratre comprehensus est. Frater cum in transtris cœpedibus vincens sederet, in nauem piscatoris saliit, & abductus saluatus est. Pirata siquidem dederant pacem volentibus redimere captiuos, & ita patuerat aditus piscatori. Barbari ergo de fuga Principis offensi, fratri videlicet Sifrido, utramque manum amputauerunt, & omnes captiuos diuersis pœnis peremerunt. Elapsus autem, finitimos colligens, piratas vicit, & quos viuos comprehendit, suspendit prope Stadie, in loco, qui ab eodem euentu dicitur Wargaburg. Mutilatus autem liberatus est, & uxorem duxit de Bauaria, & genuit Sifridum filium, fratre mortuo sine hærede. Iunior Sifridus uxorem accepit Adalam, & dedit Herseuelde bona Trebenece prope Berneburg. Hic genuit Comitem Luderum, qui accepit uxorem Alheidim, amitam Rodolfi, quem Saxones elegerunt in Regem contra Henricum, genuitque ex ea Vdonem primum, qui factus est Marchio. Huius Vdonis tempore Comitatus Stadenensis donatus est Bremensi Ecclesie, & susceptus ab isto in pheudo.

Albero, Bremensis Archiepiscopus Adalwardum primum Abbatem sancte Mariæ in Stadio consecrauit, cum Abbate Rosenueldense pridie Nonas Iulij.

Anno Dni M. CXLVIII. Albero Archiepiscopus obiit.

DE HARTWICO.

HARTWICVS, maior præpositus Bremensis, Rodolphi Marchionis filius, eligitur in Archiepiscopum; & sedit annos xx.

Anno Domini M. CXLIX. Hartwicus Archiepiscopus, quia pax erat in Slauia, proposuit reedificare sedes Episcopales, quas barbaricus furor olim destruxerat, scilicet Aldenburgensem, id est Lubeke, Racisburgensem, Mikiliburgensem, id est Swerin. Equibus Aldenburgensem Magnus Otto primus instituerat, subiiciens ei Polabos, Obotritos à terminis Holfatorum vsque ad flumem Panem & ciuitatem Demini. Imposuitque in Aldenburg primum Pontificem Marconem. Post hunc secundus erat Egwardus, tertius Wago, quartus Ezike, quintus Folchardus, sextus Rembertus, septimus Benno, Octauus Meinerus, nonus Abelinus, decimus Ezo. Huius temporibus surrexit in Håburgensi Ecclesia magnus Adelbertus, qui de peregrinis Episcopis, quos in mensa sua habebat, Iohannem statuit Mikiliburg, Aristonem Racisburg. atque in hunc modum Aldenburgensis sedes in tres diuisa est Episcopatus. Postquam igitur permittente Deo, propter peccata hominum Christianitas adnullata est in Slauia, vacauerunt hæ sedes annos LXXX. iv. vsque ad tempora Hartwici Archiepiscopi, qui propter generis nobilitatem duplici principatu clarus, magno studio enisus est, pro recuperandis Suffraganeis Episcopis vniuersæ Dacie, Norwegiæ, Suediæ, quos Hamburgensi Ecclesie quon-

quondam pertinuisse, cōmemorat antiquitas. Sed cum obsequiis & variis largitionibus apud Papam & Cēsarem nihil profecisset, ne omnino careret suffraganeis, aggressus est iam pridem oblitos Episcopatus Slaviæ suscitare. Accitū autem venerabilem sacerdotem Vicelinum, Adelburgensi sedi consecrauit Episcopum, cum iam esset ætate prouectus, & mansisset in terra Holtfatorum annis xxx. In Mekilinburg ordinauit Suchardum.

Anno Domini M. CLII. regnauit Fredericus LXXXVI. ab Augusto, filius Frederici Ducis, potens sapientia & fortitudine. Rex Wirceburg cōuentum habuit, ibiq; Hinricum Ducem & Albertum Marchionem discordātes pacificauit, & principes expeditionem in Langobardiam iurare fecit. Circa idem tēpus Dux Saxoniz Henricus Vicelino Aldenburghensi Episcopo grauitè institit, vt ferulam pastorem ab eo reciperet: quod Bremenses omnino dissuaserūt. Fecit tamen, ne Episcopatus periclitaretur. Vicelinus sedit annis quinque. Vicelino Episcopo successit Geroldus, natus de Sueuia, Capellanus Ducis.

Anno Dñi M. CLV. proficiscente rege Frederico versus Romā, Dux post se vocauit Geroldum Aldenburghensem electum, vt secū Romam iret: Siquidem Hartwicus Archiepiscopus ipsum noluit consecrare, quia quasi per Ducem & Ducissam electus erat. Nā Archiepiscopus & Dux minus sibi fauentes erant ad inuicem, quia Dux bona Episcopalia ad libitum occupans, quasi pro capellano Archiepiscopū reputabat. Veniente itaq; rege Frederico prope Romam, miserunt Romani legatos suos ad Regem in castra, qui dicerent, paratum esse Senatū & vniuersos ciues vr̄bis ad eum excipiendū cum triumphalibus pōpis, siquidem Imperatorio more sese exhibuisset. Quo percontante modū, quo sese exhibere deberet, illi aiebāt: Regem propter imperiale fastigium Romā venientem, decere venire more suo, hoc est in curru aureo, purpuratū, agentem præ curru suo Tyrānos bello subactos, & diuitias gentium. præterea oportere eum honorare vr̄bem, quæ caput est orbis, & mater imperij, & dare Senatui, quæ eisdem præfixa sunt, videlicet xx. millia librarū argenti, vt per hoc suscitentur animi Senatus ad beneuolētiam, & exhibeant ei honorem triumphalem, & quæ electio Principum regni creauit Regem, auctoritas Senatus perficiat Cēsarem. Tunc Rex subridens: Grata, inquit, pmissio, sed cara emptio. Magna requiritis, ô viri Romani, de exinanita camera nostra. Puto autem, quia occasionem quæritis aduersum nos, imponendo nō imponenda. Consultius vero agetis, si his omissis, amicitiz potius, quam armorum ceperitis experimentū. At illi pertinacius instabant, iura ciuitatis nullatenus irritanda, alioquin vr̄bis introitum obserandum. Rex autem reuerenter vocauit Dñm Adrianum Papam in castra, ppter participationem consilij. Siquidem Romani Papam in multis offenderāt. Veniente ergo eo in castra, Rex festinus ei occurrit, & descendenti de equo tenuit strepam, duxitq; per manum in tentorium: factoque silentio, locut⁹ est Dominus Bauenbergēsis Episcopus verbū ex ore Regis & Principum, dicens; Honorabilem sanctitatis tuæ præsentiam, Apostolice Pōtifex, sicut dudum sitienter desiderauimus, ita nūc lætanter suscipimus: gratias agentes omnium bonorum largitori Deo, qui nos deduxit, & adduxit in hūc locum, & sacratissima visitatione tua dignos fecit. Notū igitur tibi esse volumus, reuerende Pater, quia omnis Ecclesia, de finibus orbis propter honorem regni collecta, adduxerint Principem suum ad tuam beatitudinem prouehendum ad culmen imperij. Siquidē est nobilis, prudens, victoriosus, Deum timens, pacificus, catholicæ cultor fidei, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ venerator. Ecce te venientem suscepit intrepidus, sanctissimis tuis vestigiis humiliter inclinat⁹. Ergo venerande Pater, tu circa ipsum peragas, vt quæ ei desunt de plenitudine Imperialis culminis, per tuæ benedictionis munificentiam suppleantur. Frater, ait Papa, verba sunt, quæ loqueris. Princeps tuus debitam beato Petro hac vice non exhibuit reuerentiam: nam sinistram nobis strepam tenuit, cum dexteram debuerit tenuisse. Rex se excusat, asserens, se in tenendis strepis minimum studuisse, & hunc

defectum non ex inuotione, sed ex inscientia prouenisse. Tu, inquit, sancte Pater primus es, quem tali sumus obsequio venerati. At Papa, Rex vester per ignorantiam minima negligit, quomodo maxima expediet? Rex aliquantulum motus ait: Velle instrui, mos iste utrum ex beneuolentia sit, an ex debito? Si ex beneuolentia, causari non potero super eo, quod feci non de iure, sed de arbitrio. Si ex debito, quid refert inter strepam dextram & sinistram, dummodo seruetur humilitas, & Princeps ad pedes summi Pontificis incuruetur? Inter hæc & talia sine osculo recesserunt. Rex iterum hortatu Principum Papam reuocat, & reuerenter suscipiens redeuntem, strepam dextram Papæ tenuit, & federunt. Omnibus super hoc exhilaratis, iterum Papa: Princeps, ait, vester requirat beato Petro Apuliam, quam Wilhelmus Siculus per vim possidet, & sic ad nos redeat coronandus. Ad hæc Princeps: Sancte pater, super vires nostras est, quod postulas, attriti sumus laboribus & expensis, qualiter nunc Apuliam requiremus? Opus consecrationis impleas, ut sic ad patriam redeamus, respiremus paululum de labore, postmodum ad agenda, quæ debemus, redibimus expediti. Papa consensit, consilium fit de introitu urbis, & cauendis insidiis Romanorum. Dux autem Henricus accessit ad Papam, supplicans consecrari suum electum Geroldum. Renuit Papa, sollicitatus per literas Archiepiscopi Hartwici. Mane facta, præcedente Papa cum Cardinalibus, Rex venit cum omni exercitu suo, & Papa suscepit eum ad gradus, intrantesque domum Petri, aggressi sunt opus consecrationis. Miles armatus vallabat templum contra insolentiam Romanorum. Post consecrationem Imperator urbe egreditur, & militia reficitur. Inter prandendum Romani irrumpunt in castra Ducis, proxima muris. Sed Duce cum suis fortiter resistente, victoriam obtinuit gloriose. Papa ergo cum muneribus ei mandauit: Cras consecrabo electum tuum, & factum est ita.

Anno Domini M. CLX. Fredericus Imperator cum Mediolanensibus pugnavit, vexillum beati Ambrosii auferens, plurimis occisis cum victoria remeavit. Henricus Dux Episcopos in Slauia ordinatos inuestiuit, Geroldum in Aldenburg, Bernonem in Magnopolin, qui translatus est in Suerinensem urbem.

Anno Domini M. CLXII. Mediolanum Imperatori traditur. Floruit tunc temporis Petrus Longobardus, qui fecit librum Sententiarum.

Anno Domini M. CLXIII. Imperator tam Rolandum quam Octavianum vocat ad iudicium, curiam indicens Bisunziæ. Venit Imperator, venit Rex Daciæ Waldemarus, in cuius Comitatu Dux Dorius erat, quem ipse postea submersit, quia regnum affectauit. Ibi Waldemarus duo regna, Daciæ & Sueciæ ab Imperatore suscepit. Venit Hartwicus, Bremensis Archiepiscopus, conquerens ibidem, quod tria regna Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ se de sua sede abstraxerint violenter, cum iure deberent suam Synodum obseruare. [Henricus Dux castrum Werle cepit.] Deinde vocatis Episcopis, Geroldo Aldenburgense, Euermodo Racisburgense, Bernone Magnopolitano, locutus est eis, ut ab ipso reciperent suas dignitates, & fecerunt. Postulante autem Geroldo Episcopo, Dux sedem transtulit de Aldenburg in Lubeke, statuens ibi XII. præbendas, & præpositum Athelonem, cuius est tertia decima. Ibi Rugiani venerunt ad gratiam Ducis. Geroldus Episcopus Lubicensis obiit, cui successit Conradus, Abbas de Reddageshusen.

Anno Domini M. CLXIV. Hartwico Archiepiscopo Conradum Episcopum, in Stadio consecratum, adhuc secum in Horburg detinente, XIV. Kal. Martij orta est tempestas maxima & maris abundantia, & inuoluit aqua omnes fines maritimos Friesiæ, Haderiæ, & omnem terram palustrem Albiæ & Wirriæ, & submersa sunt multa millia hominum & iumentorum. Submersus est etiam Richbertus, Aduocatus Stadenfis. Reinoldus Colonienfis electus corpora trium Magorum, ut dicitur, de Mediolano Coloniam adduxit.

Anno Domini M. CLXVII. Christianus, Comes de Aldenburg, Duci Heintrico se opponens, castrum Wege euertit. Bremam intrauit, Bremenses eum recipiunt,

piunt, volentes iugum Ducis excutere. Dux collecto exercitu, Bremam adiit. Sed Christianus vada occupans fluminis Getæ, Duci transitum prohibuit virtuose. Ibi vterq; sedit exercitus quatuor diebus. Quinta die Christianus quatuor instauravit acies pugnaturus. [Dux terga vertēs, abiit. Postea cum magno exercitu reuertitur;] & Christianus se recepit in Aldenburg, nihil timens. Postea Aldēburgenses bello se fodiunt intestino, ita vt sacerdote Missam celebrāte Fresones calicem effunderent, & deferrent. Vnde eadē vrbs in manus Henrici Ducis data est, eamque obtinuit vsque dum ab Imperatore humiliaretur.

Hartwicus Archiepiscopus dedicauit monasterium beatæ Virginis prope Stadium vi. Kal. Octob.

DE SIFRIDO, ET OTBERTO ELECTO,

& Baldeuino intruso.

ANNO Domini M. CLXVIII. Hartwicus Archiepiscopus Bremensis obiit, VIII. Nonas Octobris; & duo sunt electi, Sifridus Alberti Marchionis filius, & Otbertus Decanus, & factus est maximus tumultus in Brema, Gnuclino de Zuerin ex parte Ducis insaniēte, ita vt Sifridus electus in Aldenburg cum Præposito se transferret. Alij fugerunt Horburg. Imperatore cutiam habente in Bauenberg, duo electi Bremenses destituti sunt, & de voluntate Ducis Baldewinus, Haluerstadenſis Præpositus, est intrusus. Sifridus fit Episcopus in Brandenburg. Baldewinus licet senex bona Ecclesiæ Duci concessit & suis. Pallium à Paschali accepit, in schismate consecratus, vel potius excratus.

Anno Domini M. CLXXI. Thomas, Cantuariensis Archiepiscopus, à militibus Henrici, Regis Angliæ, occiditur in templo.

Christianus Moguntinus Archiepiscopus, Imperialis aulæ Cancellarius & sedis Apostolicæ legatus, cum Brabantinis per Lombardiam & Thusciam omnia depopulās, Bononienses inuasit, & in equo residens, indutus thorace, & desuper tunica hyacinthina, habens in capite galeam deauratā, & in manibus clauam trinodem, ipse in eodem prælio dicitur strauisse nouem homines propria manu. Vidit Henricus Scholasticus Bremensis, qui tum xxxv. annorū Notarius fuerat eiusdem Christiani, eundem Archiepiscopum xxxviii. melioribus terræ dentes cum pertica manu propria excussisse. Fugiunt Bononienses, Archiepiscopus ciuitatē obsidet, exercitus Bononiensibus insultat. Papa Paschalis strenuitatē viri amplectens, sic ei scribere solebat: *Paschalis Episcopus, seruus seruorum Dei, Christianissimo Christiano, sedis Apostolicæ legato, Imperialis aulæ Cancellario, & Romanæ Ecclesiæ filio fidelissimo, salutem, &c.* Die sequēti post victoriam, Archiepiscopus, indutus Pontificalibus, magnam fecit solennitatem ob victoriæ memoriā; & ipse assistens aræ, quæ est extra muros Bononiæ, vbi quidam Episcopus Aquileiæ ædificauit præclarū palatium de marmore, & tēplum honorabile marmoreum, celebrauit solenniter diuina. Astabant ad solennia ccc. milites, oēs Monachi apostatæ, & fere tot Moniales eiusdem sectæ, & præclare cantabant: *Gaudeamus omnes in Domino, diem festū celebremus in honore Thebæorum martyrum. Epistola: Sancti per fidem. Gratia: Gloriosus Deus. Versus: Dextera tua Domine. Alleluia: Vox exultationis. Sequētia, Agone, Evangelium: Cum audieritis prælia, &c. Post: Ite missa est, Archiepiscopus & sui acceptis obsidibus, & infinita pecunia, cum multa præda iuit Anconam, obsidens illam fere per biennium.*

Christianus Archiepiscopus licet Tentonicus, scilicet Turingus, disertus exstitit & facūdus, vir largus & illustris, vtēs lingua Latina, Romana, Gallica, Græca, Apulica, Lombardica, Brabantica, & lingua materna. Nulla ciuitas, nulla vrbs ei resistere audebat. Henricus prædictus Scholasticus retulit, se veraciter audiuisse, q̄ asini sui exercitus maiores haberent expensas, quam omnis familia Impe-

Imperatoris, quæ tamen opulentissima videbatur. Clerici & famina exercitus eius duo castra munitissima ceperunt. Iste Christianus Anconam tunc obsessam fame sic affecerat, vt calceorum & scutorum coria deuorarent. Subiugauit etiam Ferrariam & Rauennam. Terra circa Bremam arsit grauiter, in æstate feruida fere per mensem, & per se cessauit. Equus locutus est sessori suo dicenti, *Bi-be diabole, Inuitum me poteris ad aquam minare, sed inuitum non poteris ad-aquare.*

Anno Domini M. CLXXVII. circa idem tempus Imperator Mediolanensibus offensus, Principes in auxilium vocauit, & præcipue Henricum Ducem. Qui cū ei difficilis esset, ad pedes eius procidit, quem Dux leuare contempsit. Sed Imperatrix eum leuauit, dicens: Surge mi Domine, memor esto casus huius, & memor sit Deus. Obiit Alwardus, Abbas Stadenfis, & de voluntate Ducis quidam simplicissim^o homo, Hertseuelde enutritus, Godeschalcus prior, præfuit Ecclesie tribus annis. Sed fortuna Ducis à tempore, quo Imperatorem leuare cōtemp-sit, labefactari cæpit.

DE MAG. BARTHOLDO.

ANNO Domini M. CLXXVIII. obiit Baldewinus, Archiepiscopus Bremensis, cum ipsa die esset depositionis suæ literas accepturus, & Magister Berthold^o eligitur, solo Ottone Præposito appellante, Euermodus Episcopus Raceburg^o obiit, cui successit Sifridus, Præpositus Iericoninus.

Anno Domini M. CLXXIX. celeberrimum concilium congregatum est Lateranis ab Alexandro Papa xx. Pontificatus sui anno: cessitque à schismate Iohannes Calixtus, & factus est Episcopus Beneuentanus. Archiepiscopi pallia accepta à schismaticis abiecerunt. Christianus Moguntinus, & Philippus Colonien-sis per manum Hyacinthi Cardinalis receperunt noua pallia, refutantes omnem hæresin, & schisma, præcipue Octauiani, Widonis & Iohannis, sic dicente quolibet; Ego N. anathematizo & refuto omnem hæresin, extollentem se aduersus sanctam Romanam Ecclesiam Catholicam, præcipue vero schisma Octauiani, Widonis & Iohannis, & ordinationes eorum irritas iudico, & eis contradico, & modo & in antea me obediturū iuro, & promitto fidelitatē sanctæ Romanæ Ecclesie, & Dño meo Alexandro, & successoribus eius, iuste intransibilibus, ipsique seruiam absque omni malo ingenio contra omnem hominem, secundum ordinem meum. Consilia eius, quæ mihi scripto certo mandauerit, vel ipse cōmiserit, nulli hominum prodam, nec etiam pro periculo corporis aut membrorum. Legatum Ecclesie Romanæ honorabo, & ducam & reducam, & iuuabo expensis. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. His verbis dabantur Pallia: In nomine patris, & filij & Spiritus sancti, & in honore Dei genitricis Mariæ, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & sanctæ Ecclesie Romanæ, & Dñi Alexandri Papæ, tradimus tibi Pallium, sumptum de beatissimo corpore Petri Apostoli, vt eo utaris in confectioe sacramentorum, & corporis & sanguinis Domini, & consecratione Ecclesiarum & Chrismatis, & ordinatione Clericorum, & celebratione synodorum, secundum Ecclesie tuæ consuetudinem, Amen. In eodem concilio Bertholdus, Bremensis electus, petiuit consecrationem, certissimus ordinari. Sed pridie sederat in concilio inter Episcopos inflatus, cum tamē non esset presbyter. Vnde magnā contraxit inuidiam. Et Magister Gerardus sic pro eo allegabat: Domine pater, Ecce Bremensis Ecclesia cōcordi & vnanimi voto offert tibi sponsum suum Magistrum Bertoldum, virum vndique dignum & moribus approbatum, scientia decoratum, liberalibus artibus instructum, vtriusque testamenti pagina eruditum, decretorum legumque industria peritum, vt apparet, personatum canōnice, & sine omni contradictione electum; petitq; hodie à te accipere gradum sacerdotij, & cras Episcopalem benedictionem. Papa breuiter: Credimus tibi bene, Magister, sed dictum est, manum nemini cito imposueris. Loquemur cum fratribus nostris, audiemus etiam diligētius

tius modū electionis. Examinantur Bremēses per duos Cardinales, Reinerum Papiensem & Iohannem Neopolitanū, & inuenti sunt discordare. Papa in consistorio suo sententiatus est: Fratres, vidi vestrum electum, placet persona, placet sententia, placet eloquentia, placent etiam, quācum nouimus, mores, vetū modus electionis displicet, præsertim quia est infra sacros ordines, non dico subdiaconatum, sed acolytharum, electus, quo gradu, secundum rigorem iuris, licet contrahere matrimonium, q̄ canonicis obuiat institutis. Audiuius etiā super hæc appellationē factam, quam coactus est resignare appellator. Insuper denuo se fecit eligi, & secunda electio cassauit primam. Præterea electus vēter ante sacros ordines suscepit regalia de manu Imperatoris. Hæc non admittunt dispensationem de facili, & alia quæ præterimus. Inde est, quod electionem vestram infirmamus, & irritam iudicamus. Data sententia, volēti loqui deposito, non est data audientia, sed hostiarij clamabant: leuate, leuate, leuate.

Eodem anno Sifridus, Brandenburgensis Episcopus, in sedem Bremensem eligitur, filius Alberti Marchionis, & sedit fere annis quinque: Nā antea in Brandenburg annis xv. sedit. Media quadragesima Imperator in Gheyslehusen Electionem Sifridi Bremensis confirmauit.

In supradicto cōsilio Laterani erant à Papa consecrati Episcopi duo Anglici, & duo Scoti: vnus solo equo venerat, alter pedes cū solo pedite. Erat ibi etiam Hybernicus, qui Henrico, Scholastico Bremensi, retulit, se non habere alios reditus, præter tres vaccas lactantes, quas in defectu lactis parochiani sui per alias innouabant.

Anno Domini M. CLXXXIII. quidam Bremensium, scilicet Thidericus decanus, Hartwicus custos, postea Archiepiscopus & Segebado sancti Pauli Abbas, Hermannus Præpositus de Burken, & Eylo præpositus sancti Wilhadi, & alij, quos Sifridus sublimauerat honoribus, conspirauerunt contra eum, mittentes ad curiam Romanam Heinricum Canonicum, dictum Dobelstein, eo q̄ aleator esset. Hic ubi erat incognitus, sciuit in se fingere nequissimam sanctitatem. Sed Hinricus, Scholasticus Bremēsis, ei in curia restitit, & sufficienter Archiepiscopum excusauit, videlicet quod varium non ferret, nec cum suis vestibus alicui erogatis, mantellum cleri aut militis induisset, & quod in deauratis phaleris non incederet, nisi equo suo dato, equum serui aut militis ascendisset. Et idē Henricus multas alias friuolas obiectiones elisit. Imperatore curiam habente Erfordix, in Palatio, sub quo erat cloaca fractis trabibus submersi sunt in cloaca octo Principes & multi nobiles, & plus quam centū milites, nullo Episcopo vel Clerico quidquam passo. Imperator vix euasit. Quidam Comes, Henricus de Schwartenburg potens, ibi profundius corruit. Qui semper sic iurauit: Si hoc fecero, vel dixero, submergar in latrina. Anno M. CLXXXIV. obiit Sifridus Archiepiscopus Bremensis.

DE HARTWICO II.

ANNO Domini M. CLXXXIV. Sifrido Archiepiscopo successit Hartwicus secundus. Cui Imperator contulit regalia, Lucius Papa consecrationem.

Anno Domini M. CLXXXVIII. Abbas Ioachim sic de Antechristo p̄phetauit; Cum fuerint completi M. CCLX. anni, nascetur Ante-Christ⁹, & hic pro sanctissimo habebitur. Eodem anno Bardewich à Duce destruitur.

Anno Dñi M. CLXXX. Bremenses & Naualis exercit⁹ per mare se mouerūt. Woldemarus Sleswicensis Episcopus Regnum Dacia sibi voluit vsurpare, quē Rex capiens vinculauit. Bremenses Canonici à Burgensibus multa incommoda pertulerunt, propter Hartwicum Episcopum tunc receptum.

Anno Dñi M. CLXXXVII. Hartwicus Archiepiscop⁹ de terra promissionis Veneriam nauigans, in Bremā perrexit, deferens ibi reliquias sanctæ Annæ, & gladium Petri, quo Malcho auriculam amputauit. Canutus, Rex Danorum, mittens fratrem suum Woldemarm Ducem, Hamburg & Stadium proposuit expu-

expugnare. Sed Archiepiscopus Hartwicus & Comes Adolphus ei apud Eyderam obtiterunt, Rodolphus Bremensis Decanus à quodam vili fabro in Fresia in villa Dithusen cultro est perfossus; & eadem nocte, scilicet Urbani, mortuus est. Bertoldus, Liouniensis Episcopus, à paganis occiditur. Cui Albertus Bremensis Canonicus subrogatur. Iste Albertus ciuitatem Righe ædificauit.

Anno Domini M. CCIV. Stedingi cæperunt Comiti Mauricio & aliis Dominis suis rebellare. Hartwicus Archiepiscopus in Stadio recipitur. Hermannus Monasteriensis Episcopus obiit. Cui Otto Bremensis Ecclesiæ Præpositus subrogatur.

Anno Domini M. CCVII. Hartwicus Bremensis Archiepiscopus, congregato exercitu, Stedingos inuasit, sed pecunia accepta rediit, & post breue tempus obiit.

DE Woldemaro Episcopo

Slesuicensis Ecclesiæ.

ANNO Domini M. CCVIII. Woldemarus, Slesuicensis Episcopus, à Bremenibus eligitur, & quidam Canonicorum & ministerialium pro eo ad Romanam curiam diriguntur. Sed quia illicentatus à Papa recessit, Papa eum utroque Episcopatu priuauit. Venit tamē, & quibusdam sibi fauentibus, sedem Bremensem occupauit. Woldemarus ciuitatem Stadensem, cuius turres & domos tempestas modicum ante deiecerat, expugnauit, & rebus omnibus in inuentione Stephani die Dominica spoliauit.

DE GERARDO.

ANNO Domini M. CCXI. Papa Gerardum Osnaburgensem Episcopum in Bremensem Archiepiscopum confirmauit. Sed Dux Bernardus Waldemarus quasi ex voluntate Imperatoris Bremam reduxit, & ciuitas propter eum supposita est interdicto. Stedingi inualescunt, castrum Munzouue & Sehufen destruunt, castrum Hagenam obsident. Comes Hinricus de Hoya plurimos Stedingorum cepit & occidit, cum cohortatu Woldemari terram rapinis & incendiis deuastaret. Gerhardus Episcopus Scluter ædificat. Stedingi Stotele destruunt. Imperator cum fratre & Marchione de Brandenburg & Woldemaro obsedit Haborg, & in pace recepit. Rex Danorum cum multis nauibus Albiam intrat, Stadium inuasurus, sed prohibet Palatinus. Postea idem Rex Danorum Albiam glacie rigentem transiens, Stadium expugnare voluit: sed antequam gelu solueretur rediens, totas vires suas in Haburg conuertit. Fecit itaque castrum secus Albiam infra urbem, & Comes Albertus aliud supra urbem. Unde Hamburgenses affecti tedio se dederunt. Stedingi in grauamen Bremensium, Gerardo Episcopo & ministerialibus sociantur: contra quorum insultus Bremenses Ducem Henricum inuitant. Statim Gerardus Episcopus & Comes Albertus castrum super Schwenge ædificant, sed Dux Henricus mox illud euertit. Bremenses postea cum Stedingis, Woldemaro eiecto, Gerardum Episcopum introducunt. Unde Imperator cum fratre Bremensem prouinciam diruit & incendit. [Castrum Vorda à Bremensis Ecclesiæ ministerialibus occupatur.] Apud Frackencuorde Gerardus Bremensis Archiepiscopus, pro pace inter se & Ducem facienda citatus, moritur: & præfuit Bremensi Ecclesiæ VIII. annis.

DE GERARDO.

GERARDVS, Palburnensis præpositus, Bernardi de Lippia, primo Comitis, post Abbatis, demum Episcopi, filius, in Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopum eligitur. Castrum Otterenberge à Bremensi Archiepiscopo obsidetur, & capitur. Hermannus, Abbas sancti Pauli in Brema, in Episcopatum substituitur Leasensem. Horborg destruitur.

Anno Domini M. CCXXV. fuit validissima fames. Comes Adolphus auxilio Gerar-

Gerardi Archiepiscopi, Heinrici Comitis Zuuerin, & Heinrici de Werle, inuitatus etiam à potentioribus Holsatiæ, Albiam pertransiit, terrâ occupat Transalbinâ. Comes Albertus à Comite Hinrico de Zuuerin in prælio capitur, & cum Rege Danorum auunculo suo custodiae mancipatur.

Anno Domini M. c cxxvii. Hinricus Dux, & Palatinus Rheni, sine filio obiit, & Bremensis Archiepiscopus Comitatum Stadensem obtinuit. Rex Danorum à Bremense Archiepiscopo, Duce Saxonie Alberto, & comitibus Hinrico de Zuuerin, & Adolfo de Schowenborg, Slauicisq; Dominis, in Bornhouede prælio deuincitur die Mariæ Magdalene. Hinricus, Raceburgensis Episcopus, obiit. cui Lambertus, Bremensis Canonicus, [& Hammaburgensis] successit. Hic unâ Missam die assumptionis Beatæ Mariæ celebrauit, & unum cœmeterium dedicauit, & eodem anno Godeschalcus, eiusdem Ecclesiæ Præpositus, successit. Wulbrando, Paderburnense Episcopo, in sedem Traiectensem translato, Bernardus, Embricensis Præpositus, Paderburnæ in Episcopum eligitur, & Bremæ à fratre suo, Bremense Archiepiscopo, ordinatur. Hic erat filius nobilis Bernardi, Domini de Lippia, qui à suæ iuuentutis tempore, in omnibus dominij vel militariæ suæ actibus strenue se gessit, ita ut circa maturam ætatem, quamuis esset debilis & contractus, in sporta ad prælium deferretur, & inimicos potita victoria superaret. Hic laudabilem vitam quo ad seculum, laudabilius in Deo complens, apud Wandehart Cisteriensi Ordini se reddidit, & primum ibidem factus Abbas, non modicum post in Liuoniam profecturus, Selonensibus populis Episcopus consecratur, ita ut in vinea Dei egregie prædicando fideliter laboraret. Mira res. Otto, Traiectensis Episcopus, Bernardum patrem suum in Episcopum consecrauit. Idemq; Gerardus alium fratrem suum in Episcopum Paderburnensem, sicut iam prænominauimus, Bremæ ordinauit. ab eodem Archiepiscopo Bremensi Hamburg recipitur. Anno Domini M. c cxxxix. Albertus, Liuoniensis Episcopus, obiit. Et Bremensis Ecclesia iure suo potita, Magistrum Albertum, Bremensem Scholasticum, in Episcopum elegit, qui postea factus est Primas in Hybernia. Sed Rigenses Canonici alium scilicet Nicolaum elegerunt, diuq; fuit alter infecus coram iudicibus, impetratis à sede Apostolica, litigatum. Tandem Papa Bremensibus silentium imposuit pro sua, ut dicitur, voluntate.

Anno Domini M. c cxxx. Bremensis Archiepiscopus Stedingorum insolentiam repressurus, die natali Domini valido bello eos aggreditur, ibiq; frater eius Hermannus, Dñs de Lippia, vir utiq; sapiens & illustris, solus occiditur. Vnde subita confusione facta, ille totus bellicus apparatus dissoluitur.

Bremensis Archiepiscopus castrum Slutere, contra Stedings ædificat, sed ipsi illud protinus euerterunt.

Anno Domini M. c cxxxiii. Crux cõtra Stedings ubique auctoritate Apostolica prædicatur, & à multis accipitur. Orientalis Stedingia à peregrinis, occisis Stedingorum plurimis, deuastatur, Borchardus, Comes de Aldenburg, à Stedingis pene cum c c. prosternitur peregrinis, relinquens post se heredem Henricum Bogenarium. Dominus de Brunswich, Bremensi Ecclesiæ contrarius, Cometiam Stadensem interea populatur. Fames validissima in Liuonia, ita ut homines se inuicem comederent, etiam fures à patibulis abstracti magna auiditate deuorabantur.

DE HINRICO DVCE BRABANTIÆ

contra Stedings.

ANNO Domini M. c cxxxiv. Hinricus, Dux Brabantie, & Florentius, Comes Hollandie, Bremæ existentes, contra Stedings viriliter se accinxerunt, tanquam contra inimicos manifestos Ecclesiæ. Nam, sicut probatum est super eos, & per Mindensem, Lubicensem, Racisburgensem, Episcopos, Papæ aures intimatum, ipsi doctrina matris Ecclesiæ penitus vilipensa, ipsius libertatem conculcauerunt, nulli parcentes sexui vel ætati. Quæsierunt responsa demonũ,

K

simu

simulachria fecerunt cerea, consulentes etiam in suis spurcitiis erroneas Pytho-
nissas, & quod deterius est, viaticum salutis æternæ horribilius, quam deceat ex-
primi, pertractantes. Clericos etiam & religiosos impie lacerantes cruciabant o-
mni genere tormentorum. Nec propria eis sufficit perditio; sed omnes, quos po-
terant, & maxime rusticos, in foueam suæ perfidiæ secum trahere nitebantur. Si-
cut Lucifer lucis æternæ lumine destitutus, caduca superbia procurante cælo cõ-
tineri nequiens, eo quod perpetuæ cecitatis tenebras incurrisset, cum sit perdi-
tus & minister perditionis effectus, ne ademptas sibi delicias sempiternas possit
conditionis humanæ dignitas adipisci (quia solent miseri prosperitate feliciam
cruciari) illam in profundum perfidiæ ab altitudine fidei deicere nititur, vt secũ
in lacum suæ miserix deducatur; existimans, per hoc suæ damnationis cumu-
lum minorari, cum soleat afflictis quoddam afferre solatium, grata miseris socie-
tas miserorum. Ita miseri & miserabiles Stedingi, ponentes sibi omnino Deum
contrarium, suis persuasionibus & malis exemplis grauiter infecerunt populum
Christianum, ita vt infinita rusticorum multitudo, tam in remotis, quam in vi-
cinis prouinciis constituta, verbotenus eos defenderet, & si se oportunitas ob-
tulisset, prompto animo proteruix eorum auxilium attulisset. Sed Deus mise-
ricordiarum dominus, suis fidelibus inspirauit, vt ad prædicationem crucis se vi-
riliter accingerent, ad exterminium tam reprobæ nationis, illa gaudentes in-
dulgentia, illoque priuilegio, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium con-
ceduntur. Itaque Bremensis Archiepiscopus, Dux memoratus & Comes, pere-
grinorumque non modica multitudo, vi. Kalend. Iulij die sabbati processerunt
vnanimiter contra ipsos, tanquam diuinæ potentix & patientiæ abulores,
parati occumbere, vel ipsos cum eorum nefandis operibus, ad honorem & glo-
riam Iesu Christi & Ecclesiæ, penitus abolere. Illi econuerso tanquam ferinis v-
beribus enutriti, ad hoc crudelius sequebant, & in suo Asmodet ponentes fidu-
ciam, non diffidebant se posse resistere potenti brachio Domini Zebaoth, & cæ-
tæ multitudini signatorum. Et mira & miseranda pertinacia obstinati, non ces-
sabant adhuc clauas Ecclesiæ scelestis labiis turpiter blasphemare. Bolcke de
Bardenflete, Tammo de Huntorpe, Thedmarus de Aggere, & alij pessimi ma-
lesuaderunt, vt vitam & patriam defenderent, ipsos fortiter hortabantur, dicen-
tes, q̄ ipsos aut oporteret succumbere, aut sicut canes rabidos insanire. Transie-
runt autem medio tempore peregrini Othmundam fluuium, pontem de nau-
ibus facientes, & cum transierant, sapienter suas acies ordinabant. Stedingi ve-
ramentes effecti, ac quadam insania ventilati, non timuerunt signatorum multi-
tudinem, nec spirituales nec materiales gladij potestatem, sed ordinata qui-
dem acie, inordinata autem mente, tanquam furibundi canes processerunt ob-
uiam peregrinis. Dux Brabantix & Comes Hollandiæ primo congressu pesti-
lentes illos super agrum Oldenesche, vbi conuenerant, viriliter inuasit: sed
ipsi summo conamine se defenderunt. Statim Comes de Clivo cum suis à late-
re irruens super illos, ipsorum aciem dissipauit. Clerus qui eminus astans, rei exi-
tum exspectabat, Media vita, & alia miserationis carmina, cum merore can-
ebat, & pro crucis victoria supplicabat. Nec mora, illi insipientes & maligni eua-
nuerunt in cogitationibus suis, quia ab exercitu Domini opprimuntur, hastis
perfossi, gladiis percussi, equorum pedibus conculcati. Et ita manus Domini in-
tialuit super eos, vt in breui spacio eorum vi. millia interierint. Plurimi ex eis fu-
gæ præsidium postulantes, in proxima fouea & in Wisera se submerferunt. Si qui
euaferunt, sub cæli ventis quatuor sunt dispersi. Sic pertinacia eorũ facta est co-
ram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Comes Hinricus de
Oldenborg ibidem cecidit, & cum eo peregrini aliqui circiter noem. Sed Co-
mes Hollandiæ domum veniens, in tornamento apud Nouimagium est occisus.
Rex Daciæ pro oppressione Lubicensium super fluuium Trauenæ ædificat duo
castra.

Anno Domini M. C. CXXXV. Dux Otto de Brunswich circa festum Martini
Bre-

Bremam obsedit, & factis exactionibus & incendiis, rediit. Castrum Otterenberg Ducem traditur à quibusdam, qui illud ceperant quadam nocte.

Anno Dñi M. cccxxvi. Bremensis Archiepiscopus & Dux de Brunswich reconciliati sunt, & promissa est pax perpetua inter Ecclesiam & Ducem, & Duci quaedam feuda sunt porrecta. Otterenberg & Horborch destruantur: Monasterium in Hertzuelde iv. Kal. Maij totaliter incendio deflagavit. Beata Elizabeth in Marpurg translata est Kal. Maij, præsentem Imperatorem & multis principibus. Tanta ibi erat multitudo hominum quantam se nemo unquam meminit pariter aspexisse. Oblatio auri & argenti sine fine. Eodem anno in die Pentecostes soror regis Boemiarum, Domina Agnes, hortatu Minorum fratrum se reddidit ordini pauperum Dominarum de regula sancti Francisci in Praga, spreto propter Christum Imperatorem Frederico, qui eam in coniugem ante postularat. Postea Imperator duxit sororem Regis Angliæ.

QUI ELIGANT IMPERATOREM.

ANNO Domini M. ccxl. Gregorius Papa insolentias Imperatoris contra Ecclesiam metuens, Principes super electione alterius sollicitavit. sed nihil profecit, quia quidam Principum ei rescripserunt: Non esse sui iuris, Imperatorem substituere, sed tantum electum à Principibus coronare. Electio enim ad istos dinoscitur pertinere. Ex prætaxatione Principum & consensu eligunt Imperatorem, Treuirensis, Moguntinus & Colonienensis Episcopi. Treuirensis enim licet de Alemannia non sit, ratione antiquitatis eligit: quia cum eadem ciuitas à filio Nini, quem Semiramis, nouerca eius stuprum ab eo desiderans, à Babylone fugauit, sit constructa, Abraham Patriarcha trium annorum existente, etiam est à tempore Petri Apostoli in fide Catholica solidata. Palatinus Rheni eligit, quia dapifer est; Dux Saxoniarum, quia Marscalcus; & Margrauis de Brandenburg, quia Camerarius. Rex Boemiarum, quia Pincerna est, non eligit, quia Teutonicus non est. Bernardus, Paderburnensis Episcopus, obiit, cui Simon, frater Domini Bernardi de Lippia, successit; & frater eiusdem Simonis, scilicet Otto, maior Præpositus Bremensis, Monasteriensi Episcopo subrogatur.

Anno Domini M. ccxlix. Rex Franciarum cum pluribus sui regni militibus terram sanctam adiens, circa octauam Pentecosten obtinuit Damiatam, quem Fredericus Imperator multis dicitur obsequiis adiuuissse.

Anno Domini M. ccl. feria III. post octauam Paschæ, scilicet Non. Aprilis, Rex Franciarum conflictum habuit cum Soldano super Nilum, ubi occisa sunt in parte Regis centum & sexaginta millia Christianorum; Rex autem captus est, & reddidit Damiatam, & seipsum redemit centum millibus marcarum. Præterea uenerant Regi recenter XIII. uasa plena Bisantiis, & tantæ magnitudinis, quod sex boues vix trahere poterant unum vas per duo miliaria una die. Hæc pecunia tota transit ad Soldanum. His auditis rumoribus, prophetiam Abbatis Ioachimi quidam reduxerunt ad memoriam, qui dixit: Superabitur Fræcus, capietur summus Pontifex, præualebit imperans Alemannus. Sed frater Alexander in expositione Apocalypseos eandem prophetiam tangens, subiicit sic: Sed Ecclesia orat, ut quod dictum est in ultionem, transeat in salutem. Dux Albertus [Horborch] reedificat, patris violans iuramentum.

Anno Domini M. cclv. milites de Bederekesa, pluribus in auxilium euocatis, Worthatos Fresones inuasertunt audacter, & quidem prima vice terram intrantes, domos plurimas exusserunt. Secunda autem vice, scilicet iv. Idus Septembris, iterum eis terram intrantibus, & quasi de victoria securis, occurrerunt Fresones, & fere nudi in armatos impetum facientes, in fugam eos verterunt inopinabilem, casis ibidem plurimis, inter quos erant nobiles aliqui, milites multi, prædones famosi. Imperator Fredericus mortuus est, ab Archiepiscopo Palamitano absolutus, & in Sicilia tumultus. Fredericus Dominus in Haselthorp de laicatu ad Clericatum ascendit, & inter cetera virtutum opera, villam Worthemen-

themensem cū omnibus suis attinentiis contulit Ecclesie beatæ Virginis in Stadio, eiusdem loci Theodorico Abbate eum exhortante.

Anno Domini M. CCL. circa diem Laurentij, de Erico, rege Daciae, rumores infortunati succreuerunt, quibusdā dicentibus, Regem captum, quibusdā mortuum. Tandem veritas innotuit, quod cum secure luderet in alea, in domo quadam super aquam posita, venit super eum inopinate Dux Abel, frater eius, qui amicabiliter eum ibidem inuitauerat, & captum hostiliter proiecit in nauiculam, ad locum illum ex industria deportatam. Delatus est in medium aquæ, quæ dicitur Sli: & Lago quidam de Danorum potioribus, Duci dilectus, cum altera naue celeriter adueniens, eum decollari fecit, & corpus, multo ferro onustum, in profundum illius aquæ submersit. Rex tamen cum mortem inuitabilem vidit, sacerdotem petiit, & obtinuit, & facta confessione, vt dicunt, intime decollatori flagitium indulgit, & iam decollandus dixit: Frater meus, sicut ante Deum heu merui, turpem mihi ingerit mortem; sed ipse si se non emendauerit, sentiet turpiorem. istud contigit in nocte Laurentij. Non multum post corpus inuentum est à Prædicatoribus ipso ferro onustum, & capite adhuc ad collum pendente. Sepelierunt eum Prædicatores in Ecclesia sua Sleswic. Postea frater eius Dux Abel fecit eum extumulari, & ibidem in noua monialium Ecclesia sepeliri. In die omnium sanctorum Abel coronatur in Regem, vxor eius Mechildis in Reginam, filio eorum Waldemaro adhuc puerulo (quem redeuntem de Rothomago Colonienſis Archiepiſcopus ceperat) adhuc in captiuitate detento. Postea die Apostolorum Petri & Pauli Rex Danorum Abel, Strantfresones ob insolentiam eorum volens compescere, inopinata morte ab eis est occisus. Christophorus frater eius, ei in regno successit. Lago quem prædiximus, cum regali corona & multa pecunia, ab Abel collecta, fugit in Holsatiam: nō multo post tempore & ipse occisus est.

DE GERARDO.

GERARDVS Archiepiſcopus Bremensis, præ nimia senectute debilitatus, ita vt in vehiculo per nouem annos de loco ad locum duceretur, cum consensu & voluntate Canonicoꝝ & Ministerialium Bremensis Ecclesie Simonem Padelburnensem Episcopum, filium fratris sui tutorem constituit, qui præfuit Ecclesie Bremensi VII. annis. Castrum Langwedel ædificauit contra malitiam Ducum. Hic Simon bellicosissimus hominum fuit. Guerras & discordias dilexit. In bello nūquam victoriam obtinuit, sed amisit. Fuit etiam tutor Colonienſis Ecclesie tempore Engelberti Archiepiſcopi. Tandem Gerardus Archiepiſcopus, cum sedisset in Ecclesia Bremensi xxxix. annis, plenus dierum in Castro Vorden obiit. Reductus est ad ciuitatem Bremensem, & in Ecclesia honorifice sepultus.

DE HILDEBOLDO.

MORTVO Gerardo Archiepiſcopo, Canonici Bremensis Ecclesie & alij electores cum ipsis conuenerunt de electione futuri Pontificis tractaturi: & cum concordare non possent, maior & sanior pars Dominum Hildeboldum filium Comitis de Wunstorpe Archidiaconum Rustringie in Episcopum elegit. Altera vero pars, videlicet Scholasticus, Custos & Cantor, & quidam alij, Gerardum de Lippia præpositum Bremensis Ecclesie in Episcopum elegit: dicentes se habere plenum ius in electione, sicut ante habuerunt in electione Episcopi Gerardi. Simon igitur tutor quondam Domini Gerardi detinuit Castrum Langwedel, quod Episcopus Hildeboldus cum amicis suis obsidens, quadringentis marcis redemit. Similiter Castrum Vorde pro eadem summa pecunie à quibusdam militibus obsessum comparauit. Demum Simon Episcopus & tutor, consilio vsus, Stedingiam intrauit & cum ipsis conspirationem fecit, multa que mala intulit hominibus Bremensis Ecclesie. Tandem collecto exercitu versus

Wildeshusen est profectus. quod intelligentes Comites de Oldenborch, & Comes Hinricus Boghenarius, contra ipsos similiter processerunt armata manu: in loco qui dicitur Munderlo pugnauerunt, & plurimos ex ipsis occiderunt, propter quod Simon Episcopus confusus de terra furtiue recessit, indutus cappa monachali. Deinde Episcopus Hildeboldus iter arripuit ad Curiam Romanam, pro confirmatione sua obtinenda; contra quem missus fuit Godefridus, beati Willehadi Decanus, & quidam Canonici cum eo, ut confirmationem, propter contemptum ipsorum, impedirent. Et cum essent in Romana Curia constituti, Hildeboldus & quidam Canonici sui, Godfridum Decanum fraude circumuenerunt, promittentes munera & dignitates, ut ipsis literas suas presentarent, quod & fecit, eisdem literas suas assignando; promiserunt etiam eisdem, ut quicquid iuris haberet Capitulum beati Willehadi in Electione Episcopi, deberet de cetero possidere pacifice & quiete; quod eisdem fuit minime obseruatum. Igitur Hildeboldus, obtenta confirmatione sua, ad propria est reuersus: ingrediens ciuitatem Bremensem, cum lætitia est receptus. Tandem procedente tempore discordia inter Episcopum & Burgenses est exorta, ita ut Episcopus cum consilio quorundam Ministerialium ædificauit Versflete, pro qua ædificatione est magna guerra facta, ita ut plurima loca incendiis & rapinis deuastarentur. Maxima etiam strages Frisonum facta est. Et ista discordia multo tempore perdurauit. Tandem fauente Deo Episcopus vsus consilio discretorum, cum Burgensibus & Frisonibus concordiam fecit. Et magna pecunia data fuit Frisonibus pro homicidiis ipsorum, ita ut qui fratrem vel cognatum suum amiserat, vix fertonem vel dimidium reciperet pro eodem. Iste Hildeboldus gloriose Ecclesiam Bremensem rexit, & eam potestate & diuitiis ampliavit. Nam oppidum Wildeshusen cum quadam calliditate obtinuit, promissa pecunia à quibusdam ciuibus, quam tamen postea ab eisdem extorsit, cum præfatum oppidum obtinuisset. Item, idem Episcopus recipiens pecuniam à Duce Daciæ, obsedit ciuitatem Slesewik, non tamen sine damno, quia quidam de suis ibidem fuerunt occisi, & alii vulnerati. Et dicitur quod iste fuerit primus Episcopus, qui salarium recepit pro exercitu adducendo. Item fuit homo elatæ mentis, quia cum Albertus & Iohannes fratres Duces de Brunswik cum maximo exercitu transmisissent pontem Verdensen, intendentes malum inferre Ecclesiæ Bremensi, Dominus Hildeboldus ipsos non timens, misit milites & ciues Bremenses, qui cum eisdem Ducibus placitauerunt, & terram exeuntes cum pace ad propria sunt reuersi. Rexit autem Ecclesiam Bremensem xv. annis mensibus tribus, & in ciuitate Bremensi obiit: sepultus est quoque in Ecclesia Bremensi, relinquens Ecclesiæ pacem & diuitias copiosas.

DE GISELBERTO.

HILDEBOLDO Archiepiscopo viam vniuersæ carnis ingresso, Canonici Bremensis Ecclesiæ ad electionem procedentes, Giselbertum, dictum de Brunchorst, filium materteræ Hildeboldi, in Episcopum cõcorditer elegerunt. Infra breue tempus dispositis negotiis suis, ad Dominum Papam est profectus, quia Papa Gregorius decimus apud Lugdunum prælatorum consilium conuocauerat, tractaturus de subsidio terræ sanctæ. Statuensque decimam persolui per vi. annos continuos ab Ecclesia vniuersali. Ab isto Gregorio Giselbertus recepit ordinem sacerdotalem, & confirmatus fuit ab eodem, cum lætitia reuersus est, & à Bremensibus honorifice est receptus. Secularis iudicii potestatem à Rege Rodolpho postmodum obtinuit. Iste Giselbertus Kedingos, qui se Hildeboldo ante mortem suam opposuerant, conuocatis militibus & famulis in Stadio ad torneamentum cum quadam subtilitate Kedingos detinuit. Terram ipsorum cum eisdem militibus intrans ipsos potenter subiugauit, quosdam capiendo, & alios occidendo: fortuna fauens Giselberto eidem arrisit, quia in omnibus suis factis fere vsque ad vltimum tempus vitæ suæ prosperatus fuit. Ciues Bremenses multum dilexit, & seditiones inter ipsos exortas propriis expensis & laboribus ad-

concordiam reuocauit; in tantum enim eos promouit, ut à militibus rusticorum Episcopus vocaretur, quod postea totum in contrarium est conuersum. Cum ergo Dominus Giselbertus in die cænæ Domini Chrisma consecrasset, & diuinum officium peregisset, residens in palatio quidam ministerialium, qui vulnerauit aurifabrum in ciuitate Bremensi, ad palatium Episcopi peruenit causa refugij: quod intelligentes ciues Bremenses, in iram sunt commoti, circumuallantes cum armis palatium Domini Episcopi. Ipse vero Dominus Episcopus secessit de palatio. Præfatus vero ministerialis cū familia Episcopi cepissent palatium defendere, sed ciues cruentes supposuerunt ignem in medio palatij, coniacentes & confringentes fenestras, & ianuas, & omnia interiora, & utensilia palatij. Tandem cum se non potuerunt defendere, dederunt se in manus consulum, qui duxerunt eos in cameram, in foro ciuitatis, ut eos de manibus coinquinatorum eriperent. furiosi autem huius tumultus incensor fuit Reyneke Brushauer, qui postea fuit de meritis ad caudas equorum ligatus, & per ciuitatem distractus, & extra ciuitatem in loco supplicij rota fractus. Veruntamen Dominus Archiepiscopus paratus fuit pro suo ministeriali satisfacere, & exhibuit se paratum ad omnia, quæ dicti ciues eligere uoluissent. Eodem die cum ira & turbatione exiens ciuitatem cum suis, de cetero ministerialibus adhæsit, amorem & fauorem, quæ Burgensibus exhibuerat, in milites conuertendo. Satisfecerunt tamen postea eidem Archiepiscopo Bremenses, quia tam viri quam mulieres occurrentes nudis pedibus prouoluti cum vexillis & crucibus honorifice receperunt. Fuit enim Dominus Giselbertus homo mitis, clemens, & pius, iniuriarum immemor præteritarum, suis iniuriatoribus reconciliatus breuiter & in bono. Ex hoc autem tempore ciuitati Bremensi mala plurima euenerunt, quia quidam Burgenses potentiores & potiores de ciuitate, per violentiam sunt expulsi, qui postea auxilio ministerialium ad ciuitatem Bremensem armati uenientes, damna plurima intulerunt incendiis & rapinis. Ciues autem sumtis viribus huiusmodi rapinas & incendia uiriliter uindicabant, & dictos expulsos publicatis bonis eorum exilio perpetuo condemnabant. Frisones etiam Wurtsati & Rustringi uolenter naues Burgensium inuadentes, bona ipsis abstulerunt, quosdam uulnerates, quosdam occidentes: eis mala plurima & irrecuperabilia intulerunt. Nam inter se discordiam & bella grauissima plusquam per annos xii. habuerunt. Tandem pax facta est, cum damno ciuitatis & dispendio nimis graui. Eo tempore mortuus est Christianus Comes de Oldenborgh apud S. Stephanum in ciuitate, & deductus ad monasterium Hude, & ibidem est sepultus. Iste Christianus fuit cognatus Domini Archiepiscopi Giselberti, & in tempore iuuentutis suæ fuerat Scholasticus Ecclesiæ Bremensis, propter quod pacem & concordiam cum Ecclesia & ciuitate Bremensi habuit, ubi cunq; potuit discordias euitabat. Iste iocundus & affabilis uinum dilexit, hospes fuit splendidus expensarum; societatemq; clericorum plurimum affectabat: Omni die horas Canonicas beatæ uirginis & sancti Spiritus cum septem psalmis, tanquam presbyter decantabat. Iuxta Comitissæ uxor sua anno elapso post mortem suam in Rastendensi Ecclesia est sepulta. Item Comes Otto frater prædicti Christiani bellicosus fuit homo, gaudens incendiis & rapinis, & quanquam plures habebat terrarum Dominos inimicos, minime timuit & curauit. Tempore pacis parcus fuit in expensis, sed tempore discordiæ militibus & famulis expensas & stipendia largiter erogabat. Isto tempore tanta charistia frumeti fuit Bremæ, quod plaustrum filiginis pro xii. marcis argenti emebatur, nullus tamen pauperum mortuus fuit de charistia memorata. Item, Giselbertus Archiepiscopus audax fuit contra inimicos, & satis humilis & tractabilis ad loquendum. Consanguineis suis in multis faciebat bene, qui etiam indigebat. In tantum erat intentus secularibus, quod spiritualia non curauit: Diuinum officium non multum curans: Raro ordines celebrauit. Triginta annis rexit Ecclesiam honorifice, & defendit potenter: Et eandem castris, ædificiis, & diuitiis ampliauit. Nam & castrum Thedinghusen, ædificauit: **Item nouam ciuitatem apud**

Buxtehude firmam & munitam: Item, Castrum Otterenberg: Item, castrum Rempempee, quod postmodum pro quibusdā bonis Domini Hinrici de Barmstede ultra Albiam constitutis permutauit. Item turrim ædificauit in castro Vorden. Item, pulchrum grande palatium in ciuitate Bremensi, Item, domum lapideam in Stadio: Item, castrum Langedel renouauit, domum ibidem ligneam pulcherrimam construendo. Alia etiam bona fecit, quæ longa esset enarrare. Item, claustrum monialium in Mechelen transtulit ad locum, qui dicitur Wolde, & id fideliter promouendo, de suis propriis redditibus tribuendo ipsius claustrum redditus ampliauit. Item ædificauit altare in Ecclesia Bremensi, apud sepulchrum prædecessorū suorum: Sacerdoti ibidem seruienti deputans redditus sufficientes. Et de redditibus ipsius altaris memoriam suam & parētum suorum statuit Canonicis & Vicariis ministrari. Item benignus erat, & petitiones se petentium libenter exaudiebat. Item Comes Otto senior de Oldēborgh, qui in castro Berna morabatur, ac potestate & diuitiis abundauit, fuit auunculus Hildeboldi & Giselberti Episcoporum. Item, Henricus Comes de Hoia obiit, qui bellicosus fuit, & seueri animi, & multas discordias contra Hildeboldum & cōtra Borchardum Comitem de Welpia filium auunculi sui habuit. Ille Henricus xxv. plures habuit legitimos, quorum nullus in ætate ad annum quinquagesimum superuixit. Cum autem Giselbertus in ultimo anno ætatis suæ morbo calculi & aliis infirmitatibus grauaretur; & præ nimia debilitate in curru duceretur, Kedingi & homines septem parochiarum ultra Albiam sitarum se Giselberto opposuerunt; nec poterant aliquo modo per ipsum, neque per alios ad cōcordiam & obedientiam reuocari. Ipse magnum exercitum congregauit, auxilio Ducis Saxonie, & Ducis de Lunenborch, & Comitum Holsatie, & ministerialium Bremensis Ecclesie. Hi procedentes armati contra prædictos homines, ipsos in bello deuicauerunt, plurimos ex ipsis occidendo, alios capiendo: terram deuastantes rapinis & incendiis. Propter hanc stragem hominum factam, & damna eis illata, Giselbertus multum doluit, & magnam penitentiam egit, sicut illi qui morte sua præsentibus aderant, protestantur. Sedit autem Giselbertus xxxii. annis, mensibus tribus, & tribus diebus: & mortuus est in castro Vorden: Deductusq; est ad ciuitatem Bremensem, & in medio Ecclesie sepultus est, anno Domini m. cccvi.

DE HEINRICO DE GOLTORN.

ANNO Domini m. cccvi. mortuo Giselberto Archiepiscopo, Canonici Bremenses ad electionem Pontificis processerunt, & cum per plures dies diuersos habuissent tractatus super electione Pontificis, & illi nobiles qui desiderabant præsulatum, non poterant per concordem electionē obtinere. Sed Henricum Goltorn Decanum Ecclesie Bremensis, in Episcopum concorditer elegerunt. Ille Henricus originem duxit de genere ministerialium honestorum; mente fuit quietus, facetus moribus, & expensarum honestus distributor: habens in sua curia diuersi generis auiculas & columbas. Qui cum præ nimia debilitate corporis & senectute non posset Romanam curiam visitare, misit Cantorem Bremensis Ecclesie & alios Canonicos & viros literatos ad Curiam pro sua confirmatione obtinenda. Illis existentibus in curia Romana, prædictus electus Henricus versus Stadium est profectus, & in reuersione febre est correptus, in Castro Vorden obiit. Deductusq; ad ciuitatem Bremensem, & cum honore sepultus est in Ecclesia Bremensi, apud Hildeboldum Archiepiscopum, cuius fuerat Capellanus. Sedit autem idem Henricus per menses quatuor in Episcopatu. Cantor autem mortuus fuit in via reuertendi: Socij autem sui ad propria sunt reuersi.

HISTORIA

DE BERNARDO DE WELPE,

& Florentino de Bronckhorst.

ANNO Domini M. CCCVII. mortuo Heintico electo Bremensi, Canonici de electione futuri pontificis tractauerunt; & cum pluribus diebus laborassent, non poterant in vnam personam aliquatenus concordare. Tandem quidam ex ipsis Bernhardum filium Comitis de Welpa Præpositum Bremensis & Magdeburgensis Ecclesiarum in Episcopum elegerunt: Alij vero Florétinum dictum de Brunckhorst Scholasticum Bremensem elegerunt. Seniores vero discretiores supersederunt, nolentes in discordia eligere, attendentes quod de discorde electione prælatorum mala plurima solent Ecclesiis prouenire. Bremenses vero ciues Præposito adhæserunt; Ministeriales autem Scholastico. Isti duo Præpositus & Scholasticus, collecta pecunia quam habere poterat, ad Curiam Romanam sunt profecti. Romana autem Curia erat in Regno Franciæ, in ciuitate Pietauiensi, ubi præsidebat Papa Clemens quintus, quondam Archiepiscopus Burdegalensis. Igitur dum præfati Præpositus & Scholasticus pro Episcopatu in Curia litigant diebus multis, Scholasticus diem clausit extremum ibidem. Sed & Otto nobilis de Depholte, Canonicus Bremensis, qui & ipse erat Episcopatum expectans, ibidem obiit. Præpositus vero senex & plenus dierum, videns cognatum suum Ottonem, & aduersarium suum obiisse, tadio litis & exulatus affectus, & cedens laboribus & expensis, ad propria rediit, & postea in Bremen correptus febribus, persoluit debitum omnis carnis. Papa igitur quia prouiso de Archiepiscopatu Bremensi ad ipsum fuerat deuoluta, prouidit Ecclesiæ, mittens Iohannem Dacum, dictum Fursat, quondam Archiepiscopum Budensem, hominem litteratum, senem, sed omnino discordem, tamen cum nullo cõcordem; qui Ecclesiam Bremensem & totam prouinciam duxit in tribulationes diuersas, & deuastrationes irrecuperabiles, & pericula nimis multa, sicut patebit lucidius dum ipsius vitam fuerimus profecti.

DE IOHANNE ARCHIEPISCOPO.

*S*iquis Archipræfulis Iohannis Bremensis
Scire vult originem, qui quondam Budensis,

Fuit Archipontifex, & post hoc Rigenfis,

Præpositus erat Roschildensis;

Credat viro simplici rithmata scribenti,

Et à narratoribus veris audienti,

Conuersationibus plus experienti,

Quædam suis oculis etiam videnti.

Erat Dacus nobilis sanguine Regalis

Ex matre; sed genitor miles * ciueralis,

Clericus egregius, inuentus vix talis

Artium & iurium professor æqualis.

Hic cum Lundis primitus Archipræfulauit,

Nicolaus quartus hunc Romæ confirmauit.

Plures probos Clericos beneficiavit,

Quos Rex dignos censuit ipse reprobauit.

Cum Rex Clericum iugiter indignans turbaret,

Atque Regem sanctus homo iuste increparet,

Delictaque procerum striete obiurgaret,

Conti-

Contigit vt Rex ipsum vinculis nodaret,
 Qui constanti animo nihil tubauit,
 Sed nec in periculo tali vacillauit,
 Regemque & complices excommunicauit;
 Quem Rex quantum potuit amplius arctauit,
 Sicque per biennium carcere tenetur.
 Scriptum Apostolicum ipsum non tuetur,
 Celestinus Pontifex summus non timetur,
 Rex inflatus animo Deum non veretur,
 Per amicos igitur funes transmittuntur,
 Et lima per quas dura vincula roduntur,
 Custodesque precio vinoque vincuntur,
 Sic euadit pontifex, hostes confunduntur.
 Rex Ericus omnia sua depradauit,
 Per fratrem Christophorum praedia vastauit,
 Fautorum Pontificis quosdam inhonorauit,
 Et diris exiliis quosdam condemnauit.
 Archipraesul petuit curiam Romanam,
 Quem recepit pontifex tanquam ouem sanam,
 Qui pro bono publico suam dedit lanam,
 Et nudus eiectus est non propter rem vanam.
 Papa Bonifacius Octauus miratur
 Hominis constantiam, atque sic affatur:
 Nunquam vidi similem, prece non mutatur,
 Hostibus terribilem, minis non fugatur.
 Rex Martinum Dacum mox contra ipsum misit,
 Clericum egregium, cui & commisit,
 Expensis non parcas, nec cura tibi sit,
 Dummodo depositus noscatur vbi sit.
 Martinus Parisius hic Canonicauit,
 Qui significandi tunc modos compilauit.
 Hunc Rex prece, munere, sibi sociauit,
 Et sic contra Praesulem Romam destinauit.
 Hinc obiectionibus inuicem prolatis,
 Et responsis plurimis passim ventilatis,
 Praesulis sententis à Papa firmatis,
 Laborat vltterius pro damnis illatis.
 Interdictum ponitur in Regno Danorum,
 Quod durauit spacio plus quam sex annorum,
 Interimque curiae gratiam ac fauorem
 Regi reddit, forsitan gratia Danorum.
 Papa petit vt Praesul resignet Praesulatum,
 Cum habere nequeat tutum sibi statum,
 Promittit quod faciat maiorem prelatum,

Ubicumque viderit fore sibi gratum.
 Quadraginta namque Rex milibus marcarum
 Damnatur, vt Præsuli reddat, vice quarum
 Compescentur omnia, & iniuriarum
 Sopiantur stemmata, sic finis causarum.
 Tunc Præsul Parisius sese transferebat,
 Vbi pingues redditus cum nummis emebat,
 Et quieti deditus priuate viuebat:
 Yfernus Episcopus Lundis præsidebat.
 Papa Bonifacius de vita migravit,
 Benedictus vnderus papatum intrauit,
 Iohannem Episcopum coram se vocavit,
 Rigensem Ecclesiam sibi donauit,
 Quam dum nimis celebrem audet resignare
 Indignatus Pontifex iussit * stare,
 Sic Iohannem Præsulem fecit expectare;
 Sed post annum mortuus nil valebat dare.
 Clemens quintus eidem successit Papatu
 Qui Iohannem nouerat facie, relatu,
 Bremensique iudicat dignum Præsulatu,
 Bremensis Ecclesie curia vacabat
 Per mortem Florentij, qui hanc aspirabat,
 Bernardique Præpositi, qui sponte cessabat;
 Hos discors electio criminibus ligabat:
 Præsul ad Prouinciam humili aduentu
 Hudam venit, primitus manens cum conuentu,
 Clerus, plebs, & procures ipsum Beneuentu
 Ad Bremensem cathedram ducunt cum concentu.
 Qui mox municipia cathedra petiuit,
 Et præfedit pheudis sicut bene sciuit,
 Hominum homagia iurando quasiuit,
 Plurimaque præsidia statim acquisiuit,
 Præsuli obediunt populus & clerus,
 Nam venisse visus est vt iudex seuerus
 Iniquos deprimere, & vt pastor verus
 Pius benefacere, malis esse ferus.
 Cumque prope VViseram pluribus sopitis,
 Transisset ad Albiam hostibus inuitis,
 Venisset ad Stadium ipsis perauditis,
 Petiuit subsidium verbis delimitis.
 Hamburgensis Præpositus primus contra dixit,
 Ne darent præsidium: hic quam diu vixit
 Durus mansit æmulus præsul eum fixit;
 Hominis sapientia miratur quis hic sit.

Ludovicus igitur temptat appellare,
 Cum tota diœcesis prompta sit donare.
 Hoc est Hamburgensium semper rebellare,
 Qui sedi Bremensi se volunt æquare,
 Vorden petit protinus à tyranno Hinrico
 De Borgh qui hoc tenuit, & hoc ex iniquo.
 Cui sui consulunt vt fido amico,
 Qui cedat vir, inimicis, severo, antiquo,
 Hic Hinricus ipsius hostis clericorum
 Polluit Ecclesias etiam monasteriorum
 Conculcauit feminas, sed nec seniorum
 Facies erubuit neque praelatorum.
 Claustra deprædatus est, clericum captiuauit,
 Terras populatus est, milites vexauit.
 Captiuos quos tenuit horride tractauit,
 Aquis, igne, frigore ferroque necauit.
 Infestus in nobiles, nullum verebatur,
 Crudelis in pauperes, multum timebatur,
 Largus ad satellites, quos & hortabatur,
 Ne timerent proceres, & in his letabatur.
 Hunc Hinricum ipsum præsul exterrebat,
 Mandans vt quiesceret: & hoc faciebat
 Aliquanto tempore, sed post hunc dolebat,
 Quod Vorden dimiserat, plusque sciebat,
 Promissa quæ sponderat statim violauit,
 Et vt canis rabidus, morsus duplicauit,
 Quem præsul pro crimine mox excommunicauit:
 Sed ipse sententias minime curauit.
 Fit confederatio cum Luneburgense
 Duce Friderico, præsuleque Verdense:
 Danninse castrum obsident statim primo mense,
 Et Tyrannum impetunt minis, armis, ense,
 Danninse castrum passim dure impugnatur,
 Machinis petrariis donec dissipatur.
 Horneborch castellulis tribus circumdatur,
 Captusque soliuagus Hinricus portatur,
 Mittitur in carcerem Vordis in profundo,
 Suique satellites sparguntur in mundo,
 Diuino iudicio; quia sædo fundo
 Radicati fuerant, canni vt arundo.
 Fit quies à præliis, paxque nunciatur.
 Cuncti gaudent populi, terra seminatur.
 Præsul benedicatur, Te Deum cantatur;
 Iustusque reficitur, impius turbatur.

HISTORIA

Post hoc quidam nuncius venit cum mandatis
 Romani Pontificis sibi non ingratis,
 Ut causam decideret bellis mitigatis,
 Quam Rigenfis habuit cum cruce signatis.
 Præsul se disposuit protinus ad eundum,
 Dolent omnes subditi, dicunt non iocundum,
 Quod linquat Ecclesiam, subeat profundum,
 Sed Papa per literas mandat redeundum,
 De quo gaudent plurimi, sperant profuturum,
 Et quod in concilio se opponat murum
 Pro suis Ecclesiis contra fraudes furum,
 Qui temptant suffodere statum eius purum.
 Vadit ad consilium Vigenense forum,
 Committit Ecclesiam viris honestorum
 Morum, quorum gratta nihil indecorum.
 Borhardum Rustringiæ tunc archileuitam
 Ac Iohannem paruulum virum iuris scitam
 Præfecit vicarios, mandans vt sopitam
 Seruarent Ecclesiam per quietam vitam.
 Quod fecerunt strenue cunctis complacendo,
 Et statum Ecclesiæ provide regendo,
 Raptores & impios prudenter arcendo,
 Pios ac pacificos dulciter fouendo.
 Sic per annos aliquot prospere florebat
 Terra per vicarios, plebs pace gaudebat,
 Visitat prouinciam prout imminebat,
 Ipsorum sententiam clerus extimebat.
 Præsul de consilio reuersus est Vordis,
 Fortuna contraria tristem motum cordis
 Infert, nam Otto Scoko comitator sordis
 Fit desertor fidei, mentisque recordis,
 Castrum tradit Horneborch Hinrici amicis,
 Viris subuersoribus crucis inimicis.
 Qui Verdense oppidum deuastatis vicis
 Incendunt & spoliant, nec parcunt mendicis:
 Qualiter se milites nostri habuere
 Ad castrum superius primi confugere,
 Hostibus cum poterant nihil nocuere,
 De ipsis hic æstimo melius tacere.
 Præsul Bremam introit propter tutum statum,
 Et Martinum Langvedel ponit aduocatam;
 Post de Hoya Comitum vexant citatum,
 Tedinghusen castrum repetit ablatum,
 Vbbonem presbyterum Bremis captiuauit,

In quo ciues, consules, clerumque turbauit,
 Langvvedel se transtulit vbi habitauit,
 Et contra Capitulum plurima temptauit:
 Dedalem Canonicum censet remouendum,
 Borchardum Rustringia non restituendum,
 Qui dispensatorium duxit ostendendum,
 Præsul sibi prætulit virum contemnendum.
 Quosdam de Bremensibus per proscriptionem
 Damnat, propter clerici clam occisionem,
 Qui præbebat congruam satisfactionem,
 Sed querebat Pontifex diram vltionem.
 Iohannis de Delmenhorst nummorum crumenam
 Soluatur proconsule, sed pro hiis auenam
 Aufert, contra quod præsul tulit banni pœnam.
 Ex quo Comes concipit mentem motu plenam.
 Subiectam prouinciam plurimum turbauit,
 Nam ipsorum electos semper reprobauit,
 Quos & pro pecuniis excommunicauit.
 Visitans quam petiit, qui & appellauit.
 Cum turbasset nobiles, clerum & prælatos,
 Consules, Canonicos, viros literatos,
 Conquesti sunt insimul omnes se vexatos,
 Se demonstrant protinus acriter ingratos.
 Quante tunc formatæ sunt appellationes,
 Vix possent conscribere sex tabelliones.
 Queruntur & suppetunt adinventiones,
 Quibus pelli valeant suæ sanctiones.
 Ordinant in Langvvedel centum armatorum,
 Pro quibus exposuit munimen castrorum,
 Nihil sibi profuit conatus eorum,
 Nam post mensem defecit copia ciborum.
 Ponit amiables hinc compositores,
 Nec quod illi ordinant suos mutat mores,
 Tunc multiplicati sunt præsulis dolores,
 Omnes esse clamitat viles proditores.
 Festinat Thitmarciam litigando lassus,
 Et omnem miseriam fuit ibi passus.
 Veneris efficitur labor eius cassus.
 Contra ipsam murmurat altus & bassus.
 Vorden vadit protinus vbi captiuatur,
 Et à muliercula fuste verberatur,
 VVildeshusen petiit, nec sicut prosperatur,
 A Clactone de Oyta capitur & ligatur.
 Cum sic in VVildeshusen nemini placeret,

De iuratis propriis nullus adhereret,
 Suasque sententias nemo qui timeret.
 Redeundo Frisiam turbatur & meret.
 Iohannem Scholasticum eligunt tutorem
 Bremensis diocesis genitum priorem.
 Nobilis de Luneborg qui se defensorem
 Gerit, castra possidet, nec curat maiorem.
 Johannes scholasticus dimittit Hinricum,
 Hominem sacrilegum, in cunctis iniquum,
 Elegit in socium & fecit amicum.
 In quo turbat Præsulem eius inimicum;
 Marcellum presbyterum Vordis carceravit,
 Pro quod præsulis chartas lestitavit
 Aduocatus Vordis hunc carcere necavit.
 Nec Papa, nec Præsul hoc digne vindicavit.
 Præsul petit Curiam, quarit litigare,
 Atque suos æmulos citando vocare:
 Quorum quidam veniunt, quidam domi stare
 Censent, & per Syndicos causam probare:
 Iohannes vicesimus secundus valentem
 Iudicat Præsulem nequaquam dementem,
 Ipsumque restituit, sed insipientem
 Statuit Vicarium nil proficientem.
 Proponuntur iurgia, lites contestantur,
 Verba volant, plurima acta replicantur,
 Non fertur sententia, tempora mutantur:
 Sed tandem litigia promisso sedantur.
 Promittunt præsidia sibi dare quia
 Quæ ipse exposuit pro seruanda vita:
 Admittunt vicarios vt sic sint sopita
 Cuncta quæ commiserant, sed non seruant ita.
 A Papa de Curia quiti dimittuntur,
 Redeunt ad propria, promissa scinduntur:
 Tutor post hæc moritur, castra redimuntur
 Per quosdam vicarios qui tunc statuuntur.
 Nicolaum Ketelhot præsulem Verdensem
 Posuit Vicarium, qui produxit enssem,
 Castra demolitus est non multum post menssem,
 Rode atque Culena dans pacem forenssem.
 Quem præsul intelligens de pace laudari
 Iudicat desidem dignum reprobari,
 Indignosque censuit pace iocundari,
 Hostes pacis asserens pace abdicari:
 Sed quia Vicarios crebro variauit,

Et quos modo statuit crastino mutavit;
 Statutorum animus multum vacillavit,
 Propter quod Episcopus nihil prosperavit.
 Ex hac causa perdit a nihil bonitatis
 Accidit Ecclesia, sed consumpta gratis
 Sunt marcarum milia plurima quam credatis,
 De quibus nunc aestimo dictum esse satis.
 O fortuna misera quare sic amaris,
 Quae ad ictum oculi crebro variaris,
 Vt luna instabilis curris, immutaris,
 Et vt aura tenuis ventis agitaris.
 Tuque diuiti panem denegasti:
 Sed neque artifici gratiam praestitisti:
 Virum fortem, nobilem in bello turbasti:
 Doctum, sanctum, mysticum, tu insatuaisti.
 Vir ille ditissimus saepe iactitavit,
 Quod centena millia marcas congregavit,
 Eius utensilia argentum ornavit,
 Fortuna contraria cunctis spoliauit.
 Erat peritissimus artium & iuris,
 In quibus profecerat, studiis & curis,
 Fortuna contraria falsatis figuris,
 Submittit in varia vacando scissuris.
 Praesidens iudicio nullum metuebat,
 Apparens in publico pulchre incedebat,
 Manens in palatio sociis gaudebat:
 Fortuna contraria cuncta rescindebat.
 Ipsius religio multum mirabatur,
 Pergens in itinere crucem sequebatur,
 Vestitu Pontificis rite utebatur,
 Fortuna contraria cuncta depraedatur.
 Pontifex hic moritur in Avinione,
 Et thesaurus rapitur sub hac ratione,
 Quod sublatus dicitur in intestatione:
 Heu quot damna patimur hac dissensione!
 Quo huic Ecclesiae tanta sunt oblata
 Nescio cur accidit ob cuius peccata.
 Sic cessatur & pereunt cum fortuna fata,
 Sic amata transeunt similiter & ingrata.
 Si tu praesul inclyte legem Iesu Christi,
 Legem tuam destruens, bene custodisti,
 Ad Christum certissime post mortem venisti;
 Alioquin moriens cuncta perdidisti.

HISTORIA
DE BURCHARDO GRELEN.

ANNO Dñi M. CCCXXXVII. tempore Domini Iohannis Papæ XXII. pontificatus sui Anno XI. pridie Michaelis Archangeli prouisum fuit Dño Borchardo Grellen, Archidiacono Rustringiæ, de Archiepiscopatu Bremensi, tali modo:

CVM Bremensis Cathedra curæ vacaret,
Per mortem Pontificis Iohannis, & staret
Confusum negocium, nemo qui speraret
Successum tam prosperum, sicut nunc apparet;
Burchardum Rustringiæ nunc Archileuitam
Omnes petunt protinus propter dignam vitam,
Persona, scientia, pulchre redimitam,
Moribus, industria, gratia politam:
Virum venerabilem, magnæ probitatis,
Valde consimilem, multæ largitatis,
Humanum, affabilem, quem cum fortunatis,
Deus fecit habilem societ beatis.
Hic ortus de ciuibus plurimum honestis,
Probis & diuitibus, largis & modestis,
Ornatusque fratribus, quos tulit celestis
Rex ad se, ne longius hic essent cum mæstis.
Fratrem sibi præstitit virum honestatis,
Voche Grelle nomine gratiosum satis,
Qui placere studuit bonis & ingratis,
Hic fuit solatio præ cunctis cognatis.
Cum primum Parisius iuuenis floreret,
Gratus esset sociis, ingratis placeret:
Artes statim didicit, & ut has doceret,
Magister effectus est, nemo qui doleret.
Dum legens in cathedrâ primum doctoraret,
Præbenda transmissa est Bremensis apparet.
Ergo quod honoribus futuris hilaret,
Iam præsens auspiciûm sicut modo claret,
Passim assecutus est titulos honorum
Per gradus Canonicos atque Rustringorum,
Archidiaconatum, & quod plus decoret,
Summum Vicariatum regimen multorum.
Igitur, ut dictum est, cum sedes vacaret,
Nemo qui confidet quisque desperaret,
Sed nec ipse penitus ad hanc aspiraret,
Actum est diuinitus ut fors vigilaret,
Bremense Capitulum, Clerus & Prælati,
Abbates, præpositi, viri literati,
Consules & iudices, nobiles magnati,

Magi-

Magistri Parisius cuncti nominati,
 Prompte scribunt literas Papæ supplicantes
 Johanni Vicesimo secundo, rogantes
 Vt virum hunc præferat, contestificantes,
 Quod vix sit utilior omnes acclamantes.
 Horum testimonia Papam commouerunt,
 Queritur an sit nobilis pro quo scripserunt,
 An sit natus diuitum qui præferri quærunt,
 An sit tantus clericus quod promouerunt,
 Respondit humiliter se non eminere
 Sanguine, diuitiis, nec tamen egere:
 Sed de mediocribus genitum sincere,
 Qui sponte nobilibus multum seruiere.
 Sed nec magisterio diuinæ scripturæ,
 Nec legum ac Canonum fungi præfecturæ,
 Vt tamen proficeret esset sibi curæ,
 Scripturasque disceret spe vitæ futuræ.
 Sed quia diæcesis per dissensionem
 Effet facta tenuis ad tributionem,
 Non possit efficere longam mansionem,
 Papa probat tacitus viri rationem.
 Dixit Papa insuper quod non inhereret
 Si sua condicio sibi displiceret,
 Dummodo Ecclesiæ cito provideret,
 Nam de plus idoneo plurimum gauderet.
 His responsionibus Papa plus est motus,
 Contulit cum fratribus, hic homo deuotus
 Sufficit Ecclesiæ, sic ergo promotus
 Vt sit Præsul inclytus seruus Dei totus;
 Sic in binis mensibus fuit expeditus,
 Vt seruiret curiæ parum requisitus,
 Ordinatur presbyter adeo perfcitus.
 Consecratur Pontifex sacris insignitus.
 Hinc adepto pallio sine pactione,
 Post sex menses rediit cum deuotione:
 Acunctis recipitur absque scissione,
 Sed cum emulantium murmuratione.
 Nihil tamen emuli publice temptabant,
 Sed dolent quod primitus non euigilabant,
 Et pro sorte simili elaborabant:
 Discreti & prouidi laudes Deo dabant.
 Expensis solennibus cunctis ministratis,
 Donis & munusculis Præsuli oblati,
 Præsidebat feudis quibus perpetratis,

Castra petit cathedra intendit ablatis
 Vorden atque Hagene mox recuperavit,
 Promissa pecunia verbis placavit,
 Pro castellis aliis quæ & commendavit,
 Probis militibus, sicque lis cessavit.
 Cum optata singuli pace fruerentur,
 Commouentur æmuli, timent & verentur
 Præfulis potentiam, sed male mouentur,
 Pacis aduersarij nunquam iocundentur.
 Hostes sibi concitant terram Kedingorum,
 Qui trans Ostam habitant cæcum malignorum,
 Vt rebelles sedeant, & exemplo horum
 Albenses recalcitrant, qui spectant ad forum:
 Præfulis industria malignos confudit,
 Armis & potentia ipsos circumcludit,
 Incendit & spoliat, vulnerat, & cudit,
 Sic cum viris perfidis seriose ludit;
 Contra ipsos congregat multos armatos
 Saxones, Tetmaricos, Vestfalos, Holsatos,
 Fortiter exterminat viros abdicatos,
 Binis castris obsidet strictius artatos,
 Ostenhagen comparat suum per argentum,
 Kikindeelbe construit forte munimentum,
 Vt viris rebellibus sint in detrimentum,
 Ac obedientibus tutum fulcimentum.
 Postquam sic præualuit cuncta sunt pacata,
 Pax terræ conualuit omnibus optata,
 Sic hostis obmutuit, nec mouetur spatata,
 Boni gaudent, dulci pace reformatata.
 Sic regit Rempubicam quod satis timetur,
 Sicque fouet Ecclesiam vt iuste ametur,
 Deuitat sententias vt promissis stetur,
 Placet, & sic quilibet amicus seruetur.
 Si Deus omnipotens ipsum adiuuare
 Vellet contra Frisones, qui nunc rebellare
 Cæperunt Ecclesiæ, nemo compensare
 Possset sortem Præfulis, vel digne laudare.
 Oremus altissimum pacis largitorem,
 Vt iuuat hunc præfulem pacis amatorem,
 Vt compescat citius Frisonum furorem,
 Et viuat diutius ad Christi honorem:
 Istud est principium Præfulis Bremensis,
 Finem qui conspexerit in armis extensis
 Verum vero conserat verbis inoffensis,

Ne mendax appareat, aut fictor forensis.
 Frisonum rebellio diu perduravit,
 Sed ignis & gladius hos humiliavit,
 Sanguis multus fusus est, aqua subintrauit,
 Terra desolata est, pauper exulavit.
 Sed cum gorrera Frisonum extitit sopita,
 In acetum vertitur fortuna mellita,
 Præsul mitis deficit, fit amara vita,
 Nam sors huius seculi suos tractat ita.
 Suburbana Langvedel cum aduocacia
 Spoliatur, vritur per Verdenses, quia
 Non est qui resistat hiis in peccati via:
 Quis in culpa fuit videat Maria.
 Tedingehusen traditur Comiti Hinrico
 Pro nummis, vt dicitur, quod tamen non dico;
 Sed si castrum tradidit sibi vt amico
 Patet si restituet & sine obliquo.
 Wvldeshusen, Hagene Liborius miles
 Et Svvagerus Præsulis tenet vt serviles:
 Si Præsul exposuit illos quasi viles;
 Bonum est quod liberent hos viri viriles.
 Focco Grelli moritur anima Borchardi
 Qui astabat præsulī more leopardi:
 Hic narratur mortuus in fato Odardi.
 Postquam frater moritur, sicut est prædictum,
 Præsul anno altero dolens se relictum,
 Sicque Bremis obiit, quod nec morte victum
 Credimus in anima, sed Christo addictum.
 Mox vt eius anima à carne migrauit,
 Castrum in Kedingia quod edificauit,
 Turba malignantium protinus vastauit,
 Quorum adhuc vitium nemo vindicauit,
 Sed castrum quod fecerat contra Hadeleros.
 Viros diabolicos in fide non veros,
 Conseruatur hodie per viros synceros,
 Dictos de Bederikesa hostibus seueros.
 Sed quale condiderit præsul testamentum,
 Scriberem si caperem inde documentum:
 Mirum est si habuit aurum & argentum,
 Quod sic more pulueris volauit in ventum.
 O fortuna mobilis cur sic spoliasti,
 Robustos quos primitus tantum exaltasti,
 Viros quos fauoribus vulgi sublimasti,
 Mox tantis honoribus & vita priuasti!

*Sic tractasti Iulium Cæsarem, Augustum,
 Alexandrum, Darium, Herculem robustum,
 Hectorem, Pompeium & Iouem venustum.
 Si duobus milibus annis quis gauderet,
 Augusti potentiam in pace teneret,
 Et thesauros plurimos Cræsi possideret,
 Si morte perderet vacuus maneret.
 Si vis in delitiis esse cum beatis,
 Fuge mundi prospera, luge pro peccatis,
 Amicos de Mammona fac iniquitatis,
 Sic habebis gaudia summæ claritatis.*

D E O T T O N E.

MORTUUS est Borchardus Bremensis Archiepiscopus anno Dñi M.CCCXLIV.
 in prima vigilia assumptionis S. Mariæ.

Et post mentem Ottonem Comitem de Oldenborch, Decanum Ecclesiæ
 Bremensis, concorditer elegerunt in Archiepiscopum, qui conformatione sua
 à sede Apostolica videlicet Papa Clemente VI. obtenta Ecclesiam suam pacifice
 gubernauit, & quia senio grauatus personaliter diocesim suam visitare postpo-
 suit: Sed per Officiales suos tam spirituales quam seculares gubernare disposuit.
 Vnde quidam ministeriales & eorū seruitores huiusmodi aduocatos Officiales
 minime formidantes, vim & iniurias nonnullis, & specialiter impotentibus, qui
 se ab ipsorum iniuriis defendere nō poterant, intulerunt. Contigit autem vt qui-
 dam cursor & nuncius de Oldenborch ad dictum Dñm Archiepiscopum cum
 literis veniens, ipsum nomine suorum nobilium cognatorum & aliorum nomi-
 ne honorifice, vt deceit, salutaret, & alia sua commissa negocia propalaret, vnde
 inter cætera ab ipso de statu suæ diocesis interrogatus respondit dicens, Reue-
 rende pater nō multum bene, quia vix aliquo tempore pauper & impotens abs-
 que molestia & rapina valeat diocesim pertransire. Quo audito, fur ore repletus,
 vocauit Aduocatum suum, nomine Beuerbeke, verbis iracundis inclamando,
 dicens, Tu mihi semper dicis de pacifico & bono statu diocesis meæ: audi istum
 pauperem conquerentem. Respondit, Chare domine, iste & sui similes dicunt
 quicquid poterunt, vt dona & munera habere valeant & reportent. Dicens ad
 illum nuncium, Veni ad coquinam, vt manduces. quem nuncium idem Aduo-
 catus posuit in turrim & cippum, & per aliquod tempus ibidem in tribulatione
 & angustia fecit permanere: qui tandem per ipsum deductus docuit eum, & per
 iuramentum suum præstitum adstrinxit, qualiter Domino suo de statu suæ dioc-
 cesis deberet respondere. Vnde introiuit ad Dominum, ac si iterum de Olden-
 borch veniret, salutatione & aliis doctis negociis propositis & expeditis idē, Dñs
 Archiepiscopus de statu suæ Diocesis interrogauit. Qui respondit: Domine
 Bremensis, in vita hominum non ita bene sicut inodo stat. Ita senium suum per
 suos officiales & ministros fuit deceptum & illusum.

D E G O T F R I D O C O M I T E

de Arensberg.

ANNO Domini M.CCCXLIX. Domino Ottone Archiepiscopo viam vniuer-
 sæ carnis ingresso, Electores Archiepiscopi Bremaensis nobilem Mauricium,
 Comitem in Oldenborch, Decanum Ecclesiæ Bremensis, patrum dicti Otto-
 nis Archiepiscopi prænarati, concorditer in Archiepiscopum elegerunt: qui
 mittens legatos suos ad sedem Apostolicam, quæ sedes in Auinione erat, pro cō-
 firmatione obtinēda. Interim autem nobilis Gotfridus Comes de Arensbergen,
 Episcopus Osnaurgensis, per suos apud sedē Apostolicam laborauit, & Eccle-
 siam

fiam Bremensem ab eadem sede, videlicet Innocentio VI. in Avinione obtinuit & impetrauit; qui cum literis Apostolicis ad ciuitatem Bremensem veniens, per Capitulum & ciuitatem, vt verus Dominus admissus fuerat & receptus. Dominus Mauricius munitiones & castra diocesis in possessione habens firmiter tenuit & possedit. Dominus Gotfridus duntaxat Castrum Tedinghusen in possessionem acquisiuit. Vnde oritur magnum bellum & discordia inter Dominos Archiepiscopum & Mauricium, ita quod Bremenses & Stadenses adhæserunt Domino Gotfrido Archiepiscopo, tanquam vero Domino. Dominus Mauricius vero in adiutorium suum habuit vasallos diocesis, tunc valde potentes, & nobiles suos cognatos & amicos; Bremenses & Stadenses receperunt ad se nonnullos stipendiarios & armigeros, & non modicum damnum vtrumque vnus alteri intulerunt. Dominus Mauritius coquinam suam in Huda contra Bremenses posuit; in Vorde contra Stadenses, vbi strenuum militem Dominum Hinricum de Issendorpe habuit exercitus sui prouisorem. Vnde Bremenses ædificauerunt pontem trans Lesmonam; & Castrum pro huiusmodi pontis defensione, non modicis laboribus & expensis: etiam posuerunt magnam nauim, vulgariter dictam Kogge, cum armatis viris, pro custodia pontis, ne ab aduersariis suis destrueretur: qui Bremenses cum suis, & adiutorio Domini Gotfridi Archiepiscopi, trans Lesmonam venientes, magnum damnum ibidem habitantibus in spoliis & incendiis intulerunt. Deinde Dominus Mauricius, congregatis suis fautoribus & amicis, vltra nongentos armigeros, cum magno exercitu venit ante ciuitatem. Bremenses transfoderunt munitiones factas ante ciuitatem prope Ecclesiam Sancti Reimberti, aut hospitale leproforum: vnde cum potestate sua & stipendiariis Bremenses exeuntes, ipsis ante fossam resistere ne intrarent prætententes. Qui tamen manu forti intrauerunt, & aliquos de Bremensibus captiuarunt, aliquos occiderunt: vbi occisus fuit Carnapp, de Luneberge miles, qui fuit dux exercitus Bremensis; & reliqui fugerunt, & si subsidium & defensionem inter sepes non habuissent, quasi omnes capti & interfecti fuissent. Qui Dominus Mauritius ex tunc cum suo exercitu venit ante valuam orientalem, & destruxit ibi solennia ædificia ibidem constructa in modum parvæ ciuitatis, inter ciuitatem & monasterium sancti Pauli. & ibidem creauit & insigniuit milites Comitem Conradum de Oldenborch suum patrum, Engelbertum de Marchia, Ottonem de Line, Henricum de Ydsendorpe, Martinum de Huda. Deinde etiam pluribus in via destructis, venit ad pontem Lesmonam, quem destruxit; nauim cum armigeris ibi positam debellauit; castrum in Borch expugnauit & destruxit. Præterea denuo veniens ante ciuitatem Bremensem, eam expugnare intendens, dum veniret ciuitatem quasi desolatam & apertam inuenit; sui intrantes per aliquod spacium neminem inuenerunt, sed domos clausas viderunt: & fuit in pestilentia magna, videlicet Anno Domini M. CCC. L. que tunc ita grauis fuit & horribilis, quod quandoque vna die ducenta funera sepeliebantur ibidem. Vnde sui dixerunt, si modo ciuitatem Bremensem habere volueritis, eam absque magno labore, & sine graui periculo expugnare poteritis & habere. Qui misericordia motus, diuino timore perterritus beneficia habita, & in posterum habenda animo reuoluens, dixit, Non velit hoc Deus, vt addam afflictionem afflictis: Deus affligit illos, sicut nos omnes affligere potest; nec faciam hoc malum vt virgines & honeste mulieres opprimantur & dehonestentur: recordor me plurima gaudia & solatia in ea habuisse, & mihi præstitisse, sicut in futuro, diuina fauente gratia habere potero. Si modo sumus inimici, poterimus amicari & concordari fieri & amici. Deinde post aliqua curticulorum tempora communitas Bremensis ad se reuersa, videns & considerans immensa damna, labores passos & expensas, adierunt Consulatum, petentes & hortantes meliori via, qua poterunt, concordiam & pacem cum Dño Mauricio ordinarent. Qui vero Consulatus, cum Capitulo & aliis suis coadiutoribus, modo & forma pacis ex cogitatis & deductis, ita fuit ordinatum, deductum et conclusum, quod Dominus Gotfridus

dus deberet in honore & gradu Archiepiscopatus permanere: Sed Dominus
 Mauritius deberet Diocesim regere, & exinde Domino Gotfrido Archiepisco-
 po honeste & decenter in cunctis sibi & honori sui gradus debitis & necessariis
 prouidere. Post hoc aliquibus annis euolutis, Dominus Gotfridus Archiepisco-
 pus de Domino Mauricio conquestus fuerat, quod ipsum ita decenter non tra-
 ctaret, nec prouideret, ut statui suo congrueret & deceret. Quapropter se tran-
 stulit ad Gerardum Comitem in Hoya, & Castrum Tedinghusen sibi presenta-
 uit. Deinde quinque annis elapsis oritur bellum & discordia inter Comitem Ge-
 rardum & Bremenses, propter quosdam litones, quos de Ciuitate Bremensi po-
 stulauit. Vnde Bremenses Dominum Mauritium & Capitulum propter aliena-
 tionem Castri in Tedinghusen in adiutorium habuerunt. Qui Ecclesiam in Lul-
 lenhusen & turrim in castellarunt & fortificauerunt contra Tedinghusen, & mul-
 ta & enormia damna Comiti intulerunt, ita quod valde modicum incobustum
 & non spoliatum in tota mansit Comitum, & plures vasalli Comitis ab ipso recess-
 erunt, & diocesi Bremensi se adunarunt: qui omnes in castellanos in Tedinghu-
 sen recepti fuerant, & specialia loca & habitationes ipsis in Castro ibidem depu-
 tata, & hereditario iure perpetuo possidenda erant assignata. Deinde in crastina
 Geruasij & Prothasij Bremenses reisam facientes in Comitum Gerardus Comes in-
 sequutus fuerat eos, & conuenerunt apud Alram iuxta Verden inierunt conflictum
 magnum diu duratem. demum Comes Bremensis deuincit & captiuauit de Bre-
 men C. & L. ciues ditiores ciuitatis Bremensis cum quibusdam armigeris erant
 captiuati & plures fuerant occisi, caeteri fugierunt. Adhuc non inierunt concor-
 diam, sed durius litigabant, & postea plus quam prius. Anno elapso nauigio The-
 dynckhusen expugnarunt, & obtinuerunt anno Domini M. CCC. LVIII. Eodem
 anno fuit inundatio magna in die sancti Viti, praemissa & dissensione duorum
 Godfridi Archiepiscopi & Mauritij decani ortum habuerunt. Vnde dictus Do-
 minus Godfridus Archiepiscopus videns quod potentiam Domini Mauritij resi-
 stere non valeret, cogitauit sibi opponere fortioerem. Vnde de consilio saepedicti
 Domini Gerardi comitis concordauit cum Magno duce Brunswickensi, & Do-
 mino Alberto filio suo canonico Magdeburgensi Ecclesiam Bremensem, Anno
 Domini M. CCC. LIX. resignauit, cui Innocentius Papa VI. in curia Auiniocensi
 prouidit, & eum confirmauit.

Anno Domini M. CCC. LXIII. post octauas Epiphaniae Dominus Albertus Ar-
 chiepiscopus, Ducis Magni de Brunswick filius, cum magno exercitu contra po-
 tentiam & Warandiam Domini Mauritij Decani in parte Vtheshorne diocesi-
 sis Bremensis intrauit, & sic ante castrum Vorde, in quo tunc fuit Dominus Mau-
 ritius cum patre suo Chonrado Comite in Aldenborch, & aliis suis coadiutori-
 bus se posuit, & expugnare proposuit, ubi magnus conflictus tam ab intra, quam
 ab extra fuit; ubi ab exercitu Archiepiscopi fuit interfectus, nobilis à Warbar-
 gen & alij. Illo tempore in nocte Marcelli Papae fuit ventus validissimus, proj-
 iciens turres & aedificia fortissima. Ibidem concordati fuerant Dominus Adal-
 bertus & Mauritius.

Anno Domini M. CCC. LXV. in die Praxidis virginis saepedictus Mauritius vi-
 na cum Gerardo & Christiano in Aldenborch & Conrado de Bruckhusen do-
 micello & comite & septingentis armigeris electis ceciderunt in Rustringia pro-
 pe Blexeim & omnes interfecti fuerunt nullo euadente. Non enim potuerunt,
 quia Wisera fuit ex una parte & inimici parte ex altera.

Anno Domini M. CCC. LXVI. feria sexta Pentecostes Dominus Albertus Ar-
 chiepiscopus ex inductione & traditione quorundam ciuium proscriptorum &
 expulsorum, & nonnullorum inhabitantium de nocte intrauit ciuitatem Bremen-
 sem sibi apertam & obtinuit per aliquod tempus, & in castellauit portam orien-
 talem & ciuibus & circumhabitantibus magnum damnum intulerunt qui extra
 fugierunt cum industria qua potuerunt, fideles qui intra fuerunt in ciuitate pro
 redemptione, ut secretius poterant, laborarunt, & diuinum auxilium pro ma-
 ximo.

ximo adiutorio assumpserunt, vouentes Domino nostro Iesu Christo, matri eius benedictæ virgini Mariæ, quod sabbato ante Petri & Pauli vellent perpetuum festum in ciuitate in omnibus Ecclesiis instituere omni anno solemniter peragendum, si Deus victoriam & libertatem ciuitati & Bremensibus in ipsis dignaretur concedere & tribuere. Quare eodem sabbato vna cum nobili Cōrado Comite in Aldenborch animose & viriliter armata manu ciuitatem intrantes victoriam obtinentes portam in castellatam expugnâtes, hostes fugantes, ciuitatemq; diuino adiutorio opitulante pristinae libertati restituendo traditores quosdam occiderunt, quosdam rotis affixerunt.

Anno Domini M. CCC. LXXVI. in die beatæ Agathæ oritur lamentabile crimen & discordia inter dominum Albertum & Capitulum Bremense. Decanus de Tzesterzulete obiiciebat sibi quod esset hermaphrodita ex quo magnam incutrit infamiam, ita quod huiusmodi infamiae periculum ad delendum & famam recuperandam intrauit balnea in ciuitate Bremensi & Hamburgensi se videri & palpari fecit ad ostendendum huius criminis & obiecti se esse innoxium. Hic gulosus fuit & bona Ecclesiæ mirabiliter dilapidauit & castra impignorauit ad tantam inopiam deuenit, quod in Romana curia pro debitis & cōdemnatis Capituli desolutionibus Odoardus clericus allegari fecit. Illo tempore fuit schisma in Ecclesia Dei, & in cæpit anno Domini M. CCC. . . . & durauit vsque ad annum Dñi. * . . & exordium habuit curia Romana Auinione in Francia C. & LI. annos. demum in Papam electus Gregorius XI. vir multum iustus, pius, & deuotus, concepit in mente, quod Ecclesia Romana à papatulo longo tempore fuerat desolata. Vnde feruenti dilectione accensus, volens visitare beatorum Apostolorum Petri & Pauli limina, curiam suam Romam transtulit, & ibidem in Domino defunctus est. Cum autem Cardinales ad electionem noui Papæ conuenissent, Romani magnum tumultum in eos excitantes, valida voce clamauerunt, Romanum volumus, ad minus Italianum. Quare, vt quidam dixerunt, quod compulsus elegerunt Abbatem Marcilensem Vrbanum sextum, qui multum rigidum se ostendit, vt quidam Cardinales ab ipso in Franciam recesserunt, & alium Papam, Petrum de Luna, qui Cardinalis fuit, quem Clementē appellauerunt, in secundum Papam proclamauerunt. In Romana autem sede huiusmodi schismatis tempore fuerunt in Papatu, Vrbanus sextus, Bonifacius nonus, Innocentius septimus, Gregorius duodecimus, Alexander quintus, Iohannes XXIV. cuius tempore, videlicet anno eius * congregatum fuit concilium Constantiense, in quo concilio fuit Papa Iohannes prædictus cum Cardinalibus suis. Et Cardinales quidam antipapæ, & prælati, quasi totius mundi Imperator Sigismundus, cum principibus secularibus, qui Imperator diligentissime pro vnione laborauit. Qui antipapa nomine Benedictus, fuit tunc in regno Arragonum; ad quos patres Imperator prædictus, pro vnione facienda, & existente in dicendo personaliter venit cum solemnibus exercitibus, vt suam imperialem decuit maiestatem, non modicis laboribus & expensis. Qui Papa Iohannes in mentē versus retrò gradum mutato habitu clam recessit; sed in via apprehensus ad concilium reductus, & in firma custodia postea reseruatus. Cū vero cōcilium vltra tot annos durasset, & concilium p̄inde cuncta ordinasset, Papa Iohanne propter certas causas deposito, & Antipapa p̄phano & schismatico declarato, strenuum virum, iustū & pium Odonem de Columna, qui Martinus quintus appellatus in summum Pontificē concorditer exaltarūt. ¶ ANNO Dñi M. CCCLXX. . . . præmissa tēpore Alberti Archiepiscopi initium, sed suo tēpore finem minime habuerūt, vt in sequentibus apparebit. Hic Archiepiscopus Albertus anno Dñi CIO. CCC. XCV. mensis Aprilis die XIV. in Castro Vorde diem suum clausit extremum, & sepultus est in Ecclesia Bremensi, in medio Ecclesiæ.

EXPLICIT.

DE

DE ECCLESIA BREMEN- SI VETVS SCRIPTVM.

GLORIOSA dicta sunt de sancta Bremensi Ecclesia, quæ inclyta, solempnis & egregia cæteris Aquilonarium nationum, ac totius Almaniae inferioris Ecclesiis præfulget ab antiquo. Sed ut radios suæ sanctitatis & gloriæ, ad vicinas Ecclesias trāsmittere valeat clariores, quædam de eius prærogatiua, sanctitate, & beatitudine sub compêdiōso sunt recitanda eloquio. Ipsa namque metropolitana Ecclesia est, ter sancta quaterq; beata. Sancta origine, sancta nomine, sancta loco: beata miraculis, beata diuinis officiis, beata reliquiis, & beata indulgētiis. Ipsa enim primo est sancta origine, ex eo quod Beatus Willehadus, primus Episcopus dictæ Ecclesiæ, vir miræ abstinētiæ, qui cotidie Missam cum lachrymis celebravit ac ieiuniis, vigiliis, orationibus, & bonis operib⁹, deuotus semper insistebat. Et quasi stella matutina in medio nebulæ, quasi Luna plena in diebus suis lucet, & quasi Sol refulgēs, sic vir iste refulsit in populo Dei. Cuius vita inclyta cūctas istas illustravit regiones. Nā eius esca nō erat aliud nisi poma, & fructus autumnales, & potus fuit aqua. In ipsa Ecclesia sedem instituit primam cathedralem. Ac Sāctus Karolus Magnus, Imperator, comperta sanctitate ipsius beati Willehadi, eandē Ecclesiam regia munificentia largifluis fundauit bonorum temporalium possessionibus: ac eidem Ecclesiæ etiam dedit suæ regiæ maiestatis eximia insignia, quæ in eadem Ecclesia honorifice conseruantur; videlicet Crucē argenteam deauratam, lapidibus pretiosis redimitam, coram qua deuote adorauit Crucifixum Dominum nostrum Iesum Christum, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, ac etiam ipsius sancti Karoli trabeam seu tunicam Imperialem, in qua Euangelium in eadem Ecclesia, in summis festis, ob ipsius reuerentiam solempniter legitur, ac fiasculam eius argenteam deauratam, imaginibus diuersis bene redimitam, ac chirothecas & calceamenta ipsius quibus utebatur in sua regia maiestate, & etiam Psalterium Diuæ ipsius coniugis literis aureis bene & subtiliter confricatum. Sanctitas etiam originis dictæ Ecclesiæ apparet ex eo, quia dicto Beato Willehado successit sanctus Ansgarius, primus istius Ecclesiæ Archiepiscopus, sedis Romanæ legatus in vltima terræ, vir magnæ sanctitatis, cuius anima rapta in cælum vidit manifestissimas & verissimas notabiles visiones, de statu totius cælestis Curia, & de pœnis purgatorij, & etiam alias vtilis visiones, ex quibus fuit cœlitus inspiratus spernere huius vitæ contagia, & anhelare ad regna cælestia, qui Ecclesiam collegiatam Rameslon, & Monasterium in Bersen, & magnum hospitale in Brema construxit pro pauperibus recreandis, pro vt ex vita sua multum pulchre deducitur. Cui quidem beato Ansgario immediate successit Beatus Reimbertus, secundus Archiepiscopus dictæ Ecclesiæ, quem Beatus Ansgarius commendauit, sic inquit: Dignior est Reimbertus dignitate Archiepiscopali, quam ego Archidiaconatus officio, qui Regem Daciæ baptizauit, & Ecclesiam Ripensem fundauit, & quia plures infirmos, quos ibidem sacro baptismatis fonte purificauit, etiam ab omni corporis ægritudine sanauit. Ipse etiam Regem Suetiæ baptizauit, & totum eius regnum in fide Christi solidauit, & ipse inter cætera sanctitatis miracula legitur tempestatem maris sedasse, & hominem à Dæmonio liberasse, scilicet Karolum filium Lodewici Imperatoris, necnon cæcum illuminasse per signum Crucis, quod Episcopali more faciebat. Etiam anno pontificatus Domini Reimberti duodecimo Ludewicus Pius Cæsar obiit. Post cuius mortem multiplicata sunt mala super terram, ita quod à Danis & Normannis vrbes cum ciuibus, Episcopi cum cleris, interfecti sunt. Et Ecclesiæ cunctæ incendio perierunt, Saxonia Colonia, Aquisgrani ciuitates ab eisdem destructæ sunt. Palatium

tiū quod Karolus Imperator in Aquisgrani gloriose construxerat, stabulum equis suis fecerunt.

DE BENEDICTO V. PONTIFICE Romano.

IOHANNE XII. mortuo Benedictus V. Cardinalis creatur Pontifex à Clero, ac populo, idque illorum arte effectum est, qui de factione Iohannis mortui odio habebant Leonem, quod in Iohannis profugi locum esset suffectus. Electo Benedicto, Legati ad Imperatorem mittuntur, qui tum Spoleti erat. Imperatorem rogant, ut electionem Benedicti confirmaret. Otto iratus Romanis, Legatos à se repulit, addens se potius imperium perditurum, quam passurum ut Leo Pontificia sedē deiiceretur. Romani contemptis minis Imperatoris, electionem Benedicti ratam haberi volunt. Otto contractis copiis rediit Romam, urbem obsidione cingit, & quicquid extra mœnia est, igne & ferro depopulatur, redigitque Romanos ad tantam inedia, ut præ inopia modius furfuris aureis triginta venierit, coactiq; sint edere asinas & equinas carnes. Deinde Ottone foris, & fame intus civitatem oppugnante, fessi malis ix. Kalend. Iulij portas urbis Ottoni aperiunt, & electum pontificem Benedictum Imperatori dederunt, Leonem ante electum recipiunt, & solenni more in Pontificiam sedem reponunt. Tum Otto, ut dissidium Ecclesiæ tolleret, Leoni auctor fuit, ut conuentum aduocaret, ac coram Benedictum adesse iuberet. Episcopis in Lateranum congregatis Benedictus Pontificalibus vestimentis indutus accessit. Quo viso Benedictus Cardinalis archidiaconus ira commotus ita est percontatus: Quo tutandē iure, quaque lege Benedicte ausus es pontificia ornamenta induere, Leone hoc ipso superstite, quem tu nobiscum, accusato atque damnato Iohanne, ad dignitatem pontificiam euexisti? num inficiari potes, te apud Imperatorem iurasse, nunquam sine illi, aut filij ipsius auctoritate pontificem electurum? Cui Benedictus respondit: Si quid deliqui, peto à vobis, ut misericordia capiamini mei. Tum Otto: Æquum est, inquit, patres, homini, si noxam suam confiteatur, vestram misericordiam impertire. Quo audito Benedictus confestim se ad Leonis atque Otthonis pedes abiecit, seq; peccasse asseruit: atque vltro indumentum pontificale deposuit, ferulamque, quam manu tenebat, Leoni porrexit, Leo ferula fracta, & populo ostensa, planetam detraxit, eumque ad pedes sedere iussum, pontificatus, & presbyteratus honore priuauit, ac diaconū relictum in Germaniam ire in exilium imperauit. Romanorū præpotens Imperator Augustus valentior sibi in Christo Dominum Apostolicum nomine Benedictum, quem nullus absq; Deo iudicare potuit, iniuste, ut spero, inquit Ditmarus, accusatum deponi consensit, & quod vtinam non fecisset, exilio ad Hamburg relegari præcepit: quosdam factiosos capite truncat, obsides & iuramentum ab aliis accepit, quod nihil eorum immutaturi essent, quæ ipse Romæ constituerat. Rebus omnibus prudenter compositis refert pedem ad Germanos. Benedictum v. pontificali dignitate per Leonem priuatum, abducit secum. In Germaniam cum esset ventum, Hammenburgensis Archiepiscopus Adaldago Imperatoris Cancellarius missionem petiit ab Ottone: Otto dimisit eum, tradiditque ei Benedictum, ut secum abduceret ad sui Episcopatus ditionem, seruaretque eum perpetuo. Adaldago Imperatori parer, abducitq; Benedictum Hamburgam, vbi Benedictus quasi in Insulam ad exulandum deportatus, mærore animi confectus, obiit, sepultusque in Ecclesia cathedrali. Raco autem de Bremen Imperatoris Ottonis tertij capellanus, iussu dilecti senioris sui, ossa supradieti Papæ Benedicti, sicut ipse prælocutus est, de Hamburg Romam reduxit. Namque pater venerabilis, Dñs inquam Apostolicus, dum in exilio esset, in Christi seruitio studiosus, & adhuc aquilonaris hæc pars optata pace gauderet, Hic, inquit, fragile corpus meum debet resolui, & post hæc omnis ista regio gentili gladio desolanda, ferisque inhabitanda relinquatur, & ante translationem meam non videbit indigena pacem firmam:

quandocumque vero domi resideo, Apostolica intercessione paganos quiescere spero. Tumulus in choro Hamburgensis Ecclesiae cernitur: extractoque postea, ut cerni posset, eminenti sarcophago, cuius inscriptio annorum facit errorem. Nam obitus eius contigit anno DCCCCLVI. vel circa: sed inscriptio hinc longe discedit. Certum est tamen, in pace sine martyrio quiescisse. Hoc Romanorum historiae testantur, hoc loquuntur annales nostri, hoc ipsam turuli testatur inscriptio, incisa lapidi in choro cathedralis Ecclesiae Hammenburgensis.

EPI TAPHIVM BENE-
DICTI PP. V.

BENEDICTVS PAPA, QUI SEDE APOSTOLICA
PER VIOLENTIAM AMOTVS, ET POST CVM RE-
VOCARETVR OBIIT HAMBVRGI, ANNO DOMI-
NI D.CCC. QVADRAGESIMO PRIMO. QVARTO
NONAS IVLII. ET SEPVLTVS EST HIC.

VERSVS ANTIQVI DE EPI-
SCOPO VICELINO.

GESTA Patris primi bona Pontificis Vicelini
Isto tantillo comprehendit musa libello
Saxoniae vicus Quernhamele sit benedictus

Qui genuit talem, dedit experientia qualem
Vvisara lactentem nouit bene, Brema docentem
Albia transpexit iuuenem, qui nos bene rexit,
Defuncti vero cineres adlambit hyrundo.

ANNO milleno centeno bis duodeno
Completo, verbum quo subluxit caro factum,
Dum verno sole post brumam progrediente,
Cancris feruentis calor esset solstitialis,
Doctorem mirum Deus aduexit Vicelinum
Istas in partes, sathanas ubi triuerat artes,
Instituens furtis homines utique rapinis,
Et scelerum morbis, quibus impius interit orbis.
Hammaburgensem tunc rexit Adelbero sedem,
Qui desperatos medicum direxit ad egros,
Illustremque virum supradictum Vicelinum,
Ad Nordalbingos transmisit fraude malignos,
De Bremense schola raptum sub spe tamen illa,
Ut disciplinam melius qui rexerat illam,
Vir prudens, castus, humilis, patiensque, modestus,
In verbis certus, pius, & sermone disertus,
In cura populi qui commissus foret illi,
Ex hoc argueret prauos, stultosque doceret.
Formam praeberet morum, mitesque foueret.

Qui

Qui vir perfectus, discretus, cordeque rectus,
 Lumbos succinxit ut praesul Athelbero iussit,
 In domino fesus, Albim transire paratus.
 Transiit ut flumen, secum tulit utile lumen,
 Instans doctrinae, sibi quae fuit ars medicinae:
 Infundens oleum curans impendere vinum,
 Hos quos curauit ad spem vitæ reparauit.
 VVipenthorp venit, ibi sedem ponere cepit,
 Clerum collegit, fratres sub iura redegit.
 Religio creuit, quam disciplina subegit,
 Ecclesiaeque locum mutauit nomen & ipsum,
 Quam modicam reperit in maiorem reparauit.
 Nomen adoptauit de iure, Nouumque vocauit,
 Idque monasterium bene conuenientibus aptum
 Christo deuouit fieri, cui viuere nouit.
 Augustinus erat hos qui per scripta regebat;
 Nam normam vitæ clero determinat ipse.
 Illum qui misit ut praesul Athelbero vidit,
 Ecclesiam sane per eum bene fructificare,
 Perque virum talem diuinam crescere laudem.
 Hac letus venit, altareque sanctificauit.
 Inceptaque domus titulo satis exhilaratus,
 Et dotes auxit & honores accumulauit,
 Villam cum decimis, bannum cum parochianis,
 Pastori primo condonauit Vicelino,
 Commissa cura populi cum praepositura
 Et bis septenas in parochia bene cultas
 Adiecit villas, decimas quoque contulit illas,
 Inque locis quicquid accrescere postea possit
 Incultis in eas simul & collata potestas.
 Ecclesiam Bishorst illi subiecit & Ichhorst.
 Bishorst cum bannis, bannos cum parochianis.
 Cum VVicfletensi decima bannum dedit illi,
 Et decimas Gestre, retinet quas litus utrumque.
 Ichhorst cum bannis, bannos cum parochianis.
 Bredenberg decimam claudit, Stura Lutesou vnã,
 Et Sladen & VVilstrã claudit cū VValburgou vnã.
 Praesulis has decimas donauit larga voluntas.
 Et Bishorstensis decimatio tota paludis
 Additur, & quaeque fratrum labor occupat aequè.
 Eruit & quaeque suus agriculator vbique.
 Hoc quoque promisit ut si quis pastor obibat,
 Ne lis contingat, electio libera fiat,
 Et sit cunctarum rerum respectus ad ipsum,

Subiectusque locus sit successoribus eius,
 Hammaburgensi qui praesideant bene sedi.
 Talia collata pia praesul Athelbero dona
 Chartas conscriptas, & res in scripta redactas
 Bullis firmavit, bannoque suo stabilivit.
 Inde videns domini praesul studium Vicelini
 Ad conuertendas animas & saluificandas,
 Illi vicinas placuit committere terras,
 Lucrari gentes Christo, simulachra colentes,
 Ut vice pontificis soluentis siue ligantis
 Verba dei sereret, credentes multiplicaret.
 Tunc Henricus erat qui Slauis imperitabat,
 Vicina genti sibi iure suo famulanti,
 Hunc prudens adiit doctor suadereque cepit,
 Ut propter summi pateretur praemia regni
 Idola deponi, Christoque Deo famulari,
 Ecclesiasque strui, per regnum delubra tolli.
 At rex Henricus fidei non fictus amicus
 Audit gratanter quae suaserat ille decenter,
 Iureque regali, de causa spiritali,
 Ut decuit toti praefecit eum regioni,
 Idola destruere, fidei portas aperire,
 In fidei verbis deponere colla superbis,
 Ecclesias struere, peruersos quosque docere.
 His homo firmatus, omni virtute probatus,
 Ecclesiam Bucue veteri fundauit in vrbe;
 Misit eo fratres missas reuerenter agentes
 Officiumque suum; Ludolfum, Brun, Herimannum,
 Principe viuente pacem fratres habuere.
 Defuncto rege mala protinus inualuere.
 Ergo concussus animo doctor reuerendus,
 Regem Romanum perrexit adire Luderum.
 Gestas exposuit res, & votum patefecit,
 Pro Christo plures se velle subire labores,
 Ut tantum Christus cunctis fieret manifestus.
 Quae em bene suscepit Caesar pius, atque remisit
 Conditione bona, non imminuens ei dona,
 Quantis Slauorum rex inuestiuerat illum.
 Adiecit tamen his maiestas imperialis
 Indigenis terrae concedens vel sua quaeque
 Pradia vendendi, vel quaeque volent tribuendi
 Ecclesiae cuique quam construeret pater iste.
 Insuper Holsatis loca per nemorosa locatis
 Haec est libertas, haec est concessa potestas,

Hoc etiam donis *Cæsar* superaddidit istis,
 Ne grauet vlla suos exactio dura colonos;
 Chartis inscripsit hæc & bulla stabilivit.
 Addidit ad grandem *Christi* genitricis honorem
 Pro prece consortis thalami manus imperialis.
 In *Sigebergensi* villa loca congrua patri:
 Vt sub castello conuersos collocet illo,
 Prædia villarum donans illis aliquarum.
 Nomina villarum sunt hæc subter positarum:
 Est *Sigebergensis* illorum villa forensis,
 Vicus *Rikeri*, cum *Zuisla* vicus *Hageri*,
 Cum *VVitenburna* bina vicus *Moikiogga*,
 Et quas incultas sibi possunt addere villas,
 Quas pariter funis amplectitur imperialis.
 Castri namque iugum quo tendant solis ad ortum
 Terminus Holtorum fines præfigit earum
 Solis ad occasum, fuit hoc regi bene suatum,
 Commoda terrena dare præ caelestibus illa.
 Scriptis firmavit hæc & bulla solidavit.
Cæsar vt hæc fecit vires pater inde recepit
 In *Sigebergenses* intendere cœpit honores,
 Fundavitque domum, domino consciuit in vnum
 Qui pro spe regni parerent religioni,
 Fecit conuentum, bene cœpit habere prouentum,
 Omnibus indixit omni quo tempore vixit,
*Cæsar*is vt memores & regina simul omnes,
 Et *Sigebergenses*, pariterque *Monasterienses*,
 Orent his veniam flectentes iudicis iram,
 Pro multis donis, quæ causa religionis
 Ecclesiis illis tribuere, Deique pusillis.
 Sic semen iactum succreuit centuplicatum,
 Ad *Trauennam* iactum cœpit contingere penum,
 A modico fluuio, qui vulgo vocatur *Hyrundo*,
 Ad mare nimbosum, quod vergit solis ad ortum,
 Ramos extendit, in cor maris inde tetendit,
 Ecclesiis positis accreuit turba fidelis,
Aldenburg, *Sarou*, *Plunen*, *Burnhauede*, *Bosou*,
 Cum *Hameresthorpe*, *Suslen*, *VVendsina*, *Tadesla*.
 Sed post hæc annis viginti quinque peractis,
 Per quos ingenuus vir & illustris *Vicelinus*
 Multos sudores tulerat variosque labores,
 Et *Christi* cultum plantarat sanguine fratrum,
Hammaburg *Hart* vicus præsedet nobilis ortus,
 Qui diuinitatem dum sedem *Metropolitam*

Cerneret, ac gentes sibi substractas boreales,
 Danos cum Swedis, Nordmannos cum Scrideuindis
 Hammaburgensem reparari usus honorem,
 Est perscrutatus hoc munere quis foret aptus.
 Strenuus in rebus tunc inuentus Vicelinus
 Est sublimatus in honorem pontificatus,
 Aldenburgenfis locus est per eum renouatus,
 Et praesul dictus est Antiquipolitanus.
 Est Euermodus Racesburg sede leuatus,
 Tertius est dictus Einhard Magnopolitanus,
 Hi tres pontifices auxerunt Hamburg honores.
 Istos Hartvicus promouit nobilis ortus,
 Clarus ut exinde foret Archiepiscopus ipse,
 Et successores reperirent sedis honores.
 Ergo praedictus vir Apostolicus Vicelinus
 Sic exaltatus in honorem pontificatus,
 Extulit in culmen condonatum sibi lumen,
 Lumen in Ecclesiis, & clero religionis,
 Lumen honestatis populo fuit & pietatis.
 Primos sudoris fructus propriique laboris
 Et Sigebergensem clerumque Monasteriensem,
 Affectu patris rosouebat amoreque matris,
 Et lac maternum praebens panemque paternum,
 Sumptus carnales dans his & spirituales,
 Moribus & vita fuit omnibus vnica forma,
 Hinc videns portas fidei clementer apertas
 Sclavorum populo quem fouerat ipse tenello
 In fidei norma, fit & illis amodo forma,
 Quomodo mente bona contemnant idola vana,
 Christum vero Deum credant qui regnat in euum.
 Promouit clerum pro curis Ecclesiarum,
 Pastores posuit in eis quas ipse dicauit,
 Deque monasterio proprio sibi collocat isto
 Natu maiores in claustrum Sigeberg omnes.
 Illic praepositus Ludolf, Thietmarque decanus
 De Brema raptus, Rachel complexibus aptus.
 Presbyter & Flandrus ibi Volcar clauiger aptus,
 Et reliqui fratres ibi, cum pueris seniores,
 Cessit & in Keuena Lindmundo praepositura.
 Presbyter aptus ei Meinbrandus fit comes illi.
 Hinc quoque substracti sunt fratres per loca sparsi
 Aldenburgenfis Brun, Holmolderat Bosovvensis
 Et Eilaph Suslensis, Herioldus, Burnhuedensis,
 Et Bisthorstensis Herman, Ebrecht Porokensis:

Tales quippe viros elegerat ille sacerdos,
 Miserat in multam quem præsul Athelbero messens.
 Qui secum sererent, & messem multiplicarent.
 Sed pene disiecta domus hæc, sic est reparata:
 Eppo Frisensis prior, & vir spiritualis
 Ut domino vouit immobilis ipse remansit.
 Reimbertus mansit etiam quem Flandria misit.
 Tunc iuuenum numerus sensim succreuit adauctus
 Qui disciplinis instructi religionis,
 Seruantesque locum cæperunt sistere gressum.
 Post hæc feruente studio pietatis robique,
 Præpositum nostrum seu pontificem VVagerorum
 Et labor absumpsit multus, seniumque grauauit,
 Corpore defecit, grauitèr languescere capit.
 O quam iudicia nobis diuina tremenda!
 Lectulus excepit quem morbus pondere pressit,
 Lingua priuauit, languentia membra resoluit,
 Detinuit que duos iunctis sex mensibus annos,
 Hunc agrum fratres tenuere monasterienses,
 Suntque velut patri sibi dilecto famulati.
 Ut consummatus est & velut igne probatus,
 Ille vir egregius est tandem carne solutus,
 Spiritus exceptus caelesti sede receptus,
 In medio mensis qui dicitur esse Decembris:
 Idibus eiusdem præsul defungitur idem,
 Anno milleno centeno ter duodeno,
 Addas his annos bis dinumerando nouenos,
 A patre transmissus ex quo Deus est homo factus:
 Hammaburg sedit tunc Archiepiscopus Hartvvich,
 Cæsar & Augustus Romanus erat Frithericus.
 Dux erat Heinricus, comes Holsatensis Adolfus,
 Filius Ammonis Marcradus erat regionis
 Præfectus, patriæ prudens vexillifer ipse.
 Annus erat quintus ipsius pontificatus,
 Qui præsul dictus est Antiquipolitanus,
 Ecclesiæ primus pastor nostræ Vicelinus,
 Cuius & aduentus fuit hæc tricesimus annus.
 Corpus in Ecclesia positum coram crucis ara
 Fratres Ecclesiæ digno venerantur honore;
 Et plures hodie venientes officiose
 Vota vouent domino, reddunt sua vota sepulto.
 Eppo præpositus hunc est virtute secutus,
 Cum populi cura remanens in præpositura.
 Iste domum domini fabrica perfecit in omni.

Dixit sex annis in cultu religionis,
 Sextum post annum curæ relinquens Herimannum.
 Qui bis septenis post illum præfuit annis,
 Et sua dum vixit satis apte tempora rexit.
 Huius temporibus Hartvvicus præsul honorus,
 Templum sacrauit, & dotes amplificauit,
 Cunctaque firmavit quæ præsul Athelbero scripsit.
 Tunc quoque præpositus defecit morte Luidolfus,
 Et Sigebergenses consensu conuenientes
 Sumunt prælatum sibi Bremensem Thidericum.
 Præposito vero defuncto post Herimanno,
 Diraque mors omnes ut consumsit seniores
 Suppositis humeris onus absumsere laboris:
 Quos bona pastoris schola prima monasteriensis
 Fouerat infantes & nouerat insipientes,
 Artibus & studiis simul informarat honestis,
 Quas Augustini lex cum monitis Vicelini
 Instituit pariter, & viuere conuenienter,
 Ut memores patrum leges teneant seniorum,
 Participes morum sint hæredesque laborum,
 Ut donum regni mereantur iure perenni,
 Aldenburgenfi transmittitur à duce sedi
 Geroldus Sueuus, qui sedem pontificatus
 Aldenburgensem primus fecit Liubicensem.
 Conradus sedem germanus frater eundem
 Post illum tenuit, Heinrico vero reliquit
 Flandria quem misit: hos dux in sede locauit.
 Post hos præpositum Sigebergensem Thiedericum
 Collocat in sedem Cæsar Fritheric Liubicensem.
 Vita decessit ubi præsul nobilis Hartvovich
 Baldvvinum sedi Cæsar misit dominari,
 Qui post subtractus auit a morte que raptus,
 Sifrido sedem dimisit pontificalem,
 Qui de Brandenburg translatus sedit in Hamburg.
 Tunc de Brunefvich dux famosissimus Heinrich
 Culmine priuatus est & ditione ducatus.
 Suscepit regimen Anahaldensis Comes idem,
 Bernhardus, cui germanus & ille Sifridus
 Hammenburgenfis fuit, Ottoque Saltvvidelensis.
 Sed post hæc ternis ubi sedi præfuit annis
 Sifridus moritur, Hartvvicus sede leuatur.
 Hic mirare Deum, qui viuens nunc & in æuum,
 Disponit totum iustum moderamine mundum,
 Exaltans humilem, propulsat sede potentem,

Omnibus in morum dans culmine spem meliorum.
 Ut lede progenito datur infula pontificalis,
 Cuius condicio fuit ordo monasterialis.
 Iste manus mittens ad fortia quæque deinceps,
 Est satis inuentus industrius atque paratus
 In causis rerum sane discernere verum.
 Hic res Ecclesie statuens non dilapidare,
 Iussum papale seruauit & Imperiales;
 Nam non exhaustit sibi credita, sed magis auxit.
 Hic quoque Birsenses dictas dudum moniales
 Eiecit quasdam, maculauerant quia famam
 Vitæ communis & celibis atque salubris:
 Quasdam collegit & eas sub iura redegit.
 Fecit claustrales velut decuit moniales,
 Harum cum cura suscepta prepositura.
 Dominus Thietmarus tulit impositum sibi pondus
 Claustri Birsensis, prior ante Monasteriensis.
 Qui disciplinam reputans animæ medicinam,
 Portas extruxit, valuas appendere cepit,
 Vetes opposuit, & clauibus ostia clausit,
 Crudelis patulas ne mors ingressa fenestras
 Obruat incautas æterno lumine priuans,
 Tollat corruptas perimens & crimine captas.
 Cuius cernentes illæ studium moniales,
 Sub vigili cura susceperunt sua iura,
 Iura tenenda bonis habitu sub relligionis,
 Et disciplinæ ceruices supposuere,
 Anno milleno centeno bis quadrageno
 Adiectis annis à Christi tempore quinis,
 Hæc est diuinæ sacra commutatio dextræ,
 Quæ bona sunt solidans, mala pellens, tempora mutans.
 Est ad cor magnus Vicelinus & hic reuocandus,
 Pro studio cuius Deus est reuerenter amandus.
 Nam, velut elucet, sibi credita vinea floret,
 Floret adhuc, ramos quia profert multiplicandos,
 Hammaburgenses hoc norunt & Statherenses.
 Non ignorat eum tenuit quem Brema magistrum,
 Aldenburgenses hoc dicunt & Plunienses,
 Hoc Sygebergenses ostendunt & Lubicenses,
 Racesburgenses affirmant & Diminenses,
 Contradicientes non sunt his Magnopolenses,
 Non sunt Milenses cum Slesvvic ista negantes.

EPITAPHIUM
 ARCHIEPISCOPI GOTFRIDI
 INCISVM LAPIDI IN CHORO VE-
 teris Monasterij S. Georgij, Stadij.

A NNO Domini M. CCC. LXIII. in die Beatae Barbarae obiit ve-
 nerabilis Pater, Dominus Godefridus nobilis de Arnesberghe, san-
 ctæ Bremensis Ecclesie Archiepiscopus, hic sepultus. Orate pro eo, qui
 per XII. annos iniustas iniurias à suis fuit passus: sed tribulantes eum
 grauitè à Deo puniti fuerunt.

F I N I S.



PRI-

PRIVILEGIA
 ARCHIECCLESIAE
 HAMMABURGENSIS.

HLVDOVICI IMP. PRIVILEGIUM, EC-
clesia Hammaburgensi concessum.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri IESU
 Christi, Hludovicus diuina fauente & propitiante
 clementia Imperator Augustus.

SI specialibus cuiusque fidelium nostrorum necessitatibus prospectius subue-
 niendum esse, Imperialis auctoritas monstrat, quanto magis ad debitam genera-
 litatis prouidentiam æquum dignumque pertinet, vt Ecclesie Catholice atque A-
 postolicæ, quam Christus pretioso sanguine redemit, eamque nobis tuendam
 regendamque commisit, piam ac sollicitam in eunctis oportet gerere curam, &
 vt in eius prospectu, vel exaltatione congruam exhibeamus diligentiam, nouis
 ad eius necessitatem vel vtilitatem atque dignitatem pertinentibus rebus, noua
 imo necessaria & vtilia prouideamus constituta. Idcirco sanctæ Dei Ecclesie fi-
 liis presentibus & futuris certum esse volumus, qualiter diuina ordinante gra-
 tia nostris in diebus, Aquilonaribus in partibus, in gētibus videlicet Danorum,
 Suecorum, Norweon, terræ Gronlandon, Hallingalandon, Islandon, Scre-
 deuindon, & omnium Septentrionalium & Orientalium Nationum magnum
 cælestis gratia prædicationis siue acquisitionis patefecit ostium. Ita vt multitu-
 do hinc inde ad fidem Christi conuersa, mysteria cælestia, Ecclesiasticaque sub-
 sidia desiderabiliter expeteret. Vnde Domino Deo nostro laudes immensas per-
 soluentes extollimus, qui nostris temporibus & studiis sanctam ecclesiam, spon-
 sam videlicet suam in locis ignotis finit dilatari atque proficere. Quamobrem
 vna cum sacerdotibus cæterisque Imperij nostri fidelibus hanc Deo dignam cer-
 nentes causam valde necessariam, atque futuræ Ecclesie dignitati proficuum,
 dignum duximus, vt locum aptum nostris in finibus euidentius eligeremus, v-
 bi sedem Archiepiscopalem, per hoc nostræ auctoritatis præceptum statuere-
 mus, vnde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum facilius vberius-
 que capere valerent, & sitientes salutis gratiam præ manibus vel oculis habe-
 rent, insuper & magnorum progenitorum nostrorum sacra lucrandi studia no-
 stris in diebus nunquam deficerent. Progenitor etenim noster gloriosæ memo-
 riæ KARVLVS omnem Saxoniam Ecclesiasticæ religioni subdidit, iugumque
 Christi adusque terminos Danorum atque Slauorum corda ferocia ferro per-
 domans docuit, vbi inter has vtrasque gentes Danorum siue Winedorum vlti-
 mam Saxonie partem sitam & diuersis periculis, temporalibus videlicet & spiri-
 tualibus, interiacentem perspiciens, Pontificalem ibidem sedem fieri decreuit
 trans Albiam. Vnde postquam terram Transalbianorū laxata captiuitate, quam
 ob multam perfidiam in ipsis Christianitatis initiis patratam per septennium
 passi sunt, ne locus ille à barbaris inuaderetur Ekeberto Comiti restituere præ-
 ceperat, non iam vicinis Episcopis committere voluit. Sed ne quisquam eorum
 hanc sibi deinceps parochiam vindicaret, ex remotis Gallie partibus quendam
 Episcopum Amalarium nomine direxit, qui primitiuam Ecclesiam ibidem con-
 secraret. Sed & eidem Ecclesie sacras reliquias ac plura Ecclesiastica munera
 pia largitate specialiter destinare curauit. Postmodum vero captiuis optatam
 ad pa-

ad patriam vndique confluentibus, eandem parochiam cuidam presbytero Heride nomine specialiter commendauit, quem vniuersæ Transalbianorum Ecclesiæ, ne ad ritum relaberetur gentilium, vel quia lucrandis adhuc gentibus locus ille videbatur aptissimus, disposuerat consecrari Archiepiscopum, vt ipsi occasione vel auctoritate summa in ipsis terminis gentium, sedulitate prædicandi sancta multiplicaretur Ecclesia dum vicinorum ipsius nouitatis Episcoporum multa latitudinis cura non sufficiebat discurrere per omnia. Delegauit etiam eidem presbytero quandam cellam Rodenach vocatam, quatenus eidem loco periculis circumdato fieret supplementum. Sed quia consecrationem iam dicti viri, velox ex hac luce transitus pij genitoris nostri fieri prohibuit, Ego autem, quem diuina clementia in sedem regni eius asciauerat, cum in multis Regni negotiis insisterem, hoc quoque prædictum patris mei studium, velut Regni in finibus minus caute adtenderem, prædictam parochiam vicinis Episcopis interim commendauit. Nunc autem tam propter supra scripta Ecclesiastica lucra in gentibus demonstrata, quam & propter votum pij genitoris nostri, ne quid eius imperfectum remaneat, statuimus vna cum consensu Ecclesiastico præfata vltima in regione Saxonica trans Albiam, in loco nuncupato Hammaburg, cum vniuersa Transalbianorum Ecclesia, proprii vigoris constituere sedem Archiepiscopalem, cui & primum præesse, atque solenniter consecrari per manus Drogonis Metensis, & summæ sanctæ Palatinæ dignitatis præfulis Ansgarium fecimus Archiepiscopum, adstantibus Archiepiscopis Ebbone Remensi, Hetti Treuerensi, & Orgaro Moguntienfi, cum plurimis aliis generali in conuentu totius Imperij nostri præfulibus congregatis: assistentibus quoque specialiter & consentientibus atque consecrantibus Helingando siue Willerico Episcopis, à quibus iam dictæ parochiæ partes, à nobis & à patre nostro sibi olim commendatas recepimus. Cui videlicet Ansgario tam nostro, quam sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritate hanc Deo dignam in præfatis gentibus commisimus legationem ac proprii vigoris ascribere decreuimus dignitatem. Et quia casus præteritorum cautos nos facit in futurum, ne quisquam Episcoporum aliquam sibi trans Albiam, vel alicubi in prædicta parochia vindicet potestatem, certo limite circumscriptum esse volumus, videlicet ab Albia flumine deorsum vsque ad mare Oceanum, & sursum per omnem Slauorum prouinciam vsque ad mare quod Orientale vocat, & per omnes prædictas nationes Septentrionis. Omnes quoque paludes, infra siue iuxta Albiam positas, cultas & incultas, infra terminos eiusdem parochiæ ponimus; vt Transalbiani se & sua ab incurso paganorum, qui sæpe timendus est, securius in hiis locis occultare queant. Et vt hæc noua constructio periculosis in his locis cæpta, subsistere valeat, quandam cellam Turholt vocatam tam huic nouæ constructioni, quam Archiepiscopi successorumque suorum in gentibus legationi perenniter seruituram ad nostram nostræque sobolis perpetuam mercedem diuinæ offerimus Maiestati. Res itaque præfata sedis, & iam dicti monasterij sub plenissima defensione, & immunitatis tuitione volumus vt consistant, vt liceat venerabili Archiepiscopo prædicto suisque successoribus ac omni clero sub eorundem regimine constituto, quiete in Dei seruitio gerere, & pro nobis proleque nostra atque statu totius Imperij diuinam misericordiam exorare. Et vt hæc autoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmauimus, & sigilli nostri impressione signare iussimus.

Signum Hlode

PII
VL

vici piissimi Imperatoris.

Hirminmarus Notarius ad vicem Theodonis recognoui.

Data

Data Idus Maij, Anno XXI. Imperij Domini Hlodevvi-
ci piissimi Augusti, Indictione XII.

*Actum Aquisgrani in Palatio Regio, in Dei nomine felici-
ter, Amen. Anno Domini Iesu Christi, D. CCCXXXIV.*



DE CONFIRMATIONE ANSGHARII AR-
chiepiscopi per Papam Gregorium IV.

GR^EGORIUS Episcopus servus servorum Dei, omnium fidelium dino-
scentia certum esse volumus, qualiter beatae memoriae praecellentissimus
Rex KARVLVS tempore praedecessorum nostrorum diuino afflatus spiritu,
gentem Saxonum sacro cultui subdidit, iugumque Christi, quod suaue ac leue
est, ad vsque terminos Danorum siue Slauorum corda ferocia ferro perdomans
docuit, vltimamque regni ipsius partem trans Albiam inter mortifera pagano-
rum pericula constitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur gentium, vel etiam
quia lucrandis adhuc gentibus aptissima videbatur, proprio Episcopali vigore
fundare decreuerat. Sed quia mors effectum prohibuerat, succedente eius praec-
cellentissimo filio Hludewico Imperatore Aug. pium studium sacri genitoris
sui efficaciter impleuit. Quae ratio nobis per venerabiles Ratolfum siue Vernol-
dum Episcopos, nec non Geroldum comitem vel missum venerabilem relata est,
confirmanda. Nos igitur omnem ibi Deo dignam statutam prouidentiam co-
gnoscentes, instructi etiam praesentia fratris filiiq; nostri Ansharij, primi Nord-
albingorum Archiepiscopi per manus Drogonis Metensis Episcopi consecrati,
sanctum studium magnorum Imperatorum, tam praesenti auctoritate, quam et-
iam pallij datione, more praedecessorum nostrorum roborare decreuimus, qua-
tenus tanta auctoritate fundatus praedictus filius noster, eiusque successores lu-
crandis plebibus insistentes aduersus tentamenta Diaboli, validiores existant, ip-
sumque filium nostrum iam dictum Ansharium & successores eius legatos in
omnibus circumquaque gentibus Danorum, Sueonum, Nortwehorum, Far-
riae, Gronlandan, Halingolandan, Islandan, Scrideuindum, Slauorum, nec
non omnium Septentrionalium & Orientalium nationum quocunque modo
nominatarum delegamus. Et posito capite & pectore super corpus & confessio-
nem sancti Petri Apostoli, sibi suisque successoribus vicem nostram perpetuo
retinendam, publicamque euangelizandi tribuimus auctoritatem ipsamque se-
dem Nordalbingorum, Hammaborch dictam, in honore sancti Saluatoris, e-
iusque intemeratae genitricis Mariae consecratam, Archiepiscopalem esse de-
cernimus. Consecrationem vero succedentium sacerdotum donec consecran-
tium numerus ex gentibus augeatur, sacrae palatinae prouidentiae interim com-
mittimus. Strenui vero praedicatoris persona, tantoque officio apta in successio-
ne semper eligatur, omnia vero a venerabili Principe ad hoc Deo dignum offi-
cium deputata nostra etiam auctoritate pia eius vota firmamus, omnemque re-
sistentem vel contradicentem, atque piis nostris huius studiis quolibet modo in-
fidiantem, anathematis mictione percutimus, atque perpetua vltione reum dia-
bolica sorte damnamus, vt culmen Apostolicum more praedecessorum nostro-
rum causam Dei pio affectu zelantes ab aduersis hinc inde partibus tutius mu-
nia-

niamus. Et quia te charissime fili Anshari Diuina clementia noua in sede pri-
mum disposuit esse Archiepiscopum, nosque pallium ad missarum solemnia ce-
lebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis, vti & Ecclesie tue perpetuo statu
manentibus priuilegiis vti largimur. Sancta Trinitas vitam tuam conseruare di-
gnetur incolumem, atq; post seculi amaritudinem ad perpetuam perducat bea-
titudinem, Amen.

L E O P A P A A N S C H A R I O E P I S C O P O .

L E O Episcopus seruus seruorum Dei, beatissimo Anshario sancte Hamma-
burgensi Ecclesie Archiepiscopo, aeternae vitae beatitudinem.

Q V O N I A M Apostolicæ dignitatis est, non solum Ecclesias fundare, sed &
ab aliis Ecclesiarum spiritualibus architectis fundatas sublimare, dignum duxi-
mus frater charissime, pro petitionis tue voto aures debitæ benignitatis tue in-
clinare. Concedimus igitur sicut à prædecessore nostro beato Gregorio conces-
sum est, scilicet vt gentes Wimodiorum, Nordalbingorum, Danorum, Norwe-
norum, Suetorum vel quascunque septentrionalium nationum iugo fidei præ-
dicatione tua subdideris, ad sedem Hammaburgensem spirituali dominatione
possideas & omnibus successoribus tuis ad eandem sedem perpetuo possideas
relinquas. Decernimus quoque tibi & omnibus successoribus tuis ad sedem Hå-
maburgensem, vñum pallij in festis & temporibus, à prædecessore nostro tibi de-
nominatis, scilicet in Paschate, in Pêtecoste, in Natale Domini, in Assumptio-
ne, in natiuitate, in purificatione sancte Mariæ, in Natalitijs Apostolorum & do-
minicis diebus, & omnibus festis, in diocesi tua celebribus. Ornari quoque ca-
put tuum mytra, portari ante te crucem. Age ergo frater beatissime opus bonum
quod incæpisti, nec desistas donec perficias. Funda in locis oportunis Ecclesias,
consecra presbyteros, & per determinatos terminos ordina Episcopos, quorum
omnium tu Archiepiscopus existas: omnesq; supradictarum nationum amplius
profuturi Episcopi, cum subiectis sibi plebibus tibi & omnibus successoribus tuis
ad sedem Hammaburgensem perpetua subiectione & obedientia subiecti per-
maneant. Præterea tibi & sancte Håmaburgensi Ecclesie, & omnibus successoribus
tuis auctoritate Apostolica firmamus, quæcunque Ecclesie tue iam à Christi-
colis tradita sunt, vel amplius delegata fuerint in parochijs, in prædijs, in omnibus
rebus mobilibus vel immobilibus, in mancipijs vtriusq; sexus vt ea Ecclesia præ-
dicta inuiolabili potestate perpetuo possideat. Si quis autem contra huius nostre
auctoritatis priuilegium ire tentauerit, & quoquomodo in parte vel in toto fran-
gere nisus fuerit, etiamsi sit Apostolicæ dignitatis persona, æterna excommuni-
catione cum Iuda traditore Domini pereat, nisi resipiscat, & Ecclesie Hambur-
geni satisfaciatur. Data per manum Stephani Cancellarij sancte Romanæ Eccle-
siae mense Martio, Indictione xii.

N I C O L A V S P P . D E C O N F I R M A T I O .
ne Ramesloa.

N I C O L A V S Episcopus seruus seruorum Dei, omnibus fidelibus sancte Dei
Ecclesie, presentis scilicet temporis & futuri. Quisquis Dominum & Redem-
ptorem nostrum Iesum Christum de sinu patris ad terram pro demonstranda cordi-
bus hominum vera & certa fide descendisse non dubitat, profecto non ignorat,
omnes qui eiusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & præcipue
nos, qui per primum tantæ virtutis ministrum locum præcipuum retinemus,
hominibus debere lucrandis insistere, & per vniuersas gentes verbi semina
ferere, & solatia serentibus ministrare. Nunc autem quia Hludewicus sublimissimus
Rex per Salomonem venerabilem Episcopum ciuitatis Constantie nostro studuit
Apostolatui intimare, quod piæ memoriæ Hludowicus Imp. genitor suus quæ-
dam monachum nomine Ansharium de monasterio Corbeia tulisset, & collo-
casset eum iuxta Albiam fluuium in confinibus Sclauorum & Danorum, atque
Saxo-

Saxonum, in castello Hammaburg, annuente ac solennia sedis Apostolicae privilegia praebente praedecessore nostro beatae memoriae Papa Gregorio, cuius etiam auctoritate in supradicto Nordalbingorum populo sedes constituta est Archiepiscopalis, in castello superius memorato Hammaburg; & in eadem quoque sede accepto à sede Apostolica pallio, Archiepiscopus primus est ordinatus Ansharius. Cui à praefato Pontifice delegata est cura seminandi verbum Dei, & animas lucrandi Deo. Cuius delegationis, & auctoritatis, & pallij acceptionis pagina nobis est à praefato filio nostro Hludowico rege per iam dictum Salomonem Episcopum destinata, iuxta morem sanctae Romanae Ecclesiae bullata. Per cuius tenorem paginae haec ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis iam fati regis per fidelem virum Salomonem scilicet Episcopum intimaui. Verum quia KARVLVS Rex frater saepedicti regis Hludowici abstulit à praenominato loco, qui dicitur Hammaburg monasterium, quod appellatur Turholt, utpote quod post partitionem inter fratres suos in regno suo coniacere videbatur, situm in Occidentali Francia; quod illic genitor suus ad supplementum & victum Episcopo & Clericis eius dederat, capere, sicut fertur, omnes ministri altaris recedere. Deficientibus quippe necessariis sumptibus ab ipsis recesserunt gentibus, & eadem ad gentes legatio per huiusmodi factum defecit. Ipsa quoque metropolis Hammaburg, Dei permittente occulto iudicio, per barbarorum saevitatem prorsus deuastata est. [Cōtigit namque ex improviso piratas aduenientes civitatem nauigio circumdedisse, filius vero noster Archiepiscopus Ansharius ibi positus, cum hiis qui aderant in vrbe ipsa vel in suburbio manentibus primo quidem audito aduentu eorum locum ipsum continere voluit, donec maius eis veniret auxilium, sed impellentibus paganis & civitate iam obsessa cum eis resisti non posse conspexit, quomodo pignora sanctarum reliquiarum asportarentur praeparavit, sicque ipse clericis suis huc illucque fuga dispersis etiam sine cappa sua vix euasit. Denique hostes arrepta civitate ac succensis omnibus & direptis egressi. Hiis ita peractis, cum filius noster iam dictus Ansharius multis esset pressuris & calamitatibus oppressus, & fratres congregationis eius vna cum sanctis pignoribus per varia loca circumeundo huc illucque vagarentur, & nusquam sedem haberent quietam, matrona quaedam nomine Ika, diuino amore taeta ex sua hereditate possessiunculam ei tradidit in sylua Ramesloa nominata in pago Berdangoa, in Episcopatu Waldgarij Verdenis Ecclesiae Episcopi, vbi & cellam construxit, & reliquias sanctorum vna cum fratribus qui supererant collocavit. Quāobrem Clementissimus Rex iam saepe dictus Hludowicus quaerere cepit quomodo ei solatium subsistendi faceret, quo legationis suae mandatum perficere posset. Et quia in eadem prouincia cellam nullam huic legationi habebat congruam, suggerere studuit praedicto Waldgario Verdenis Ecclesiae Episcopo, ut eius permissione ei liceret in supradicto loco Ramesloa monasterium ex suis impensis construere, vbi fratres, qui tanta clade superfuerant, sustentarentur, & ipse locum suspirandi, & si qua vnquam facultas suppeteret, propter vicinitatem eiusdem loci Hammaburgensem Ecclesiam restaurandi, haberet sub suo successorumque eius regimine & potestate mansurum. Cui quidem rei ipse admodum contrarius extitit. Qua de causa postmodum in Wormatia civitate positus duobus regibus Hludowico & Hlotario praesentibus Archiepiscopis Ebone Remensi, Hetti Treuerensi, & Otgario Mogontiacensi, cum plurimis aliis generali interuentu vtriusque regni praesulibus congregatis haec eadem res posita est. Quod cum ab omnibus bene ita ordinatum probaretur, ut praedictus Pontifex Walgarius hoc ipsum sua auctoritate concederet & firmaret, cuncti rogauerunt. Qui primo quidem fortiter hiis reniti cepit, iustum non esse multipliciter asserens, ut honorem suae sedis in aliquo minueret, postremo tamen & ipsis regibus & cunctis Episcopis ibi aggregatis pro hoc ipso cum rogantibus & omnino causa necessitatis id licitum fore dicentibus respondit, si Apostolica auctoritate firmaretur, ex se quoque ratum esse.] Vnde per saepe nominatum

tum venerabilem missum, Salomonem videlicet Constantiæ ciuitatis Episcopum hoc relatum est confirmandum, ac postulatum est nostra auctoritate roborandum. Nos igitur id subtili perpendentes examine, animaduertimus propter instantem necessitatem, & animarum lucra in gentibus demonstrata vtile fore. Omnia enim quæ proficua Ecclesiæ probantur existere, & diuinis non resultant præceptionibus, licita & facienda esse non dubitamus: maxime in tam nouellæ Christianitatis plantatione, in qua varij solent euentus contingere. Quamobrem omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & hoc nostro decernimus decreto, secundum reuerendissimi regis Hludowici votum, & prænominati Episcopi Waldgarij, aliorumque Episcoporum consensum, vt prædictum monasterium Ramesloa nominatum, sub potestate & regimine Anscharij Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi, eiusque successorum perpetualiter consistat. Nullus ergo Fardensis vel quilibet Episcopus vllam sibi deinceps in eodem monasterio vindicet potestatem. Quinimo & ipsi & omnibus suademus, & veræ religionis cultoribus, vt sacra hac legatione fungentibus adiutorio & solatio sint, quatinus pro gratia huius beneficij plenam mercedem recipere mereantur, ab eo qui dixit, *Ite docete omnes gentes. Et: Quicumque receperit vos, me recipit.* Itaque omnia à dilecto filio nostro rege Hludowico ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia eius vota auctoritate firmamus. Et quia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque aduersantem vel contradicentem, atq; piis huius nostris studiis quolibet modo insidiantem anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ ultionis reum diabolica sorte damnamus, vt culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum, causamque Dei pio affectu zelantes, ab aduersis hinc inde partibus tutius muniamus. Obseruator vero & custos huius nostræ salutiferæ præceptionis benedictionis gratiam à beato Petro Apostolorum Principe, & cælestis retributionis æternæ gaudia à iusto iudice Domino Deo nostro consequi meretur. Scriptum per manum Leonis notarij, regionarij, & scrinariij sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Maio, Indictione xii. Datum Kalend. Iunij per manus Tiberij primicerij, sanctæ sedis Apostolicæ. Imperante Domino * piissimo Papa. Anno pontificatus eius v. Indictione xii.

*HEINRICVS DE COMMVTATIONE VN-
nis Episcopi & VVallarici.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Henricus diuina fauente clementiâ Rex. Nouerint omnes fideles nostri, tam præsentis quam etiam & futuri, qualiter nos rogatu Vnnonis Håburgens. Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, quâdam commutationem inter se, & quendam nobilem virum nomine Willarium, fieri permisimus. Tradidit etiam præfatus Willar. cum manu Rasmadæ cõiugis suæ, & Thoadulphi filij eius, ad prædictum episcopatum in manum ipsius Ecclesiæ Episcopi Vnnonis, & Vlfridi sui etiam aduocati, quidquid proprietatis in locis Holtgibutli, Holthem, Fokaresha, Niantorp, Omanthorp, Walle, Magulun, Rikinburgi & Damisla nuncupatis habere visus est, cum curtilibus, ædificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, & omnibus quæ dici aut nominari possunt appendiciis, contra eam recompensationem, quam ab eodem episcopatu sibi traditam accepit, & nostræ auctoritatis scripto cõfirmatam adquisiuit. Eandem vero commutationem eiusdem Episcopi petitione hac scripto confirmari iussimus, & vt hoc nostræ confirmationis præceptum à fidelibus nostris verius credatur, & diligentius obseruetur manu nostra subtus illud firmauimus, & anuli nostri impressione sigillari præcepimus. Data ix. Kalend. Iunij, Anno Dominicæ incarnationis d. c. c. c. xxxv. Indictione viii. Anno autem Henrici Regis xvii. Actum Diusburg in DEI nomine, Amen.

OTTO. DE LIBERTATE LO-
ci Priuilegium.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clemētia Rex. Qui mundiāli potestate præditi, quibuscunque necessariis regentium suffragari festinant, diuinam sibi nihil refragari certissime sciant. Ideoque non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum, quia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter speramus, & amplificationem, æternalisque prouenturam perpetuo perennitatem. Vnde nouerit omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum sagacitas, quod Adaldagus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, adiens excellentiam serenitatis nostræ, expetiuit à nostra pietate talem libertatem & tutionem monasteriis, in eius Episcopo consistentibus, qualem cætera per nostrum regnum monasteria noscuntur habere. Cuius iusta & rationabilis uidetur petitio, ad honorem sanctæ Dei genetricis Mariæ, cui locus ille Hammaburch est consecratus, eidem loco supradicto concedimus omnes concessionem, quas concesserant anteriores Francorum Reges, cæterisque monasteriis ad hanc diocesim pertinentibus, idem Ramaslaum, Bremum Biresinum, & Bukkenum, uidelicet ut nullus iudex publicus, vel quælibet iudiciaria potestas aliquam sibi vindicet potestatem in supradictorum hominibus monasteriorum, litis uidelicet & colonis, vel eos aliquis capitis banno ob capitis furtum, vel quocunque banno constringat, aut aliquam iustitiam facere cogat, nisi Aduocarus Archiepiscopi, quam diu eos corrigere ualerit. Quod si quispiam illorum incorrigibilis extiterit, tunc ab aduocato eidem præsentetur iudiciariæ potestati, cæteri uero in subditione Archiepiscopi permaneant. Si uero aliquis ex libertis uoluerit Iammūd-ling uel litus fieri, aut etiam colonus ad monasteria supradicta, cum consensu cohæredum suorum, non prohibeatur à qualibet potestate, sed habeat licentiam nostra auctoritate, habeat quoque potestatem prædictus Adaldag, successoresque eius Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi super liberos & Iamundilingos monasteriorum supradictorum, in expeditionem siue ad placitum regis. Donamus quoque clericis Hammaburgensis Ecclesiæ potestatem inter se siue aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Et ut hæc auctoritatis nostræ concessio à fidelibus nostris uerius credatur, & per succedentia tempora diligentius obseruetur, manu propria subtus eam firmauimus, & annulo nostro sigillari iussimus. Data II. Kalend. Iulij, Anno Domini D.CCCC.XXXVII. Indictione X. anno regni Ottonis piissimi Regis I. Actum in Werlaha in DEI nomine.

OTTONIS REGIS DE CONFIRMATIONE

Bonorum Bremæ Hammaburg, Buckam, Birsinen,
Ramasle, pertinentium.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto Rex, diuina opitulante clementia. Dinoscatur omnium fidelium nostrorum sagacitas, qualiter nos pro mercede uitæ permanentis, & per interuentum charæ coniugis nostræ Edgidæ, ad quod Thiertharij fidelis nostri, in proprium damus ad locum nominatum Hammaburg quicquid in locis sic nominatis, Bremun, Birsina, Ramaslo, Buckni, proprietatis, hucusque habere uisi sumus, in terris cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, campis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decurlibus, uis & inuis, quæ sitis & inquirendis, omnibusque ad præfata loca iure legitimeque pertinentibus, firmiter in proprietatem donauimus, ad utilitatem Hammaburgensis Ecclesiæ Episcoporum. Inde etiam munificæ largitatis nostræ, scriptum fieri iussimus, per quod uolumus firmiterque iubemus, quatenus Archiepiscopi Hammaburgensis Ecclesiæ habeant potestatem quicquid illis placuerit facien-

ciendum. Et vt hoc à fidelium nostrorum industria verius credatur, ac per succedentium temporum curricula diligentius obseruetur, manu nostra subtus illud confirmari curauimus, & annuli nostri impressione consignari iussimus. Data vi. Idus Aug. Indictione x. Anno Dominicæ incarnationis DCCCXXXVII. Anno autem Ottone regnante rege II. Actum in Walahuson, Amen.

*P R I V I L E G I V M O T T O N I S I M P. D E E C-
clesiis, Hamburgensi Ecclesiæ suffragantibus.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto diuina fauente Clemētia Imp. Aug. Quum Imperatoriæ dignitatis officium esse constet, vt erga diuini cultum officij peruigili cura insistant, & quidquid augmentum sanctæ Christianæ religioni adhibere potuerint, indefinenter in hoc studeant. Idcirco nos interuentu dilecti Archiepiscopi nostri Adaldagi prosperitate & incolumitate imperij nostri, quidquid proprietatis in marca vel regno Danorū ad Ecclesias in honorem Dei constructas, videlicet Slicfwigensem, Ripensem, Arufensem, vel ad huc pertinere videtur, vel futurum acquiratur. ab omni censu vel seruitio nostri iuris absoluius, vt & Episcopis præscriptarum Ecclesiarum, absque vlla Comitibus vel alicuius fisci nostri exactoris infestatione seruiant & succumbāt, volumus & firmiter iubemus. Seruos vero & colonos in eisdem proprietatibus habitantes, nulli nisi eisdem Episcopis seruituros ab omni etiam nostri iuris seruitio absoluius, & sub nulliº banno vel disciplina illos nisi sub illarum Ecclesiarum aduocatis esse volumus. Et vt hoc auctoritatis nostræ præceptum firmum & inuulsum permaneat, hanc cartam conscribi, anulique nostri impressione sigillari iussimus, quam & manu propria subtus firmauimus. Data vi. Kalend. Iulij. Anno Dominicæ incarnationis D. CCCCLXV. Indictione VIII. Anno Domini Ottonis Imperij IV. Regni autem xxx. Actum Magadeburch in DEI nomine. Amen.

*O T T O I M P. A D A L D A G O, D E L I-
bertate loci.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto Dei clementia Imperator August. Si religiosorum obtemperare votis nostræ liberalitatis loca diuino cultui mancipata largitate donaremus, ad æternæ recompensationis præmium indubitanter id nobis credimus profuturū. Quare omnibus constet nos pro Dei amore venerabilis Adaldagi Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi flagitantibus annuentes, construendi mercatum in loco Bremun nuncupato illi concessisse licentiam, bannum & theloneum nec non monetam, totumque quod inde regius Regi publice fiscus obtinere poterit prælibatæ conferimus sedē, quin etiam negotiatores eiusdem incolas loci nostræ tuitionis patrocinia condonauimus, præcipientes hoc imperatoriæ autoritatis præcepto, quo in omnibus talibus patrocinentur tutelę, & potiantur iure, quali cæterarum regalium institores vtuntur. Nemoque inibi aliquam sibi vindicet potestatem, nisi præfati Pontificatus Archiepiscopus, & quem ipse ad hoc delegauerit manu nostra signato, & annuli nostri impressione roborato. Acta iv. Idus Augusti. Anno Dominicæ incarnationis D. CCCCLXVI. Indictione VIII. Anno Domini Ottonis Magni Imperatoris regni xxxi. Imperij vero IV. Actum Mersburg in Dei nomine feliciter.

*O T T O R E X A D A L D A G O D E L I B E R-
tate loci Priuilegium.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto diuina fauente clementia Rex. Omnium fidelium nostrorum nouerit industria, qualiter Adaldagus, sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus nostram regiam deprecatus est dignita-

gnitatem per fidelem suum missum, nomine Wigbertum, quatenus præcepta nostris antecessoribus suæ sanctæ Ecclesiæ antea collata, nostratuitione confirmarentur. Cuius petitionem, quia iustam esse cognouimus, pij genitoris nostri Ottonis scilicet Imperatoris consilium, quid inde nobis faciendum esset, inuestigauimus; ipse vero non solum consilium dabat, verum etiam, vt ita ageremus præcipiebat, maxime quia quosdam si hæc in quoquam frâgere possent tentantes audiuit. Quapropter concedimus prædicto monasterio, cum omnibus aliis monasteriis sibi subditis, videlicet Bremun, Bukkun, Bircsiuum & Hamusla, cum cunctis illorum adiacētis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, mancipiis, aliisq; quæ vti possunt, omnes concessiones, quas priores Imperatores concesserant, vt semper sub tuitione perpetualiter sint, & quicquid modo habeant, vel deinceps aliquo modo acquirere possint, vt eis eorumque Episcopo libere seruiant, omni iudiciaria potestate remota. Concedimus insuper vt nullus Dux neq; Marchio, vel Comes aut alia quædam iudiciaria potestas vllam sibi in prædictis omnibus vsurpent potestatem, nisi prædictæ sedis Archiepiscopus, & aduocati quos ipse elegerit. Ipsi vero aduocati nostro banno constringant omnes viros prædictarum Ecclesiarum ad omnem iustitiam faciendam. Et vt hæc nostra concessio firma & inconuulsa permaneat, hanc iussimus cartam conscribi; & anuli nostri impressione subtus firmari; quam & manu propria subtus firmauimus. Data vi. Kal. Nouembr. Anno Dominicæ incarnationis D. CCCCLXVII. Indictione x. Anno serenissimi Regis Ottonis VII. Actum Veronæ in DEI nomine. Amen.

OTTO IMP. ADALDAGO DE ELECTIO-
ne Episcopi & libertate Monasteriorum.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto diuina fauente clemētia Imperator Aug. Qui mundiali potestate præditi quibuscunque necessariis regentium suffragari festinant, diuinam sibi nihil refragari Clementiam certissime sciant. Ideoque non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum clementer. Quia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter speramus, & amplificationem æternalisque prouenturam perpetuo perennitatem. Vnde nouerit omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam futurorum sagacitas, quod Adaldagus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, adiens excellentiam nostræ serenitatis, expetiuit à nostra pietate talem libertatem & tuitionem monasteriorum in eius Episcopio consistentibus, qualem cætera Archiepiscoporum per nostrum regnum monasteria noscuntur habere. Eius namque quia iusta & rationabilis esse petitio videbatur, ob remedium & memoriam animæ piissimi genitoris nostri Domini Ottonis sereniss. Imp. Aug. atque intuitu dilectissimæ genitricis nostræ Domine Adelheidis, ad honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, cui locus ille Hammaburch est consecratus, eidem loco suprædicto concedimus omnes concessiones, quas concesserant anteriores Francorum reges & Imperatores, cæterisque monasteriis ad hanc diœcesin pertinentibus, id est, Ramaslahun, Bremun, Bircsiuum, Bukkun, videlicet. ita scilicet, vt semper nostra sub tuitione sint perpetualiter, & quidquid modo habeât, vel deinceps aliquo modo acquirere possint, vt eis eorumq; Episcopo libere seruiant, omni iudiciaria potestate remota. Concedimus insuper vt nullus Dux, neque Marchio, vel Comes, aut alia quælibet iudiciaria potestas aliquam sibi vindicet potestatem in suprædictorum hominibus monasteriorum, litis videlicet & colonis, atque iamundilingis, vel eos aliquis capitis banno ob capitis furtum, vel capitis, vel alio quolibet banno constringat, aut aliquam iustitiam facere cogat, nisi aduocati Archiepiscopi supra nominati, quos ipse velit & constituat aduocatos. Ipsi vero aduocati prædictos homines banno nostro ob capitis furtum recte faciendi cō-

stringant. Donamus quoque clericis Hammaburgensis Ecclesie potestatem inter se siue aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Et ut nostrae auctoritatis hoc praecipuum firmum & stabile permaneat, cartam hanc conscribi, & anuli nostri impressione signari iussimus, quam & manu propria subtrus firmavimus. Data v. Kal. Octobr. Dominicae incarnationis D. CCCCLXXIV. Indictione I. Anno regni Domini Ottonis XI. Imperij autem VI. Actum Magadaburch, in Domino feliciter, Amen.

OTTO IMP. ADALDAGO DE CON-
structione Ripesholt.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clemetia Imp. Aug. Specialibus fidelium nostrorum necessitatibus pie subueniendum esse Imperatoria auctoritas monstrat; quanto magis hiis, quae ad diuinum cultum pertinent oportet nos gerere curam. Quapropter omnibus sanctae Dei Ecclesiae filijs nostrisque fidelibus compertum esse volumus, quia Adaldagus Bremensis Ecclesiae Archiepiscopus per suum missum innotuit serenitati nostrae, quod duae sorores, vna Reyngerd vocata, altera Wendila in Fresia, in pago Astringa, in comitatu Bernhardi ducis tradidissent omnem hereditatem suam ad Ecclesiam Bremensem, cum suis aduocatis: ea scilicet conditione ut eam diebus vite suae possidere debuissent. Quo facto, vna earum Reyngard diuino iussu obiit. Qua defuncta, alia quae superuixit Wendila, diuino amore compuncta totum quod habuit praefatae Bremensi Ecclesiae dimisit, duas videlicet curtes Hrepesholt & More, cum omnibus suis pertinentiis, aliisque omnibus rebus, in diuersis locis iacentibus, petens ab eodem Archiepiscopo ut in eadem hereditate monasterium construeretur, & congregatio Clericorum. Hoc libenter faciens cessit eidem monasterio Hrepesholt nominato quandam partem decimarum; eo scilicet modo, ut Clerici quos illic diuinus amor aggregasset, regulam & ordinem clericorum in Bremensi Ecclesia Deo seruientium perpetua sua in conuersatione seruarent. Super qua re praedictus Venerabilis Archiepiscopus per suum missum Wigbertum nomine postulauit celsitudinem nostram, haec pia studia, nostra etiam auctoritate roborare. Cuius videlicet petitioni, quia nobis pia ac rationabilis visa est, assensum praebentes decernimus atque iubemus, ut praedictus locus, vocabulo Hripesholt habitatio clericorum perpetuo fiat, pertinens ad Ecclesiam Bremensem, sub cura ac dispositione eiusdem loci Archiepiscopi, cum omnibus quae eidem Ecclesiae, vel a praedicto Archiepiscopo de rebus Episcopij collata, vel ab alijs fidelibus sanctae Dei Ecclesiae nunc collata, aut deinceps conferenda sunt. Insuper & omnes res praefatae Ecclesiae ab omni censu nostri iuris absoluimus. Concedimus ut res praedictae Ecclesiae ipsi liberè seruiant, omni iudiciaria potestate remota. Et ut haec nostra auctoritas firma atque inconuulsa permaneat, iussimus hanc cartam conscribi, & anuli nostri impressione signari, quam & manu propria subtrus firmavimus. Data v. Idus Iunij, Anno Dominicae incarnationis D. CCCCLXXXIII. Anno vero regni II. Ottonis XXV. Imperij autem XV. Actum Verona feliciter, Amen.

OTTONIS REG. DE LIBERTA-
te Ripesholte.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clementia Rex. Si specialibus fidelium nostrorum necessitatibus pie subueniendum esse regia auctoritas monstrat; quanto magis hiis, quae ad diuinum cultum pertinent oportet nos gerere curam. Quapropter omnibus sanctae Dei Ecclesiae filijs, nostrisque fidelibus compertum esse volumus, quia Adaldagus Bremensis Ecclesiae venerabilis Archiepiscopus innotuit serenitati nostrae, quod duae sorores, vna Reyngart vocata, altera Wendila in Fresia, in pago Astringa, in comi-
tatu

statu Bernhardi Ducis, tradidissent omnem hereditatē suam ad Ecclesiam Bremensem, cum suis patronis & aduocatis, ea scilicet conditione, vt eam diebus vitæ suæ possidere debuissent. Quo factō vna earum Reyngart diuino iussu obiit. quæ defuncta alia, quæ superuixit Wendila, diuino amore compuncta, totum quod habuit, præfatę Ecclesię dimisit, duas videlicet curtes Repesholt & in More, cum omnibus suis pertinentiis, ædificiis, terris cultis & incultis, mancipiis vtriusque sexus, aruis, campis, pratis, pascuis, syluis, venationibus, piscationibus, aucupiiis, aquis, aquarumue decursibus, molendinis mobilibus & immobilibus, viis & inuiis, exitibus & redivisibus, cunctisque aliis appendiciis, quæ adhuc dici aliquo modo aut nominari possunt. Petens ab eodem Archiepiscopo, vt in eadem hereditate monasterium construeretur, & congregatio clericorum. Hoc libenter faciens concessit eidem monasterio Ripesholt nominato, quandam partem decimarum, eo scilicet modo vt clerici, quos illuc diuinus amor congregasset, regulam & ordinem clericorum in Bremensi Ecclesia seruientium, Deo perpetuo sua in cōuersatione seruarent. Super qua re prædictus venerabilis Archiepiscopus adiit celsitudinem nostram postulans hæc pia studia nostra etiam auctoritate roborari. Cuius videlicet petitioni, quia nobis pia ac rationalis visa est, maxime ob hoc, quod piæ memoriæ genitorem nostrum Ottonem scilicet Imp. hæc eadem suo præcepto firmasse cognouimus, assensum præbentes, prædictum monasterium in nostram tutelam suscipimus atq; mundiburdium; præcipientes hoc regali decreto, vt præfatus locus vocabulo Repesholt habitatio clericorum perpetuo fiat, pertinens ad Ecclesiam Bremensem, sub cura ac dispositione eiusdem loci Archiepiscopi, cum omnibus quæ eidem Ecclesię de rebus Episcopij collata, vel ab aliis Dei fidelibus nunc collata, aut deinceps conferenda sunt. Insuper & omnes res præfatę Ecclesię ab omni censu iuris nostri absoluiimus; & vt eidem Ecclesię libere seruiant, omni iudiciaria potestate remota firmiter hac regali præceptione iubemus. Donamus etiam ad hæc præfato Archiepiscopo, interuentu Bernharti Ducis quædam nostri iuris mancipia, litam videlicet Thietsuiden dictam, cum filiis eius & filiabus omnique progenie, quæ ex hiis per successura tempora fuerit procreata. Omnem etiam eorum possessionem, seu acquisitionem ei in proprium tradimus, eo scilicet tenore, vt ipse dehinc potestatem habeat, siue retinendi, dandi, vendendi, cōmutandi, seu quodcunque sibi libitum fuerit inde faciendi. Si quis autem hæc nostra decreta subdolis machinationibus, falsisue disputationibus aliquo modo irritauerit, regię nostrę maiestati se rebellare certissime nouerit. Et vt hæc nostra auctoritas firma & inconuulsa permaneat, hanc cartam conscribi, manuque propria confirmatam anuli nostri impressione iussimus assignari. Data XIII. Kalend. April. Anno Dominicę incarnationis D. cccc. LXXXVIII. Indictione I. Anno autem III. Ottonis regnantis v. Actum Wigeldeshusen feliciter in DEI nomine, Amen.

OTTO IMP. ADALDAGO DE LIBERTATE Monasteriorum in regno Danorum.

IN nomine sanctę & indiuiduę Trinitatis Otto Dei Clementia Rex. Omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quam futurorum piæ deuotioni pateat, quomodo nos ob petitionem & interuentum dilecti nostri Adaldagi, Bremensis Ecclesię videlicet venerabilis Archiepiscopi, ac pro statu & incolumitate regni nostri, quidquid proprietatis in regno Danorum, ad Ecclesias in honorem Dei constructas, videlicet Slieswicensem, Ripensem, Arufensem, Ottoneswigensem, vel adhuc pertinere videtur, vel in futurum adquiratur, ab omni censu vel seruitio nostri iuris absoluiimus; & vt Episcopis præscriptarum Ecclesiarum absque vlla comitis, vel alicuius fisci nostri exactoris infestatione seruiant & succubant, volumus & firmiter iubemus. Insuper concedimus prædictarum Ecclesiarum Episcopis, vt potestatem habeant emendi agros, possessiones, & prædia in

in omnibus regni nostri partibus, ubicunque velint aut possint. Seruos vero & colonos in eorum proprietatibus habitantes, nulli nisi iisdem Episcopis seruituros, ab omni etiam nostri iuris seruitio absoluiamus, & sub nullius banno vel disciplina illos, nisi sub illarum Ecclesiarum aduocatis esse volumus. Ad hoc etiam omnes fideles nostri dinoscant, quod nos Folgberti Ecclesie Episcopi siue qualicunque paratu euntibus in nostri regni finibus theloneum prorsus perdonauimus. Et ut hoc nostra auctoritatis preceptum firmum atque inconuulsum permaneat, hanc cartam conscribi, anulique impressione signari iussimus; quam & manu propria firmauimus. Data xv. Kal. Aprilis, Anno Dominice incarnationis D. cccc. lxxxviii. Indictione I. Anno autem III. Ottonis regnantis v. Actum Wildeshusen in Dei nomine feliciter, Amen.

OTTO III. IMP. DE CV-
ria Stipenlo.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis Otto superna fauente Clementia, Romanorum Imper. Aug. Omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam futurorum nouerit vniuersitas, quod nos, interuentu ac petitione B. nostri amabilis ducis, & dilectissimi capellani nostri Magnwardi, Liutgero Comiti dedimus curtem, que vocatur Stipenlo, in comitatu ipsius Liutgeri comitis, & in pago Westfalon sitam, quam cum omnibus utilitatibus, arceis, & edificiis, vtriusque sexus mancipiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, syluis, venationibus, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis, viis, inuiis, exitibus siue redbibus, tam que sitis quam inquirendis, sibi in proprium tradidimus, eo tenore, ut idem Liutgerus Comes de eodem pradio liberam habeat faciendi quod velit potestatem, siue illud tradere, commutare, vendere seu magis sibi obtinere voluerit. Et ut hac traditio firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data v. Kal. Maij. Anno Dominice incarnationis Millesimo primo, Indictione xiv. Anno tertij Ottonis regni xiv. Imperij v. Actum Raucenae feliciter, Amen.

OTTO III. DE TRADITIONE
Monasterij Ramesloh.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis, Otto seruus aliorum, omnium fidelium Christi & nostri imperij solers sciat intentio, quod nos interuentu Maginwardi sancte Aquisgranensis Ecclesie Cardinalis, nostrique Capellani amabilis, maxime autem propter Dei omnipotentis amorem ipsius iustitiam intuentes per hoc nostrum imperiale priuilegium largimur, & confirmamus sancte Brimiacensi Ecclesie, ad honorem sancti confessoris Christi Willoldi constructe, monasterium Ramesloh dictum, sicut sui rectores habuerunt, cum omnibus illo rite aspicientibus & integritate sua. Eo tenore ut Archiepiscopus Liebitzo omnesque sui successores eodem monasterio fruantur, & pro ut voluerint, disponant: tamen timorem Dei pre oculis habentes. Et ut huius nostre auctoritatis confirmatio firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes sigillare precepimus. Data viii. Kalend. Augusti, Anno Dominice incarnationis Millesimo primo, Indictione xiv. Anno III. Ottonis regni xiv. Imperij vi. Actum Paterno feliciter, Amen.

HEIN-

HEINRICVS SECVNDVS LIEBIZONI DE
*libertate Monasteriorum & electione Episcopi, de merca-
 tu & moneta Bremensi, & de pace
 mercatorum.*

IN nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis, Henricus diuina fauente clemen-
 tia Rex. Si pias petitiones sacerdotum prona deuotione ad effectum duxeri-
 mus, id procul dubio ad statum præsentis vitæ & æternæ beatitudinis præmia
 capeſcenda nobis profuturum credimus. Quapropter omnium fidelium no-
 ſtrorum præſentium & futurorũ nouerit induſtria, qualiter vir venerabilis Lie-
 bizo, ſanctæ Hammaburgēſis Eccleſiæ Archiepiſcopus noſtris obtutibus præ-
 ſentari fecit præceptum beatæ memoriæ ſenioris & antecęſſoris noſtri Ottonis
 tertij Imperatoris Auguſti, in quibus continebatur, quomodo ipſe pro diuino
 amore monaſteriis in eius Episcopio cõſiſtentibus imperiali authoritate liber-
 tatem & tuitionem conceſſiſſet, rogauitq; celſitudinem noſtram, vt nos denuo
 noſtra præceptione eadem monaſteria & omnia illuc aſpicientia confirmare-
 mus. Nos vero eius iuſtæ & rationabili petitioni aſſenſum præbentes interue-
 niente dilecta coniuge noſtra & regnorum conſorte Conigunda, ad honorem
 ſanctæ Dei genetricis Mariæ, cui locus ille Hammaburgh eſt conſecratus, ei-
 dem loco ſupradicto concedimus omnes conceſſiones quas cõceſſerat piæ me-
 moriæ præfatus ſenior noſter imperator, cæteriſque monaſteriis ad hanc dice-
 ceſim pertinentibus, id eſt, Bremum, Buckum, Ramaslaum, Birchufinum, Ha-
 ſalinge, Ripiſholt, ea videlicet conditione, vt ſemper ſub tuitione noſtra ſint
 perpetualiter, & quicquid modo habent, vel deinceps aliquomodo adquirere
 poſſint, eis eorũq; Episcopio libere ſeruiat, omni iudiciaria poteſtate remo-
 ta. Concedimus inſuper præfato Archiepiſcopo eiusque ſucceſſoribus licen-
 tiam cõſtruendi mercatum in loco Bremum nuncupato, bannũ & theloneum
 nec non moneram publici ponderis & puri argenti, totũq; quod inde regius
 Reipublicæ fiſcus obtinere ſeu aliquomodo ad noſtrum regium ius pertinere
 poterit, prælibatæ Bremeniſi conferimus ſedi. Quinetiam negotiatores, ei-
 dem incolas loci noſtræ tuitionis patrociniõ condonauimus præcipientes hoc
 regiæ auctõritatis præcepto, quo in omnibus tali patrocinentur tutela & po-
 tiantur iure, quali cæterarum regalium inſtitores vrbium per noſtrum regnum
 potiri noſcuntur. Nemoque inibi aliquam ſibi vindicet poteſtatem, niſi præ-
 fata ſedis Archiepiſcopus, & aduocatus, quem ipſe ad hoc delegauerit. Ad
 hæc concedimus, vt nullus Dux, neque Marchio, vel Comes aut alia quælibet
 iudiciaria poteſtas, in ſupradictorum hominibus monaſteriorũ Hammaburg
 videlicet Bremun, Buckum, Ramaslaum, Birchufinũ, Haſalinge, Repesholt,
 aliquam poteſtatem ſibi uſurpet, litis ſcilicet & colonis atque iamundilingis,
 vel eos aliquis capitis banno, ob capitis furtum, vel alio quolibet banno con-
 ſtringat, aut aliquam iuſticiam cogat facere, niſi Aduocati Archiepiſcopi præ-
 nominati quos idem ipſe velit & conſtituat aduocatos, Ipſi vero aduocati præ-
 dictos homines banno noſtro conſtringant ad omnem iuſticiam faciendam.
 Donamus quoque Hammaburgēſis Eccleſiæ prædictorumq; monaſteriorum
 illõ pertinentium clericis poteſtatem eligendi inter ſe ſiue aliunde ſi neceſſi-
 tas expoſcat Episcopum, æquo tamen Regis conſenſu. Et vt hoc regiæ noſtræ
 auctõritatis præceptum à Dei noſtrisq; fidelibus verius credatur, ac per ſuc-
 ceſſura tempora inconuulſum diligentius obſeruetur, hanc chartam conſcri-
 bi, manuq; noſtra roboratam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Da-
 ta viii. Kal. Iunij, Anno Dominicæ incarnationis M. iiii. Indictione i. Anno
 vero Domini Henrici Regis i. Actum Gebehildehuſen.

H E I N R I C I I M P E R A T O R I S D E

libertate locorum Breme, Hammaburg, Buckaun, Birsne, Ramaslo, Ripesholt.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si petitiones sacerdotum pias prona deuotione ad effectum duxerimus, id proculdubio ad statum præsentis vitæ & æternæ beatitudinis præmia capeßenda, nobis profuturum credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum nouerit industria, qualiter vir venerabilis Vnato Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, quem nos eidem præfecimus nostris obtutibus præsentari fecit, præcepta beatæ memoriæ senioris & antecessoris nostri Ottonis tertij Imperatoris Augusti, in quibus continebatur, quomodo ipse pro Dei amore monasteriis in eius Episcopio consistentibus imperiali autoritate libertatem & tuitionem concessisset, rogauitque Celsitudinem nostram, vt nos denuo nostra præceptione eadem monasteria, & omnia illuc pertinentia confirmarem. Nos vero eius iustæ & rationabili petitioni assensum præbentes, dilectæ conlectalis nostræ Chunigundæ videlicet Imperatricis augustæ interuentione, ad honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, cui locus ille Hammaburg est consecratus, eidem loco Hammaburgensi concedimus, cæterisque monasteriis ad hanc dioccesim pertinentibus, id est Bremun, Buckun, Ramaslaum, Birschulinum, Heslinga, Ripesholt, quicquid senior & antecessor noster, sui que antecessores Reges videlicet & Imperatores eisdem monasteriis donando aut roborando concesserant, ea videlicet conditione vt semper sub tuitione nostra sint perpetualiter, cum omnibus pertinentiis suis, quasitis vel inquirendis. Concedimus insuper præfato Archiepiscopo eiusque successoribus licentiam constituendi mercatum in loco Bremun nuncupato, in quo nunc Archiepiscopatus existit, cum banno & theloneo atque moneta publici ponderis & puri argenti, totamque quod inde ad fiscum nostrum pertinere dinoscitur prælibatæ Bremensi conferimus sedi. Quinetiam negotiatores eiusdem incolæ loci nostræ tuitionis patrocinio condonamus, præcipientes hoc imperialis auctoritatis præcepto, quo in omnibus tali tutela & iure potiantur, quali maiorum videlicet ciuitatum institores per nostrum regnum potiri noscuntur; nemoque inibi aliquam sibi vindicet potestatem, nisi præfata sedis Archiepiscopus & aduocatus, quem ipse elegerit. Ad hæc imperiali edicto iubemus, vt nullus Dux neque Marchio, vel Comes, aut alia quælibet iudiciaria potestas, in supradictorum monasteriorum hominibus Hammaburg Bremun, Buckun, Ramaslaum, Birschulinum Haeslinga, Repesholt, vel in cæteris pertinentiis eorundem, aliquam potestatem sibi vsurpet, seu in litis, colonis, atque iamundilingis, vel eos aliquis capitis Banno constringat, aut aliquam iustitiam cogat facere, nisi aduocati Archiepiscopi prænominati, quos ipse velit & constituat aduocatos. Ipsi vero aduocati homines præfatos banno nostro constringant, ad omnem iustitiam faciendam. Et vt hæc nostra donatio à Dei nostrique fidelibus vera esse credatur, ac per successura tempora inconuulsa diligentius obseruetur, hanc chartam conscribi, manuque nostra roboratam sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Data XII. Kalend. Decembris, Indictione XII. Anno Dominicæ incarnationis M. XIV. Anno autem Domini Henrici secundi regnanti XIII. Imperij vero I. Atstedi actum feliciter, Amen.

CHVNRAVVS II. BECELLINO,
de mercatu Bremensi, & mercatoribus ab Episco-
po indicandis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Chunradus diuina fauente clemē-
tia Romanorum Imperator Augustus, omnibus diuini nostrique nominis a-
matoribus, tam futuris, quam presentibus, perspicuum esse cupimus, qualiter
nos ob minime denegandā petitionem dilectissimæ coniugis nostrę Gyslæ Im-
peratricis Augustæ, nec non ob amabilem interuentum charissimæ prolis no-
stræ Heinrici Regis, Bicelino sanctæ Bremensis Ecclesiæ venerabili nobisque
amabili Archiepiscopo mercatum in eodem loco cum theloneo, numismati-
bus, nec non omnibus vtilitatibus, ad mercatum pertinentibus, habere concess-
imus: ea videlicet lege, vt bis in anno omnes qui illuc causa mercandi veniant,
vna vice vii. dies ante Pentecosten, secunda vice similiter vii. dies ante festiui-
tatem sancti Willehadi ibidem corporaliter requiescentis, annualem merca-
tum illic habeant. Bannum autem nostrum super omnes hos illuc venientes, vt
illuc eundo & redeundo habeant pacem, facimus. Eundemque bannum no-
strū prædicto Archiepiscopo ob suum fidele seruitium ea ratione concedimus,
vt si in hoc statuto tempore ex illuc venientibus aliqua temeritas euenerit, in-
de iustitiam faciendi neque dux, neque comes, neque aliquis hominum præ-
ter ipsum & suos successores licentiam habeant. Et vt hæc nostra concessio sta-
bilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc paginam inde conscribi, eam-
que sigilli nostri impressione præcepimus insigniri. Data xvii. Kal. Octobr.
Anno Dominicæ incarnationis m. xxxv. Indictione iiii. Anno autem Domi-
ni Chunradi ii. regni xi. Imperij vero ix. Actum Magedeburch.

DATVM BECELLINO ARCHIE-
piscopo à Chunrado Rege de mercatis, monetis
& theloneis.

IN nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis, Chonradus diuina fauente cle-
mentia Romanorum Imperator Augustus. Sollicitudo Imperialis potentia,
quæ nos post excessum diuæ memoriæ Regum & Imperatorum diuinæ dispo-
sitionis cuncta regentis non ignara respexit, monet & instigat, Ecclesiis Dei in
regno nostro circumquaque constructis tanto vigilantius prudentiæ nostræ
curam impendere, quanto constat in nostri ordinis promotione cælestis gra-
tiæ beneficia nos indulgentius percepisse. Ex hoc enim lucri potissimum præ-
mium confidimus, si venerabilia loca oportuno tempore ad meliorem fuerint
statum Deo iuuante nostraque potentia cooperante perducta. Quapropter
nouerint omnes nostri Christianique fideles, qualiter nos pro remedio animę no-
stræ, & ob interuentum dilectæ contectalis nostræ Gislæ, Imperatricis Augu-
stæ, nec non charissimæ prolis nostræ Heinrici regis Burgundionum, Beceli-
no viro venerabili Hammaburgensi Archipræsuli, suis successoribus licentiam
dedimus construendi mercatum in loco Heslingoa nuncupato, in pago Eilan-
goa; eo scilicet tenore, vt aduocatus eiusdem Ecclesiæ hiis diebus quibus an-
nualis mercatus inibi celebrari & confluentia populi maxime solet fieri, vide-
licet in festiuitate sancti Viti martyris potestatem habeant banno nostro con-
stringendi omnes, qui illuc conuenerint ad omnem iustitiam faciendam.
Theloneum autem & quidquid ad nostrum imperiale ius pertinet, ob amo-
rem prædicti martyris, cui idem locus est consecratus, eidem Ecclesiæ & san-
ctimonialibus ibidem degentibus libere vtendum, & pro nostra perpetua me-
moriam imperiali largitione concedimus. Addidimus etiam pro voto & peti-
tione

tione eiusdem venerabilis viri, quoniam fidelem eum in omni negotio nostro comperimus, vt potestatem habeat, si quando rei necessitas exposcat, vel utilitas in loco Stadium nominato, in prædio Ecclesiastico, mercatum ex integro construendi, bannum & theloneum, nec non etiam monetam, & quicquid inde regius Reipublicæ fiscus obtinere poterit, prælibatæ Hammaburgensi conferimus sedi. Homines vero qui in prædicto prædio quoquomodo sibi habitacula faciunt, sub banno & constrictione aduocati Episcopalis, nec alicuius alterius manere decernimus. Et vt hæc benevolentia nostræ traditio stabilis & inconuulsa omni permaneat tempore, hanc chartam conscribi, manuque propria roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data iv. Idus Decembr. Indictione vii. Anno dominicæ incarnationis m. xxxviii. Anno autem Domini Chunradi secundi regni xv. Datum Neresstein. Feliciter, Amen.

*C O N F I R M A T I O J M P. H E I N R I -
ci, Becelino Episcopo, de Mercatu Heslingoa.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente Clementia Rex. Sollicitudo regalis potentia quæ nos post excessum diuæ memoriæ Regum & Imperatorum diuinæ dispositionis cuncta regentis non ignara respexit, monet & instigat, Ecclesiis Dei in regno nostro circumquaque constructis, tanto vigilantius prudentiæ nostræ curam impendere, quanto constat, in nostri ordinis promotione cælestis gratiæ beneficia nos indulgentius percepisse. Ex hoc enim potissimum lucri præmium apud cõditorem omnium dominum promereri confidimus, si venerabilia loca oportuno tempore ad meliorem fuerint statum Deo adiuuante à nobis perducta. Quapropter nouerint omnes Christi nostrique fideles, qualiter nos pro remedio animæ patris nostri piæ memoriæ Imperatoris Chuonradi, Becilino viro venerabili Hammaburgensi Archipræsuli suisque successoribus licentiam à prædecessoribus nostris datam confirmamus, construendi mercatum in loco Heslingoa nuncupato, in pago Eilongoa, eo scilicet tenore, vt aduocatus eiusdem Ecclesiæ hiis diebus quibus annualis mercatus inibi celebrari, & confluentia populi maxime solet fieri, videlicet in festiuitate sancti Viti martyris, potestatem habeat banno nostro constringendi omnes qui illuc conueniunt ad omnem iustitiam faciendam. Theloneum autem & quidquid ad nostrum regale ius pertineat, ob amorem prædicti martyris cui idem locus est consecratus, eidem Ecclesiæ & sanctimonialibus ibidem degentibus libere vtendum pro nostra perpetua memoria stabiliendo corroboramus & confirmamus. Sub hac etiam confirmatione pro voto & petitione eiusdem venerabilis viri, quoniam eum fidelem in omni negotio nostro comperimus, vt potestatem habeat, si quando rei necessitas exposcat vel utilitas, in loco Stadium nominato, in prædio ecclesiastico mercatum construendi ex integro, bannum & theloneum, nec non etiam monetam & quidquid inde regius Reipublicæ fiscus obtinere poterit, prælibatæ Ecclesiæ Hammaburgensi stabilimus. Homines vero qui in prædicto prædio quoquomodo habitacula faciunt sub banno & constrictione aduocati Episcopalis, nec alicuius alterius manere decernimus. Et vt hæc nostræ benevolentia confirmatio stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc chartam conscribi, manuque propria roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data iiii. Idus Maij. Indictione viii. Anno Dominicæ incarnationis m. xli. Anno autem Domini Heinrici Regis tertij ordinant. xiiii. regni primo.

P R I V I -

PRIVILEGIUM DE FVNDATIONE

Gozecensis Monasterij.

NOTVM sit omnibus tam futuris, quam presentibus Christi fidelibus, quod ego Albertus, Sanctae Bremensis Ecclesiae metropolitanae Archiepiscopus, fratresque mei Dedo & Fridericus Palatini praesides, hoc coenobium Gozeka, quod in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in honorem sanctissimae Mariae virginis genitricis Dei, & beati Michaelis Archangeli, pro remedio animarum nostrarum & patrum nostrorum vel parentum ex patrimonio nostro construximus, cum omnibus pertinentiis suis sanctae Ecclesiae Bremensi tradidimus, hoc videlicet statuentes, & officij nostri auctoritate confirmantes, ut ordo monasticus, quem secundum beati Benedicti regulam hic instituimus, futuris perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur. Praeterea fratres hic seruientes, secundum Dei timorem & regulam beati Benedicti liberam habeant electionem, sed electus Bremensi Archiepiscopo presenteretur. Decreuimus insuper, ut quisquis in hac stirpe nostra laicus ceteris aetate prouectior fuerit, hic nostra constitutione huic loco aduocatus constituatur. Si vero euenerit, quod absit, ut talis de stirpe nostra deficiat quemcunque Abbas cum consilio fratrum ad defensionem & utilitatem loci expetierit, hunc Archiepiscopus Bremensis aduocatum constituat. Qui aduocatus non quae sua sunt, quaeratur, nec populum suae tuitioni commissum violenter aut iniuste opprimat, sed omnia cum consilio Abbatis agat, atque disponat, nec extra eius voluntatem aliquid in populo praesumat. Ordinamus etiam atque statuimus, ut in monumentum & confirmationem huius deditiois, ad supplementum monachorum, hic Christo Regi militantium, quadraginta librae argenti Frisicae monetae leuioris & totidem lanci panni ex aulario Bremensis Archiepiscopi annuatim persoluantur. Ut autem haec rata & inconuulsa permaneant per succedentem generationem in testimonium posteris, literis iussimus commendari, & sigilli nostri impressione firmari. Testes huius rei sunt isti: Burchardus Halberstadensis Episcopus, Eppo Cicensis Episcopus, Wintherus Mersburgensis Episcopus; Hatolfus, Adelbertus, Suidegerus, Adolfus Canonici Bremenses. Dedo Marchio, & fratres eius Gero, Timo, Comites de Bren. De liberis hominibus Rudolfus de Gostilice, Fridericus de Lesuick, Helinpertus de Widesendorpe, Sigeboto de Stuen. Ministeriales Bremenses, Sibecko & frater eius Gerungus & Godescalcus, Mecelinus. Dat. III. Kal. Octob. Anno incarnationis Domini M. LIII. Indictione III. Episcopatus Domini Alberti Archiepiscopi, Anno VIII. Actum Gozeka in Christi nomine feliciter, Amen.

HEINRICVS ADALBERTO DE COMITA

tu in Pagis Hunesga & Fiuilga.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis, Henricus diuina fauente Clementia Rex. Si loca diuinis cultibus mancipata, more antecessorum nostrorum Regum & Imperatorum ditare & sublimare curamus, aeternam retributionem nobis inde futuram liquido credimus. Quocirca omnia Christi nostrorumque fidelium tam futurorum quam presentium nouerit industria, qualiter nos pro remedio beatae memoriae patris nostri Henrici tertij, Regis secundi Romanorum Imperatoris Augusti, & ob interuentam dilectae matris nostrae Agnetis Imperatricis Augustae, nec non ob petitionem & deuotum ac fidele seruitium Adalberti venerabilis Hammaburgensis Ecclesiae Archiepiscopi quae est constructa in honorem sancti Saluatoris & sanctissimae eius genitricis Mariae virginis, quendam nostri iuris Comitatum, scilicet in pagis Hunesga, & Fiuilga cum eodem iure omnique utilitate quam antecessores nostri habuerunt, vel villo modo in futurum inde poterit prouenire, ad usum eius dictae Ecclesiae in proprium

tradidimus, & condonauimus. Insuper etiam eidem Archiepiscopo licentiam & potestatem concessimus, in eodem comitatu duos mercatos constituendi, vnum videlicet in Wincheum, & alterum in Gerleuifwert, cum monetis & theloneis tam in aqua, quam in terra, & in omni districtione quæ ad forum & regionem pertinet potestatem; ita quidē vt nullus Iudex aut exactor, vel vlla alia persona, præter libitum prædicti Archiepiscopi regiam nostram traditionem inuadere, aut irritam facere præsumat. Hanc autem traditionem tali ratione firmauimus, vt præfatus Archiepiscopus & successores illius de prænominatis rebus liberam deinceps potestatem habeant tenendi, vel quidquid illis ad vsum Ecclesiæ prænominatæ placuerit inde faciendi. Et vt hæc nostra regalis traditio stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc chartam inde conscriptam, manu propria, vt infra videtur roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data VII. Kal. Maij. Anno Dominicæ incarnationis M. LVII. Indictione x. Anno autem Domini Heinrici IV. Regis ordinant. III. regni primo. Actum Werede in Dei nomine feliciter, Amen.

D I P L O M A F V N D A T I O N I S

Cænobij Rastandensis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego Adelbertus sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis Legatus, nec non vniuersarum Orientalium ac Septentrionalium nationum Archiepiscopus, Hammaburgensis quoq; Ecclesiæ prouisor indignus, vniuersis natis videlicet & nascituris in Christo fidelibus fidelem orationem & sempiternam salutem in Christo. Sicut Ecclesiasticæ religioni derogantes zelo iustitiæ accensi debemus arguere, ita piis fidelium affectibus etiam in omnibus consensum præbere verum est & necessarium, ad honestissima quæq; appetenda diuinitus illos allicere, tum si quæ petierunt cumulo dilectionis augere. Vnde præsentium & futurorum sciat vniuersitas, qualiter nos Hunonis gloriosi Comititis, suæ coniugis æque venerabilis Guillæ petitionem adimplentes; Basilicam in pago Ammiri, in loco Rastede appellato, sub inuocatione sanctissimi confessoris & Episcopi Odalrici constructam, à nostra auctoritate stabilem & in perpetuum legalem esse decreuimus, determinantes ad eam villas, quarum hæc sunt nomina; Nerene, Hana, Bekenhusen, Lemede, Bredehorne, Loyge, Ostenhorst, Hannichus, Mirihusen, Rastede, ea conditione, vt saluo honore & debito iure matris Ecclesiæ in Wiuelstede, ad præfatam Rastedensem Ecclesiam hæc villæ pertineant, & absque omni contradictione subiaceant: ita tamen, si aduocatus ipsi⁹ Ecclesiæ nobis nostrisq; successoribus, scilicet Archiepiscopis suis obedientiam exhibuerit, nec præuaricatione Doctorem iustitiæ conturbauerit. Et vt hæc per omnia succedentium tempora firma & inconuulsa permaneant, chartam hæc scribi, & sigillo nostro corroborari præcepimus. Data anno incarnationis Dominicæ M. LIX. Indictione XII. III. Idus Septemb. Ordinatio- nis vero eiusdem reuerendissimi Archiepiscopi Adalberti XVI.

HEINRICVS AD ALBERTO, DE TRADI- tione Liesmunde & Paludibus.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente Clementia Rex. Cum regis dignitatis sit, ius cuiuslibet seruare suum, præcipue tamen Ecclesiastica iura nobis obseruanda videntur, quia, si peccandum, tolerabilius in hominem, quam in Deum, si non peccandū, reuerentius tamen Deo quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere, nostrisq; in quantum possum⁹ patricinio tueri debem⁹, quatenus nostra tenera ætas ad virile robur adhelans, promoueri se sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter ho-
mines

mines confirmandi gratiam non amittat. Vniuersis igitur sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque fidelibus, tam futuris, quam præsentibus notum esse volumus, qualiter dominus Adalbertus sanctæ Hammaburgensis Archiepiscopus patronus & fidelis noster clementiæ nostræ serenitatem adiit supplicando, quatenus nostræ proprietatis quoddam prædium, curtem scilicet quæ vocatur Lieſtmuone, in comitatu Marchionis Vdonis, & in pago Wimodi nuncupato sitam, cum omnibus pertinentiis suis, progenitoris nostri charæ memoriæ Heinrici Romanorum Imperatoris Augusti, nostræque animæ remedio, in ius suæ transfunderemus Ecclesiæ, & hoc idem omniaque alia eiusdem Ecclesiæ bona, modis vndecunque legalibus aggregata, iure sibi perpetuo possidenda, omni contradictione postposita, per nostri præcepti paginam confirmaremus. Honestæ igitur petitioni nostro cõsilio fidelium, videlicet dilecti magistri nostri Annonis, Archiepiscopi Colonienſis, Sigefridi Archiepiscopi Moguntini, Burchardi Halberſtadenſis Episcopi, Ottonis Marchionis consentire decernentes; remunerantes quoque prædicti Archiepiscopi iuge seruitium, quod patri nostro & nobis incessabili deuotione exhibuit, eandem prænominatam curtem cum vniuersis appendiciis, hoc est, vtriusque sexus mancipiis, arcis, & edificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis, & incultis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, exitibus & redivibus, quæſitis & inquirendis, monetis, theloneis, nostrique banni districtum, super omnes ipsam terram inhabitantes, forestum etiam cum banno regali per totum pagum Wimodi, cum insulis, Bremenſi scilicet & Lechter dictis, necnon cum paludibus Linebroch, Aſebroch, Aldenebroch, Weigeribroch, Huchtingebroch, Brinſcimibroch, Weigenbroch limite discurrente vsque in Eiterna fluuium, pro animæ nostræ corporis salute, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ quæ est in honore domini & saluatoris nostri, eiusque intemeratæ genitricis perpetuæque virginis Mariæ, & beati Iacobi Apostoli consecrata, perpetuo iure possidendam, omnium præsentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus atque donauimus. Confirmamus autem munificentia regia eidem Ecclesiæ libertatem, & bona omnia quæ à Carolo Magno prædecessoris nostri Romanorum siquidem Imperatores, vel Franciæ reges vsque ad tempora nostra prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, & nos habendum ei omni tempore atque iure perpetuo possidendum, per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum, cunctorumque mortalium maiorum vel minorum inquietatione remota, parochias scilicet, decimas, terras cultas & incultas, comitatus, mercatus, monetas, thelonea, cum omni utilitate quæ describi, vel quoquomodo inde prouenire poterit. Et vt hæc nostra regalis traditio stabilis & inconuulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hanc chartam inde conscriptam, manu propria vt infra videtur corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data est v. Kal. Iulij, Anno dominicæ incarnationis M. LXXII. Indictione I. Anno autem ordinationis domini Heinrici IV. regis VIII. regni vero VI. Actum Altſtedij in DEI nomine feliciter, Amen.

HEINRICVS ADALBERTO DE COMI-

tatu in pago Emisgoa, VVestfala &

Angeri.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit, ius cuiuslibet seruare suum, præcipue tamen ecclesiastica iura nobis obseruanda videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si non peccandû, reuerentius tamen Deo, quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostrosque in quan-

tum possumus patricinio tueri, debemus, quatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoueri sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Vniuersis igitur sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque fidelibus, tam futuris quam præsentibus notum esse volumus, qualiter dominus Adalbertus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, patronus & fidelis noster, clementiæ nostræ serenitatem adiit, supplicando, quatenus eidem Ecclesiæ, quæ est in honore sancti Saluatoris eiusque intemeratæ genitricis perpetuæque virginis Mariæ, & beati Iacobi Apostoli consecrata, comitatum Bernhardi Comitis daremus in proprium. Vnde ad promerenda patriæ cælestis gaudia, & ad prolonganda sub diuina semper defensione nostræ vitæ curricula, & ad explendam nostrorum petitionem fidelium, videlicet dilecti magistri nostri Annonis Archiepiscopi Colonien- sis, Sigifridi Archiepiscopi Moguntini, Burchardi Haluerstaden- sis, Gutharij Babenbergensis, Adalberonis Wurzburgens. Episcoporum, Ottonis Ducis, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis, Fritherici Comitis Palatini, Eckkiberti Comitis consentire decernentes; remunerantes quoque prædicti Archiepiscopi iuge seruitium quod patri nostro, & nobis incessibili deuotione exhibuit, eundem Comitis prænominati comitatum in pagis Emisgoa, Westfala, & Angeri situm, cum vniuersis appendiciis eiusdem Comitis beneficia respicientibus, hoc est, vtriusque sexus mancipiis, arceis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis, & incultis, aquis, aquarum decursibus, molis, molen- dinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis, & inuis, quæ sitis & inquiren- dis, mercatis, monetis, theloneis, forestum etiam cum nostro banno regali per omnem comitatum, hiis tantum venationibus exceptis, quas nos aut prædecessores nostri, Romanorum scilicet Imperatores, vel Francorum Reges, Ecclesiis vel Principibus per regij auctoritatem præcepti largiendo contuli- mus, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ pro nostræ ut diximus nostrique pro- genitoris animæ remedio, perpetuo iure possidendum, omni præsentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus, atque dona- uimus. Confirmamus igitur munificentia regia eidem Ecclesiæ libertatem per omnia retinendam, & bona omnia quæ à Carolo Magno prædecessores no- stri, Romanorum siquidem Imperatores, vel Francorum Reges vsque ad tem- pora nostra prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, & nos habendum ei omni tempore, atque iure perpetuo possidendum, per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum, cunctorumque mortali- um minorum vel maiorum inquietatione remota, Parochias scilicet, deci- mas, terras cultas, & incultas, comitatus, mercatos, monetas, thelonea, fo- resta, cum omni utilitate, quæ describi vel quoquomodo inde prouenire po- terit. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconuulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hanc chartam inde conscriptam, manu pro- pria, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigni- ri. Data ix. Kalend. Nouembris, Anno dominicæ incarnationis M. LXII. In- dictione II. Anno autem ordinationis domini Heinrici quarti Regis VIII. regni vero VI. Actum Ratisbone in DEI nomine feliciter, Amen.

*HEINRICI IMPERATORIS ADALBER-
to de Comitatu Staden- si.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente clemen- tia Rex. Cum regiæ dignitatis sit ius cuique seruare suum, præcipue tamen ecclesiastica iura nobis obseruanda videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si vero non peccandum, reuerentius tamen Deo quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vesti-
gia

gia imitari optantes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere, nostrosque in quantum possumus patricinio tueri debemus, quatenus nostra tenera aetas ad virile robur anhelantes promoueri si promouerit sperans & dandi in Deo gloriam consequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Vniuersis igitur sanctae Dei Ecclesiae nostrisque fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse volumus, qualiter dominus Adalbertus, sanctae Hammaburgensis Ecclesiae Archiepiscopus patronus & fidelis noster, clementiae nostrae serenitatem adiit supplicando, quatenus eidem Ecclesiae quae est in honore Dei saluatoris, eiusque intemeratae genitricis perpetuaeque virginis Mariae, & beati Iacobi Apostoli consecrata, comitarum Vdonis Marchionis, quem pater suus habebat antequam acciperet, daremus in proprium. unde ad promerenda caelestis patriae gaudia, & ad prolonganda sub diuina semper defensione nostrae temporalis vitae curricula, & explendam nostrorum petitionem fidelium, videlicet dilecti magistri nostri Annonis Archiepiscopi Colonienfis, Sigfridi Archiepiscopi Moguntini, Burchardi Haluerstadenfis, Guntharij Bauenburgens. Adalberonis Wiziburgens. Episcoporum, Ottonis Baiuariorum Ducis, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis, Fritherici Comitum Palatini, Ekkiberti Comitum decernentes consentire, remunerantes quoque praedicti Archiepiscopi iuge seruitium, quod patri nostro & nobis incessabili deuotione exhibuit, eundem praenominati Vdonis Marchionis comitatum in Angeri situm, cum vniuersis appendiciis eiusdem Marchionis beneficia respicientibus, hoc est, vtriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis, & incultis, aquis & aquarum decursibus, molis & molendinis, piscationibus, exitibus & redditibus, viis & inuiis, quaesitis & inquirendis, mercatis, monetis, theloneis, forestu etiam cum nostro banno regali per omnem comitatum iis tantum venationibus exceptis, quas nos aut praedecessores nostri Romanorum scilicet Imperatores vel Francorum Reges, Ecclesiis vel principibus per regij auctoritatem praeccepti largiendo contulimus, sanctae Hammaburgensi Ecclesiae pro nostra, vt diximus, nostrique genitoris animae remedio, perpetuo iure possidendum, omnium praesentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus atque donauimus. Confirmamus autem eidem Ecclesiae munificentia regia libertatem per omnia retinendam, & bona omnia quae a Carolo Magno praedecessores nostri, Romanorum siquidem Imperatores vel Francorum Reges vsque ad tempora nostra praenominatae Ecclesiae concesserunt & nos habendum & omni tempore atque iure perpetuo possidendum per nostri praeccepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum cunctorumque mortaliu maiorum vel minorum inquietatione remota. Parochias scilicet, decimas, terras cultas, & incultas, comitatus, mercatos, monetas, thelonea, foresta, cum omni vtilitate quae describi vel quoquomodo inde prouenire poterunt. Et vt haec nostra regalis traditio stabilis & inconuulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hoc inde conscriptum manu propria, vt infra videtur corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data est ix. Kalend. Nouemb. Anno Dominicae incarnationis M. LXII. Indictione II. Anno autem domini Henrici ordinationis quarti Regis VIII. regni vero VI. Actum Ratisponiae feliciter, Amen.

HEINRICI IMP. IV. DE PRAEDIO
in Villa Wmethe.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis, Henricus diuina fauente Clementia Rex. Notum esse volumus omnibus Christi nostrisque fidelibus, tam futuris quam praesentibus, qualiter nos ob interuentum ac petitionem fidelium nostrorum Sigfridi Magontini Archiepiscopi, Annonis Colonienfis Archiepi-

chiepiscopi, simulque pro deuoto ac fideli seruitio dilecti nostri Adalberti Hammaburgensis Archiepiscopi, quendam seruientem nostrum, Nannonem nuncupatum, vna cum filio suo Hildiberno vocato, atque filia sua Lucia, nec non prædiis, quæcunque habere visus est, in loco Winerthe dicto, in pago Lacne, in comitatu Heinrici Comitum, ac vniuersis bonis suis, eisdem scilicet prædiis pertinentibus, id est, vtriusque sexus mancipiis, terris cultis & incultis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, campis, syluis, venationibus, aquis, aquarum decursibus, riuibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inuis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, & cum omni vtilitate, quæ vlllo modo inde prouenire potest, ad sanctam Hammaburgensem Ecclesiam, in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ constructam dedimus atque tradidimus; ea videlicet ratione, vt prædictus Archiepiscopus Adalbertus sui que successores de prænominatis mancipiis, eorumque possessionibus, liberam dehinc potestatem habeant, ita sicuti de cæteris Ecclesiæ suæ proprietatibus eiusdem loci Archiepiscopi hucusque habuerunt, ac deinceps habituri sunt. Ipsi quoque prænominati seruientes, Nanno scilicet, eiusque heredes tali deinceps lege ac iure vtantur, quali ceteri eorum conserui prædia sua liberali potestate tenendi, infra Ecclesiastica dandi, vendendi, commutandi, precariandi, hæredibus suis relinquendi. Et vt hæc nostra regiæ traditionis auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussim⁹ insigniri. Data xvi. Kal. Febr. Anno dominicæ incarnationis M. Lxiv. Indictione ii. Anno autem ordinationis Domini Heinrici iv. regis ix. regni vero vii. Actum Triburiæ in Dei nomine feliciter, Amen.

*ADALBERTVS DE DVOBVS MANSIS
in Aldinbughin & de tribus in Stafhorst.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Adalbertus almæ Romanæ & Apostolicæ sedis legatus, vicarius Papæ, nec non omnium Septentrionalium nationum Archiepiscopus, sanctæ quoque Hammaburgensis Ecclesiæ prouisor indignus. Notum esse volumus omnibus presentibus, quam futuris Christi fidelibus, qualiter Domina Gysla nostra videlicet Bixemensis Canonica, de prædio suo duos mansos, sitos in loco qui dicitur Aldinbughin, tres vero in loco, qui dicitur Stafhorst, cum omnibus appendiciis, id est, vtriusque sexus mancipiis, areis, agris, ædificiis, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, syluis, venationibus, quæsitis & inquirendis, & cum omni vtilitate, quæ vlllo modo inde prouenire possunt, Hammaburgensi Ecclesiæ in proprium donauit atque contradidit. Eo scilicet tenore, vt in precariam duplicem ab Ecclesia commutationem reciperet. Vnde nos tam religiosis affectibus dignum præbentes assensum, prædictæ scilicet Domine Gysle, ad commutationem sui, quod Ecclesiæ tradidit, patrimonij, de bonis Ecclesiæ decimas villarum, Rithram & Beuinhusen donauimus, & ad tenendum in diebus vitæ suæ concessimus. Si vero aliquis successorum nostrorum commutationem hanc, quam nos instituimus infringit, præfata scilicet Domina Gysla, sua retineat. Igitur vt hæc traditio stabilis & inconuulsa omni æuo permaneat, bannum nostrum imposuimus, & hanc cartam inde conscribi, & impressione sigilli nostri roborari iussimus:

*Ego Adalvvardus Sictonensis Episcopus interfui & subscripsi.
Ego Thiedo Brandenburgensis Episcopus interfui & subscripsi.
Ego Hiltinus Abbas Gorziacensis interfui & subscripsi.
Ego Thancmarus præpositus interfui & subscripsi.
Ego Gero præpositus interfui & subscripsi.
Ego Meginwardus præpositus interfui & subscripsi.*

Ego

Ego Gotebaldus praepositus interfui & subscripsi.
 Ego Cynnamus praepositus interfui & subscripsi.
 Ego Bertholdus praepositus interfui, & subscripsi.
 Ego Arnoldus praepositus interfui & subscripsi.
 Ego Thieto praepositus interfui & subscripsi.
 Ego Berim praepositus interfui & subscripsi.
 Ego Liudgerus decanus interfui & subscripsi.
 Ego Adalbertus decanus interfui & subscripsi.
 Ego Adam magister scholarum scripsi & subscripsi.
 Ego Hemmi presbyter subscripsi.
 Ego Meinhardus presbyter subscripsi.
 Ego Leo presbyter subscripsi.
 Ego Adaldagus presbyter subscripsi.
 Ego Ansfridus presbyter subscripsi.
 Ego Bertolfus diaconus subscripsi.
 Ego VValdo diaconus subscripsi.
 Ego Eilo diaconus subscripsi.
 Ego Liudger diaconus subscripsi.
 Ego Habbico diaconus subscripsi.
 Ego Alderadus diaconus subscripsi.
 Ego Thedico diaconus subscripsi.

Anno ab incarnatione Domini M. LXVIII. Indictione VI. Anno vero Domini Adalberti Archiepiscopi XXVII. Data per manum Meginwardi Archicappellarij III. Idus Iunij. Actum Bremæ, feliciter.

HEINRICVS IV. LIEMARO DE TRADITIONE Abbatie Eltene.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus Henrici filius Imperatoris secundi, diuina fauente Clementia Rex. Exemplum iustitiæ & honestatis à patribus nostris diuæ memoriæ Augustis accipientes, tum ex proprio sensu per nos ipsos quæ sint iusta ac Deo placita intelligentes, regiam nostram Maiestatem decere perspeximus, vt fideles nostros fidem ac iustitiam ad nos seruantes, dignis retributionibus muneremur. Quamobrem Liemarum sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilem Archiepiscopum nominis nostri præcipuum amatorem, atque optime de nobis merentem, dignum duximus, vt pro sua in nos fide egregia ac perpetua deuotione magno munere donaremur. Cum enim gens Saxonum ob superbiam temeraria à nobis rebellionem recederet, & bellum aduersum nos toto de eo amplius sumeret, ille fidem semel nobis iuratam pure & quam sancte conseruans, suos ac sua, certe diuitias magnas, reliquit, separatus ab illis atque ad nos veniens, lateri nostro fidus & irremotus comes toto illo tempore adfuit: nisi forte nostræ iussiones ac publicæ actiones aliquo ablegassent, aut propriæ ipsius utilitates & rationes ad horam hoc expostulassent, vt abesset, non illum tenuitas rei familiaris, non laborum fatigationes, non vitæ discrimina aliqua dimouere. Eodem bello Saxonico duabus pugnis grauissimis maximo periculo nobis adfuit, sed & apud sedem Apostolicam, contra Hildebrandum perturbatorem orbis magnis difficultatibus & anxietatibus legatione nostra functus est, tribus vicibus ad expugnandum urbem Romam, & capiendam nobiscum venerat. Huic ob fidem

fidem in nos tantam & voluntatem quam optimam, spontanea consideratione benefacere volentes, Abbatiam Altene in honore sancti Viti martyris constructam, iuxta Rhenum fluuium, in pago Hamaland, Gerardi comitatu sitam, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ in venerationem saluatoris atque eius genitricis perpetuæ virginis Mariæ, nec non etiam suprascripti sancti Viti, pretiosissimi martyris consecratæ perpetuo iure possidendam tradidimus, eidemque Liemaro præfatæ Ecclesiæ prouisorio & pastori dignissimo, ac suis deinde successoribus in omne æuum perfruendam concessimus, quo tali libertatis nostræ exemplo facilius ceteros ad similem deuotionem, & nostrum seruitium adtraheremus. Nos tamen à multis retro diebus Hammaburgensem Ecclesiam Archiepiscopi, viri eruditissimi atque egregie fidelis, curtem illi nostram Liesmundi dictam, complura alia prædia comitatus & donaria multa atque ornamenta contulimus, quo ipsius Domini nostri saluatoris petitionem, qua in re summa salus & vita est, atque eiusdem genitricis intemeratæ virginis opitulationem habere possemus. Dedimus autem eo more, quo Reges & Imperatores solent, cum omnibus appendiciis, ministerialibus, mancipiis vtriusque sexus, nundinis, theloncis, monetis, mercatis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, viis, & inuis, exitibus & redditibus, forestis, venationibus, aquis, aquarum decursibus, molis, molendinis, piscationibus, quæ sitis & inquirendis, Ecclesiis, Capellis, decimis, & cum omni iure, quod ad hæc tempora habuit, & utilitate quæ in futurum inde iuste provenire poterit. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas omni tempore rata & stabilis, & incouulsa permaneat, hanc cartam facti nostri significatricem ac testem super ea re conscribi & sigilli nostri signari impressione iussimus. Data x. Kal. Iulij. Anno Dominicæ incarnationis M. LXXXIII. Indictione VI. Anno autem ordinationis Domini Heinrici IV. Regis XXIX. regni XXVII. Actum Romæ post urbem captam, felici er, Amen.

F R E T E N A D A T A L I E M A
ro Archiepiscopo.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus & presentibus & omnium seculorum populis, qualiter fidelis noster Liemarus Sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, petitionem faciens nostræ Celsitudinis Serenitatem adiit. Habebat is ex nostra munificentia, qua utebatur, Abbatiam quandam, quam ei in rebellionem Saxonum fidem nobis seruanti, ac suis omnibus relictis arma nostra sequenti, in sustentationem indulgimus, Abbatia Fredena nuncupata, ad honorem sanctissimæ ac pretiosissimæ martyris Felicitatis, matris VII. filiorum, sub Principe Christo constructa, ac canonicis monialibus commissa, in pago Westfala dicto, in comitatu Gerardi Comitis sita est. Quam cum præfatus venerabilis Archiepiscopus Liemarus Ecclesiæ suæ in honorem sancti Saluatoris, eiusque genitricis perpetuæ virginis Mariæ, aliorumque sanctorum Iacobi Apostoli, & Viti Martyris constructæ, concedi & perpetuo iure contradi summissis precibus postularet. Cui etiam Romæ ante biennium, capta vrbe Leoniana, abbatiam aliam Elrdene dictam, in pago Hamalant iuxta Rhenum sub honore sancti Viti sitam, ac temporibus fidelis nostri sanctæ memoriæ Adalberti Archiepiscopi prædia multa nostris ex redditibus contulimus, nunc in hac petitione fidelissimos nostros Wezelonem Moguntinum, Egilbertum Treuirensis Archiepiscopus, Conradum Traiectensem, Robertum Babenburgensem, Meynhardum Wirceburgensem Episcopos, Fridericum Ducem Sueuorum adiutores sibi adhibuit. Nos ergo adiutorum dignitatem, fidem, deuotionem considerantes, simul etiam ipsius Archiepiscopi Liemari iuge seruitium, & perpetuos pro nobis labores retra-

stantes, voluntati eorum pro pietate nostra ac liberalitate deesse nolimus. Igitur decernentes eorum petitionibus acquiescere. eandem Abbatiam Fredena nominatam, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ Imperatoria manu concessimus, ac in proprium tradidimus, vt eam iure perpetuo teneat, possideat, ordinet, & vtatur; sperantes hoc factum in salutem animæ & vitæ subsidium nobis futurum. Dedimus autem sicut mos est dare Regibus & Imperatoribus, cum ministerialibus, cum mancipiis vtriusque sexus, cum clericis, Ecclesiis, Ecclesiarum dotibus, decimis, terris cultis & incultis, quæ sitis & inquirendis, syluis, forestis, venationibus, pratis, aquis, aquarumue decursibus, piscationibus, viis & inuis, molis, molendinis, pascuis, mercatis, theloneis, monetis ad hæc cum omni vtilitate, quæ exire eisdem ex bonis iuste poterit. Sic autem illam tradentes, hanc cartam in testimonium posteritati conscribi, & sigilli nostri impressione signari iussimus, ne qua deinceps potestas hanc nostram traditionem temerare & conuellere in perpetuum audeat. Data est autem v. Kalend. Ianuarij, Anno ab incarnatione Domini M. LXXXV. Indictione VIII. Domini autem Heinrici Anno regni XXXII. Imperij II. Actum Wormatiæ feliciter, Amen.

HEINRICI IMP. DE RESTITVTIONE III.

Comitiarum Emescha, Angera, VVestfalia, quas

Adalbertus amiserat.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus vniuersitati Christi nostrique fidelium, qualiter Dominus Adalbertus, venerabilis Archiepiscopus serenitatem nostram adiit, petens & postulans, quod Ecclesiæ Hammaburgensi, cui ipse pastor & rector præerat, donare vellemus Comitatum, quem in Emescowa & Westfale situm, Bernhardus Comes vir nobilis, & nobis genere propinquus, regendum vtendumque susceperat. Habuit secum adiutores in petendo complures: ex Principibus Sigefridum Mogontinum, Annonem Colonensem, Archiepiscopos, aliquos etiam ex Ducibus & Marchionibus, numerauit suos pro nobis domi forisque labores, ostendit perpetuam eius in nos voluntatem. Et quia ipsius Bernardi Comitatis ad hanc rem quærendus erat assensus, ipsum vir sapiens pretio & precibus adduxit, vt præsens laudator & assensor existeret. Tunc nos ipsi Archiepiscopo Adalberto ob merita sua beneuolenter ad hoc petitionibus fidelium nostrorum acquiescentes, maxime etiam cum remunerationem nobis speram⁹ à Domino saluatore, & sanctissima eius genitrice Maria, & sancto Vito martyre glorioso, à quibus locus ille euidenter incolitur, Comitatum eundem, ipso Bernardo Comite laudante & adfensum præbente Ecclesiæ Hammaburgensi donauimus & tradidimus. Addidimus etiam ei, sicut mos est, nostræ auctoritatis scriptum, sigillum ei imprimentes, quod hoc in longum fieret posteritati testimonium. Verum deinde procedente tempore, cum nouæ in regno perturbationes surgerent, dolis & inuidia quorundam factum est, vt Ecclesia supra memorata eodem comitatu ad aliquod tempus priuaretur. Veniens autem successor eiusdem Domini Adalberti, venerabilis Archiepiscopus Liemar, qui non minus in nostro seruitio laborauit, rem nobis in memoriam reduxit, preces adiungens, iudicium postulauit, atque id sæpe faciendo tandem effecit, vt in Purificatione inter ipsa solemnia missarum eundem Comitatum Deo Saluatori & sanctæ Mariæ offerentes recognosceremus, ac in perpetuum redderemus. Factum est in Italia Veronæ in monasterio S. Zenonis, videntibus & cognoscentibus Erpone Monasteriensi Episcopo, atque aliis Episcopis & Principibus compluribus, auxiliante etiam Domino Papa Clemente, quanquam tum præsens corpore non adesset. Itaque hoc facto iussimus huius recognitionis & redditionis cartam fieri, & signari vt esset in omne

tem-

tempus firmum, & ratum, atque omnibus notum. Humbertus Cancellarius vice Archiepiscopi Moguntini Routhardi atque Archicancellarij recognouit. Anno Dominicæ incarnationis M. LXXXVI. Indictione IV. Heinrico anno XLIII. regnante. Imperante vero XIII. Data est Patauij, præfente & laudante, ac confirmante Domino Papa Clemente. Recognoscebant ex Principibus, Episcopus Monasteriensis Erpo. Episcopus Veronensis Wolstrigel; Vincentinus Episcopus Ecelo; Taruisianus Episcopus Eumpoldus; Episcopus Veltrensis Aribo; Episcopus Fauentinus Routpret. Marchiones, Azo, Burchardus. Comites, Megenfridus, Wido, Houc, & alij complures.

L I E M A R V S A R C H I E P I S C O P V S
*de VII. mansis, quos dedit Gerhardus de
 Stumpenhufen.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Liemarus Dei gratia Bremensis Archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris salutem dicit. Notum esse volumus caritati vestræ, qualiter Gerhardus filius Gerberti de Stumpenhufen, post mortem patris, seruiore iuuentutis multas rapinas, multas captiones in homines Ecclesiæ nostræ, sine exemplo commiserat. Quod cum faceret diutissime, essetque iam intolerabilis omnibus, nos & dux Magn⁹, quem non minus in suis hominibus offenderat, vti sumus in eum nos mucrone anathematis; ille persecutionis infestatione facta, ergo hac voce ille à nobis animæ, à Duce periculum pertimescens vitæ, timore coactus est, vt declinationem faceret Duci, nobis autem satisfactionem damnorum. Cum ergo optio illi daretur, quidnam in compositione & emendatione nobis offerret, summam aliquam denariorum, an partem prædiorum; post multam deliberationem videns sibi copiam argenti nullam esse, nec spem in amicorum præfidijs aliquam, dedit ex paterna hereditate mansos aliquot, cum mancipiis VIII. Quod cum apud Bremam die statuto faceret, & daret super reliquias sanctorum in prædio Afanthorp dicto, mansos VII. cum mancipiis VIII. factum est vt in ea villa pars mansorum deesset vel dimidia. Deinde cum in villa quæ dicitur Acheim, nos & Dux Magnus, & reliqui milites Ecclesiæ nostræ quibusdam de causis colloquium haberemus, aderant autem Dux magnus, vt dixi, Vdo Marchio Vdonis Marchionis filius, tunc adolescens, Comes Fridericus, tunc aduocatus Ecclesiæ nostræ, Comes Ekkibertus, Comes Egilmarus, Lambertus Comes de Westfala, Adolfus frater ipsius Gerhardi, Thiedericus Sueuus, Fr. noster Marcellinus & filius fratris nostri Adalbero, quidam Vdo de Westfala, nobilis adolescens Folcbertus. Hij omnes milites Ecclesiæ nostræ. De militibus Ducis comes H. de Hammaburg, Comes Reynoldus, Hermannus de Imma. De militibus Marchionis, Gerbertus frater ipsius, G. Doulicus de Statha, & alij quam plures, tum ex liberis hominibus atque ex familia Ecclesiæ plus quam trecenti. Ibi Gerbertus præfens laudantibus fratribus eius Gerberto & Adolfo videntibus & audientibus hiis quos nominaueram, atque omnibus, qui in conuentu illo aderant, nam publice actum est, super reliquias nostras cum chirotheca, sicut mos est liberis Saxonibus tradidit in Afanthorp curtim ipsam & mansos IV. & dimidium, cum areis, ædificiis, terris cultis & incultis, quæ sitis & inquirendis, pratis, pascuis, piscationibus, aquis, aquarumque decursibus, syluis, forestis, venationibus, pastionibus porcorum, incisionibus arborum, molendinis, atque omnibus vtilitatibus quæ inde iure prouenire possunt, Mancipia dedit VIII. filiam presbyteri Lamberti, & alia VII. Vt autem impleret numerum mansorum septenarium, quem promiserat, dedit in villa, quæ dicitur Vfhufan, mansos II. & dimidium, cum area vna. Aderat Comes F. aduocatus Ecclesiæ, qui chirothecam traditionis sacris reliquiis impositam, vt mos est, abstulit, &

ab ipso Gerardo per digitorum extensionem promissionem confirmationis accepit. Post idem G. decimo die ex condicito nostro in sylua apud Asbeke, vbi nos calcem ad ædificandam Ecclesiam nostram parabamus, matrem suam verissimam eius heredem nobis presentavit: quæ ex lege Saxonum donationem eius ore laudavit, & digito confirmavit. In huius rei testimonium, vt res gesta posteritati fiat cognita, chartam hanc conscribi iussimus, & bulla plumbea, vt nobis mos est, signari. Actum est anno ab incarnatione Domini M. LXXXVIII. Anno ipsius Liemari Archiepiscopi Episcopatus & ordinationis XVII. Indictione XIV. regnante & imperante IV. rege & Imperatore H.

Waldo senex & vetulus archicancellarius recognovit.

L I E M A R V S D E T R A D I T I O -
ne Asbeke & Alerbeke.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Liemarus Dei gratia Bremensis Archiepiscopus, omnibus Christi Ecclesiæque fidelibus tam futuris, quam presentibus salutem dicit. Nosse volo charitatem vestram, qualiter quidam G. Nobilis homo, filius Gerberti de Stumpenhufen, qui vt in superiori chirographo continetur, quædam prædia, Ecclesiæ nostræ pro emendatione quarundam culparum contradidit. Postea non coactus sed sponte sua prædium quoddam Alarbeke dictum in pactione quadam eidem Ecclesiæ nostræ in proprietatem dedit. Hoc autem habuit in pacto nobis laudantibus vt fieret homo noster per manus, & acciperet de camera nostra VII. libras denariorum Goslariensium, & hoc ante Pentecosten illis diebus, quibus mercatum apud Bremam habetur. Hanc etiam oblationem & voluntariam pactionem nos tunc laudauimus, accepimus eum in hominem, beneficium dedimus, omnia secundum voluntatem eius perfecimus. Hoc scire volumus successores nostros hanc pactionem seruari debere sibi soli dum vixerit, non filiis eius, non heredibus. Tradidit autem illud idem prædium in Bremensi crypta veteri super altare, numero mansorum x. cum mancipiis, & sicut mos est, cum areis, ædificiis, terris cultis & incultis, quæstis & inquirendis, cum molis, molendinis, aquis, aquarumue decursibus, pratis, pascuis, syluis, lignorum & arborum incisionibus, & omni tali vtilitate, & eo iure quo ipse illud idem possiderat & parentes eius. Ad erant presentes & hæc videntes multi ex militibus Ecclesiæ, comes Ekkibertus, Atholfus ipsius frater G. Folcbertus, frater noster Macellinus, Adstabant de seruiantibus Ecclesiæ multo plures, Th. villicus, Suieko, Ecbertus, Ramword, Thietwid, Odico, Burchard, Tiedheri, Athelbero, Constantinus, Reinwardus. Facta sunt omnia legaliter. Sed hiis ita gestis, accesserunt amici nostri, & submonuerunt nos, ipsum G. in potestate Ducis fuisse eodem tempore, propter impietates & rapinas ac vastationes, quas fecerat in ducatu, nihil autem posse facere legitime, nec dare, nec accipere, nisi exiret de potestate Ducis. Tunc nos Ducem Magnum in natiuitate Domini inuitantes pro eo interpellauimus, exorauimus, exire de potestate eius fecimus, vt liber esset ex toto. Deinde cum post tres septimanas nos cum quibusdam militibus Ecclesiæ & seruiantibus quam pluribus, ad villam Asbeke proficisceremur ad calcem ad Ecclesiam nostram fabricandam pararemus, ipse nobis cum matre sua, quæ tum viuens erat, eius heres verissima, in villa Hasela, in domo Gotescalci seruiantis nostri, occurrit, traditiones omnes ex nouo fecit, & eorum prædiorum quæ prius pro emendatione dederat, & eius prædij, quod in hoc chirographo, pro pactione beneficij dedisse eum apud Alarbeke commemorauimus, ipse cum chirotheca, sicut mos est, tradens hæc omnia prædiola, super crucem & reliquias nostras ex nouo dedit. Ekkibertus comes ex promisso F. Comitis, qui tunc erat aduocatus, chirothecam abstulit, G. confirmationem digito, vt mos

est Saxonibus, fecit, matre eius confirmante, sicut iustum erat; frater ipsius G. Atholfus præsens laudauit, quanquam ad eum laudare nõ pertineret. Ita omnia acta sunt legaliter secundum omnem modum. Præsentibus ibi fuerunt Comes Ekkebertus. Th. aduocatus Anshelmus, Folebertus, Atholfus, Seruientes autem Ekkebertus, Mathelin^o, Burchardus, Thiedericus, Athelbero, Reingoz, Reinward, Constantin, Thiederic, Gerfrith, Rathard, & alij multi. Et vt hæc eius traditio & pactio firma sit & incõuulsa in perpetuum, placuit nobis & sibi scriptũ super hoc fieri, & bulla nostra signari in perpetuum restimonium earum rerum.

*FRIDERICI EPISCOPI DE HOLLAN-
dis Priuilegium.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus Dei gratia Hammaburgensis Ecclesiæ antistes, vniuersis fidelibus in Christo, præsentibus & futuris perpetuam benedictionem. Pactionem quandam, quam quidam cis Rhenum commanentes, qui dicuntur Hollandi, nobiscum pepigerunt, omnibus notam volumus haberi. Præfati igitur viri Maiestatem nostram cõuenerunt obnixè rogantes, quatenus terram in Episcopatu nostro sitam, hæcenus incultam paludosamq; nostris indigenis superfluam, eis ad excolendũ concederemus. Nos itaq; nostrorum vfi cõsilio fidelium, perpendentes rem nobis nostrisq; successoribus profuturam, non abnuendæ petitioni eorum assensum tribuimus. Huius autem petitionis talis fiebat pactio, vt de præfata terræ singulis mansis, singulos denarios, singulis annis nobis darent. Mansi vero mentione ne discordia in posterum in populo haberetur, quæ mansio in longitudine septingentas & viginti, in latitudine vero xxx. habet regales virgas, cum riuulis terram interfluentibus, quos eis simili modo concedimus, hic inscribi necessarium duximus. Cõdixerunt denique secundum decretum nostrum decimam se daturos, ita videlicet, vt de frugibus terræ xi. manipulum, de agnis x. de porcis similiter, de capris similiter, de anseribus similiter, nec non decimam mensuram mellis, & de lino simili modo darent. Pullum equinum vsq; ad festiuitatem sancti Martini solo denario, vitulũ obulo redimerent. Ad synodalem iustitiam & institutionem Traiectensis Ecclesiæ nobis se per omnia obtemperaturos promiserunt. Iudicia & placita secularis legis, ne ab extraneis præiudicium paterentur, ipsi vt omnes rerum dissensiones inter se definirentur. De singulis centum mansis ii. marcas singulis annis se persolvere asseruerunt. Maiorum placita siue iudicia rerum si ipsi inter se definire nequirent, ad Episcopi audientiam referrent, eumq; secum ad causam definendam ducentes, inibi quam diu moraretur, de suo ipsimet procurarent: eo tenore, vt de placitati quæstu duas partes haberent, tertiam vero Episcopo præberet. Ecclesias in præfata terra vbi eis cõgruum videretur, cõstitui concessimus. Quibus Ecclesiis decimam decimarum nostrarum parochiarũ Ecclesiarum earundem distincte in vsus sacerdotis inibi Deo seruituri præbuimus. Parochiani vero nihilominus singularum Ecclesiarum suis Ecclesiis mansum vnum in dotem ad prædictos vsus sacerdotis se daturos confirmant. Nomina virorum qui nos ad hanc pactionem faciendam confirmandamque conuenerant hæc sunt. Henricus sacerdos, cui præfatas Ecclesias in vita sua concessimus; ceterique laici Helikinus, Arnoldus, Hiko, Fardolt, Referic; quibus iam sæpeditam terram, secundum seculi leges, & præfatam conventionem concedimus, & ipsorum heredibus post ipsos. Huius conventionis adstipulatio fiebat anno Dominicæ incarnationis M. c. vi. Indictione vi. regnante Dño Henrico iv. Rom. Imp. Aug. Ad cuius pagine decretũ confirmandum cũ adstipulatione nostra, nostri impressione sigilli hic annecti nobis complacuit. Si quis ista contradixerit, anathema sit.

*Huius pagine confirmationi ego VVernherus præpositus interfui
& subscripsi.*

Ego

Ego Marquardus præpositus.
 Ego Hasoko præpositus.
 Ego Hugo præpositus.
 Ego Adalbero.
 Ego Tutho interfui & subscripsi.
 Ego Gerungus aduocatus interfui & recognoui.
 Ego Hericus interfui.
 Ego Thidericus.
 Ego VVillo interfui.
 Ego Erpo interfui & recognoui.
 Ego Adelbertus.
 Ego Gervwardus.
 Ego Ermbertus.
 Ego Reinwardus.
 Ego Ezelinus.

DE ECCLESIIS BRAMSTEDÉ,

Sanstede & Edisdorpe.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, F. Dei gratia sanctæ Hammenburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, omnibus Chriſtianiſ salutem dicit. Notum eſſe volumus tam præſentibus, quam futuris, tam natis, quam naſcendis, qualiter duæ Capellæ ad Eccleſiam Bramſtede terminatæ, iuſſu & nutu venerabilis Adalberti noſtri prædeceſſoris ſint cõſtructæ: hac tñ ratione, ne matri Eccleſiæ ali- quod creſceret detrimentum. Dux enim Saxoniz Bernardus ſæpius difficultatem itineris & palu- doſa loca conquæſtus, Thiedolfeſtorp capellam impetrauit conſtrui. Dum magis & magis tumultus querimoniz augetur, quod Eccleſia certis temporibus, raris vel nullis è plebanis peteretur. Ille prædictus Archiepiſcopus Adalbertus Sanſtedi oratorium, conſenſu præſbyteri de Bramſtede, fecit dedicari. Hæc filia matri iniuſta potentia fuit adempta. Nos quoniam matrem dedicauimus, ipſi omnia appendicia ſua bñni noſtri edicto alligauimus, hæc ad prædictã Eccleſiam Bramſtedi, ſine omni contradictione villas pertinere noſtificamus: Buſſati, Dreptiſati, Vtlide, Haſcwrte, Wrtſete, Rechtebe, Wirſebe, Viſſenwrthe, Santſtedi, Butli, Rechteſtiçte, Brechuſen, Nigelande, Aligwerſen, Crenneſſe, Aldendorp, Thiedelinſtorpe, Eidenwrth, Butli, Nienlant, Wimerſthorp, Flietſete, Lunenti, Stotle, Scathenebutli, Lindenefſa, Witteneſtede, Holena, Bochla, La, Lubberſtedi, Achenſtedi, Hornendorp, Feneno, Alpenſtede, Hagan, Waldesbutli, Hlidenſtedi, Sethorp. Hoc factũ vt maneat ſtabile, ſigilli noſtri atteſtatione firmauimus. Anno ab incarnatione Dñi M. CX. primo anno ordinationis eiufdem venerabilis Archiepiſcopi F. Bremæ actum indiçtione II. feliciter, Amen.

INNOCENTIUS PP. EPISCOPUS SVEDIAE

de obedientia quam facient ſuo Metro- politano.

INNOCENTIUS Epicoſopus ſeruus ſeruatorum Dei, venerabilibus fratribus, vniuerſis Epicoſopis Suediæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Equum eſt, vt qui aliis præeſſe deſiderat ſuis prælatiſ reuereri humili- ter nõ erubeſcat. Ceterum venerabilis frater noſter A. Hammaburgenſis Archiepiſcopus ad ſe- dem Apoſtolicam veniens, grauiter quaſtus eſt, quod cũ vobis, ſicut in antiquis

privilegiis Gregorij, Sergij, Leonis, Benedicti, Nicolai, & Adriani Romanorum Pontificum continetur, metropolitico iure præsideat, debitam ei obedientiam subtrahatis. Quod profecto à vobis tanto est studiosius corrigendum, quâto subiecto populo etiam in hoc bonæ conuersationis exemplo debitores estis, impendere. Per præsentia itaq; scripta fraternitati vestræ mandamus, quatenus præfato fratri nostro A. Hammaburgensi Archiepiscopo, tanquam metropolitano vestro; obedientiam & reuerentiam deferatis, & nullam ei super hoc molestiam de cetero irrogetis. Dat. apud montem Auentinum vi. Kal. Iunij.

I N N O C E N T I V S P P. A D A L B E R O N I
Episcopo contra Ascerum.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruatorum Dei, venerabili fratri Adalberoni Hammaburgensi Archiepiscopo, eiusque successoribus canonicè promovendis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ad hoc in B. Petri cathedra disponente Domino constituti esse conspicimus, quatinus singulis Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, suam conferuimus iustitiam, & qualiter tam temporaliter, quam spiritualiter earum status integer perseveret, salubriter providere curamus. Dignum etenim & rationabile est, vt sicut sacrosancta Dei Ecclesia unitatis ac fidei perpetua mater existit, ita nimirum eius priuilegia custodiantur. Sæpe vtique venerabilis Adalbero Hammaburgensis Archiepiscopus in præsentia prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Calixti & Honorij, ac nostra, qua metropolitano suo, quemadmodum in antiquis priuilegiis Gregorij, Sergij, Leonis, Benedicti, Nicolai, Adriani, Romanorum Pontificum continetur, obedientiam denegare: frequenter autem & à prædictis prædecessoribus nostris, Calixto & Honorio, & à nobis eis mandatum est, vt aut ad tuam & Hammaburgensis Ecclesiæ redirent obedientiam: aut si quam super hoc iustam se habere considerent rationem, ad sedem Apostolicam venirent ostendere parati. Ipsi vero Apostolicis contemnentes obedire mandatis, nec venerunt, nec responsales miserunt. Quia igitur nemolucrum debet de sua contumacia obtinere, ex deliberato fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium consilio, tam Lundensem, quam alios Episcopos Daciæ tibi restituimus. Ad formam itaque priuilegiorum Gregorij, Sergij, Leonis, Benedicti, Nicolai, & Adriani, Episcopatus Daciæ, Swediæ, Norwegiæ, Fariæ, Gronlandiæ; Helsinglandiæ, Islandiæ, Scridiundiæ, & Slavorum, charissimi filij nostri Lotharij Regis precibus inclinati tibi & per te Hammaburgensi Ecclesiæ, suæ videlicet metropoli, præsentis scripti pagina confirmamus. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioque commonita, si non satisfactione commoda emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem hæc statuta nostra seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum Romæ apud montem Auentinum per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Cardinalis & Cancellarij vi. Kalend. Iunij. Indictione xi. Incarnationis Dominicæ Anno M. cxxxii. Pontificatus vero Domini Innocentij Pp. ii. Anno iii.

LOTHARII IMP. DE LIBERTATE
*te possessionum Ecclesiae, & eorum qui co-
 loni sunt.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, diuina fauente clementia, Lotharius tertius Romanorum imperator Augustus. Cum omnibus debitores simus, specialius tamen pauperes Christi respicere debemus, & eorum bonam intentionem in omnibus promouere, & manu tenere. Nouerit itaque tam futurorum quam presentium industria, qualiter sanctæ conuersionis frater Vicelinus ex legatione Athelberonis venerabilis Archiepiscopi Hamaburgensis, per totam Slauiam, quæ in ipsius sita est parochia, curam & vicem susceperit prædicandi verbum domini. Qui cupiens in vice legationis suæ permanentibus, sicut nouellæ plātationis agricola fructum adferre, Ecclesiam in eadem Slauia, quæ Nouuum monasterium vocatur, inchoauit, & fratres in ea secundum sancti Augustini regulam satis deuote circa religionem instituit, sperans commendatione diuini officij, & regulari conuersione, rudes illius gentis mentes ad agnitionem veritatis molliri & inflecti. Cui sicut Ecclesiasticæ plantationis operario, in temporalibus prouidere cupientes, rogatu dilectæ nostræ Rikenze & principum hoc concessimus, vt illius terræ habitatores liberam habeant potestatem offerendi siue vendendi bona sua præfata Ecclesiæ, & alius quam prædictus frater Vicelinus, Domino annuente in eadem terra fundare studuit. Idem concedimus ipsi de Holtzatis, in quorum confinio prænominata Ecclesia fundata est. Vt autem præfata Ecclesiæ fratres, tam oblati quam exempti quiete vti possint: omnia quæ ipsis quoquomodo collata fuerint, ab omni exactione absoluiamus, præcipiendo iubentes, vt nullus Archiepiscopus, Episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla denique magna priuataue persona, in his concessis eos inquietare, deuestire, molestare præsumat. Si quis vero contra hoc quod nunc concedimus conatus fuerit, centum libras auri, medietatem cameræ nostræ, & medietatem prædictis componat fratribus. Quod vt verius concedatur, & ab omnibus diligentius custodiatur, presentis decreti paginam sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Huius rei testes sunt, Athelbero Hammenburgensis Archiepiscopus, Thietmarus Verdensis Episcopus, Athelbertus Marchio, Adolfus comes, & Conradus comes, Eilmarus comes, & alij comites, Sifridus, Rotholfus, Gerbertus, Frithericus, Christinus, Liudolfus, Bernhardus.

AD ALBERO ARCHIEPISCOPVS DE
libertate Ecclesiæ.

ATHELBERO Dei gratia Hammenburgensis Archiepiscopus, dilectis filiis Ecclesiæ sibi in domino commissæ tam futuris, quam presentibus, gratia vobis & pax à domino multiplicetur. Quia nostri iuris est, non tantum filios Domini, vel bene incedentes semper ad vltiora verbo & exemplo prouocare, vel nutantes consolidare, vel omnes qui aliquo modo desolati & contribulati sunt diuinis fomentis refocillare: sed in Ecclesiæ sanctæ decus eos qui extra sunt pro posse nostro incorporare, dilectioni vestræ notum esse volumus, quod nos cognito bono zelo eius, dilecto filio & fratri nostro fideli scilicet dispensatori Christi Vicelino, cum quibusdam fratribus ei in domino coheretibus, legationem verbi Dei in Slauia, quæ nostræ diœcesi vsque ad flumen Penum pertinet, vice nostra prædicandi commisimus. Verum quoniam præferitate gentis barbaricæ illius in prædicta terra stabilem mansionem habere non poterant, ad reparationem & sustentationem eis concessimus Ecclesiam quandam in fine Holtzatiæ, quæ apud veteres Wipéthorp, apud modernos vero Nouuum monasterium nuncupatur, cum decimis, & redditibus prius eo pertinentibus, & quandam villam Drageresthorp; cum omni vtilitate eius, siue in agris, siue in pratis, siue in siluis,

quæ nos in dedicatione altaris basilicæ nouæ ibidem ab ipsis inchoatæ, vsui supra-
dictorum fratrum mancipauimus. Plenam insuper libertatem præfato Nouo-
monasterio contulimus, ita scilicet, vt præter nos & successores nostros, & præ-
latos eorum quos sanior pars congregationis elegerit, neque præpositus, neque
Archipresbyter, neque Archidiaconus, nulla denique vel magna vel parua per-
sona, aliquid Ecclesiasticæ potestatis ibi habeat. Præterea eosdem fratres ab o-
mni itinerali labore & fatigatione omnino absoluius, non cogente necessita-
te infra terminos Hammenburgensis Episcopij, eorum opera & consilio ad Ec-
clesiastica disponenda indigeamus. Vt autem apud successores nostros & po-
steros eorum hæc inuoluntaria & rata permaneant, hanc deuotionis nostræ col-
lationem seruis Dei & amicis nostris hac præfenti carta sigilli nostri impressio-
ne insignita stabilimus. Si quis vero contra hæc eniti præsumserit, excommu-
nicationis sententiæ subiaceat. Data Hammenburg vii. Kalend. August. An-
no ab incarnatione Domini M. cxxxvi. Indictione xiii. Anno Archiepiscopa-
tus Domini Athelberonis xiv.

*AD ALBERONIS ARCHIEPISCO-
pi Priuilegium de decimis Ecclesiæ Noui-
monasterij.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus sancti, Adal-
bero Dei gratia Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus Christi-
fidelibus salutem in perpetuum. Põtificalis officij culmen à nobis frequenter exigit
famulis Dei, præfentis etiam vitæ sumtus, ex nostra sollicitudine quantũ facultas
admittit prouidere, ne pro illis laboriose forsitan acquirendis foris occupati, co-
gantur intus in laudem Dei debita minus exercere. Quapropter sanctæ conuer-
sationis fratri carissimo Wicelino & fratribus eius, qui seruiunt in nouo mona-
sterio, in villa Wippethorp nuncupata, in pago Holfatia, eiusdem villæ decimam
cum aliarum quarundam villarum subterpositarum decimis, veluti in villa Stra-
ueran, Horegon, Brachtenuelde, Twenthorp, Tadesthorp, Godlant, Wilber-
son, Boienebutle, Husberge, Cumeruelde, Padewrthe, Withorpe, Padenstide,
Bullingstide, sed & alias decimas iuxta fluuium Liestere in utroque litore, à villa
Elmëshorne vsq; ad lacum Wicflet, diuinam promereri cupientes retributionem
omnino dando concedimus, & vt in vsu prædicti monasterij fratrum perpetuo
redigantur, & redactæ permaneant diligenti deliberatione statuimus. Addimus
autem & his decimas iuxta Wilstram fluuium, scilicet à lacu qui dicitur Scladen,
vsque ad fluuium qui vocatur Waltburgow, nec non & illas, quæ sunt in australi
plaga fluminis Sturæ, videlicet à fluuio Lutesou, vsque ad montem Bredenberg,
suadentes illis ex fraternæ caritatis plenitudine, vt quæ Deo donante & conser-
uante, quamque videbunt ad necessarios vsus sibi non deficere, studeant & aliis
in ea, quam gratis acceperunt caritate, gratiam hospitalitatis liberaliter imperi-
dere. Præterea de omnibus quæ in syluis siue paludibus per se vel colonos suos,
vsque quam iidem fratres elaborauerunt, tam in frugibus, quam in animalibus
ipsi decimationes accipiant, & secundum quod sibi visum fuerit, ad laudem Dei
& utilitatem fratrum, sagaciter inde disponant. Vt autem hæc donatio omni a-
uo rata ac firma permaneant, hanc cartam conscribi, & sigilli nostri impressio-
ne signari præcepimus; rogantes & obsecrantes in nomine Domini & salua-
toris nostri Iesu, vt nullus eam in toto vel in parte deteriorare præsumat. Si
quis vero huic pio facto contraire seu derogare tentauerit, siue Archiepisco-
pus, vel Episcopus, seu Dux vel Marchio, Comes vel Vicecomes, siue aduo-
catus, seu quacunque alia Ecclesiastica secularisue persona, si secundo tertiove
commonita non cessauerit, anathema sit, Amen. Huius rei testes sunt Sjuar-
dus Obsalensis Episcopus, Occo Sleswicensis Episcopus, Bertholdus Abbas de
sancto Paulo, Adalbertus præpositus de domo sanctæ Mariæ & sancti Petri, Bo-
nifa-

bonifacius præpositus de domo sanctæ Mariæ & sancti Petri, Bonifacius præpositus, Hartmannus præpositus, Thetmarus decanus. Capellani Liutfridus, Odbertus, Anshelmus. Anno Dominicæ incarnationis M. CXLII. Regnante Chonrado Rege III. Anno vero ordinationis eiusdem venerabilis Archiepiscopi Adalberonis XVIII. Indictione IV. Acta sunt hæc Bremæ v. Idus Iulij, feliciter, Amen.

AD ALBERO EPISCOPVS DE CONFIRMATIONE PRÆPOSITURÆ NOVI MONASTERIJ.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Sanctæ caritatis euidens indicium est, non solum propriis, verum etiam alienis iuxta possibilitatē insudare profectibus; vt qui pluribus studeant in nomine domini proficere, pro pluribus mereantur benefactis æternæ retributionis præmia recipere. Quapropter venerabilis frater Viceline, susceptæ à nobis obedientiæ gratias Deo obseruator solertissime, ad laudē Dei & honorē tuum & Ecclesiæ in pago Holtstatiæ, in villa quondam Wipenthorp dicta, tibi cōmissæ, ampliari cupientes, nomē prælationis tibi & post te successoribus tuis, eiusdem Ecclesiæ cōgregationi canonicę præficiendis, perpetuo conferimus & cōfirmamus, quatenus inantea nomine & dignitate præpositus de Nouo monasterio dicaris, atq; inter reliquos nostri honoris fidos & idoneos cōsultores, scilicet Hammenburgensis seu Bremenensis Ecclesiæ priores habearis. Sed & parochianos ad eandem Ecclesiam prænominatam antiquitus & nunc pertinentes, tuæ sollicitudini committimus, nostraque auctoritate sancimus atque decernimus, quatenus à te baptizētur, verbis salutis erudiantur, synodali lege informantur, mortui sepeliantur. Præterea & quia te in partem nostri laboris ex paternæ benignitatis plenitudine stabilem & deuotum cooperatorem assumpsimus, Ecclesiam Bishorst in ripa fluminis Albiæ sitam cum banno simul & cum omnibus appendiciis eius acquisitis vel acquirendis tibi cōcedimus, vt nullam in hac vel illa vltèrius Ecclesia præpositus Hammenburgensis, vel alia quælibet persona potestatem habeat, nisi tu & qui tibi in eodem supra dicto nouo monasterio præpositi per liberam fratrum electionem successerint, & à me, vel à meis successoribus Hammenburgensis Ecclesiæ Archiepiscopis inuestituram acceperint. Et vt hoc nostræ benignitatis liberale decretum, omni æuo ratum maneat & inconuulsum, præsentem paginam cōscribi, & sigilli nostri impressione signari iussimus, & eorum nomina qui huius rei fautores & testes fuerūt, adnotari decreuimus. Siwardus Episcopus Obsalensis, Bertoldus Abbas de S. Paulo, Conradus abbas de Rossenuele, Athelbertus præpositus Bremenensis Ecclesiæ maioris, Athelbertus præpositus de S. Willehado in monte, Hartmannus præpositus de Rameslo, Bonifacius præpositus de Ripesholte, Luidmundus præpositus de Heslinga. Thietmarus decanus cum reliquis fratribus omnibus. Capellani, Odbertus, Hartwicus, Peregrinus. Si quis huic paginæ in toto vel in parte contraire præsumpserit, si secundo tertiove cōmonitus cessare noluerit, anathema sit. Amen. Obseruator autem benedictionem consequatur. Amen. Acta sunt Bremæ feliciter. Amen. Anno incarnationis Dominicæ, M. CXLII. Anno vero eiusdem domini Athelberonis venerabilis Archiepiscopi XIX. Indictione V.

DE DIVISIONE PALVDIS AVSTRALIS IN SANTON & SUI CONTERMINIS.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritus sancti, Adalbero Dei gratia Hamaburgensis Archiepiscop⁹, omnibus Christi fidelib⁹ salutē in ppetuum. Quisquis sapit, rē suam sic affectat agere, eoq; cōfirmationis tenore cōcludere, vt nō oporteat se calumniam seu molestiam sustinere. Qua-

propter & testes idonei conuenienter causis agendis interesse censentur, & de gestis priuilegia diligenter conscribuntur, per quæ ram futuris, quam præsentibus, quæ sunt acta, perpetuo legenda firmiterque tenenda traduntur. Notum igitur sit omnium turbæ fidelium, tam nunc, quam in perpetuum, qualiter & nos, & Domina Ducissa Gertrudis, & filius suus H. puer, Dux Saxonum, vna cum fidei nostro Alberto Marchione, Illustri Principe, paludem australem, scilicet villis istis, Santou, Strabelinghehusen, Ochtmunde, Hasbergen conterminam, æqua inter nos portione diuisimus, & ab omni tam nobilium, quam ministerialium, seu rucolarum appellatione liberam factam, habitatoribus excolendam dedimus: melius & vtilius æstimantes colonos inibi locari, & eorum labore fructum nobis prouenire, quam incultam, & penè inutilem, eam permanere. Erat autem nobis hæc cum colonis illis conuentio, vt quotquot ibi mansi habeantur, totidem nobis à possessoribus eorum quolibet anno denarij persoluantur, quo prædium non suum, sed Ecclesiæ & nostrum esse profiteantur, & decimam frugum, & porcellorum, & anserum, ouium & caprarum, atque apum examinum, secundum vsum terræ nostræ dare non negligant. Sed & poledrum denario, & vitulum dimidio redimant. Concedimus etiam, vt ad honorem Dei, Ecclesiam construant, constructæque prædium, quo sacerdos ibidem missas celebrando, baptizando, mortuos sepeliendo, ministraturus se pascat, conferat, & in synodalibus quæ eis præuiderimus rectorem habeant. In placitis vero secularibus eum, quem sibi præficimus audiant & defunctis patribus, tam filiæ quam filij eorum allodia pari diuisione suscipiant. Tribus etiam annuatim diebus ad placita sui aduocati ex condicto veniant, & bannum pro quolibet suo commissio, tantum quatuor solidis redimant. Si quis ad nos liber intrauerit, & se sicut est, liberum professus fuerit, libertate sua si velit vtatur. Sin autem, nisi prius relictis bonis, nequaquam alius quam Ecclesiæ proprius fieri permittatur. Si vero alius se seruum fecerit, prædio suo careat, & ad vsum Archiepiscopi illud absq; contradictione proueniat. Similiter qui venerit, & se seruum esse non negauerit, heres eius in suscipiendo matrimonio illi succedere poterit: qui si defuerit, Dominus eius ad suscipiendam hereditatem suam omnino exclusus sit, sed Archiepiscopus illam accipit. Porro qui cum sit seruus se liberum esse iactauerit, & in hoc mendax probatus fuerit, ad dominum suum cum suppellectili propria, si repetitur, reuertatur, & terra quam habuit, ad Archiepiscopum sine reparatione pretij redigatur. Si quis ancillam alterius nisi Ecclesiæ duxerit, hereditas illius filiis ac filiabus suis non prouenit. Similiter & fæmina, quamuis libera, si alicuius viro proprio, nisi si Ecclesiæ nupsit, quia se quoque seruituti obnoxiam fecit, viro suo adhæreat, & prædium Ecclesiæ relinquatur. Præterea si aliquem prædia sua, vt sæpe necessitatis causa fit, vendere velle contigerit, primum Archiepiscopo se, sicut si alius comparare velit, exhibeat: quod si noluerit Archiepiscopus, alij cuiilibet emere licebit, attamen & quod is qui vendidit annuatim soluit, & hunc soluere postmodum oportebit. Ne quis autem posterorum nostrorum hanc constitutionem nostram in toto vel in parte frangere vel destruere præsumat, paginam hanc conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri, & testium nomina subscribi iussimus. Hæc sunt nomina testium. Adalbertus præpositus, Bonifacius præpositus, Lutfridus præpositus, Capellani; Obertus, Hartwicus, Peregrinus, Gertrudis Ducissa, & H. filius suus Dux, Nobiles, Egilmarus Comes, Gerbertus Comes, Thetmarus de Wimodia, Adolfus, Henricus, Thidericus, & Liuthardus, Euerhardus, Gerthebertus, Gerungus, Willo, Egelbertus, Albero, Hildewardus, Arnoldus, V. do, Werno, Dudo, Christianus, Gerwardus. Anno incarnationis Dñi M. c. lxxiii. Indictione v. Anno Domini Chunradi Regis vi. Anno vero Domini Adalbertonis venerabilis Hamaburgensis Archiepiscopi xx. Actum Bremæ iii. Non. Septembr. Amen.

ADALBERONIS ARCHIEPISCO-
pi de collatione prædij villa Elmeshörn.

IN nomine Domini omnipotentis Patris & Filij, & Spiritus sancti. Adalbero Dei gratia Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam præsentibus salutem in perpetuum. Notum vobis facimus qualiter diuina maiestate suggerente religiosa domina Richardis, nobilis illa Comitissa famosissimi Principis Rotholfi Comitis vidua, vna cum carissimis filiis suis Hartwico præposito Bremensis Ecclesiæ, & fratre ipsius Rotholfo Comite, sanctæ Dei genetrici & perpetuæ virgini Mariæ, & venerabili fratri nostro Vicelino præposito ac fratribus ipsius in Nouo-monasterio, scilicet in villa antiquitus Wipenthorp dicta, Deo famulantibus, eorumque successoribus prædium suum, quod habuit in pago Holfatia, in villa Elmeshorn iuxta Giefteram fluuium sita, cum omnibus attinentiis, hoc est, syluis, pratis, pascuis, viis & inuis, aquis, aquarumue decursibus, exitibus & reditibus, cum paludibus à prædicta villa Elmeshorn tendentibus, vsque ad locum, vbi lacus Wicfler fluit in Giefteram, cum duobus mancipiis, Siberno, Odelino, perpetuo iure possidendum tradidit, ea videlicet conditione, vt sui suorumque parentum apud eosdem fratres iugis & inextricabilis ad Deum memoria consistat: Et ne quisquam heres eorundem, vel alia quælibet ecclesiastica secularisue persona ipsis vel viuis vel mortuis hoc factum in toto vel in parte violare præsumeret, auscultantibus & aspicientibus tam nobis ipsis, quam multis aliis, gratuitam & apertam eiusdem prædij in supradictorum fratrum vsus resignationem fecerunt, & hoc nostræ auctoritatis & banno, & priuilegio stabiliri postularunt. Sed quia spe retributionis æternæ hæc visi sunt emoliri, decreuimus & nos piæ petitioni eorum propensius assentiri. Præterea & hoc præsentis paginæ necessarium duximus adnotari, quod mater Domini Henrici Marchionis, nobilis & religiosa Domina Ermingardis, super memorato Nouo-monasterio suum quoque in villa eadem Elmeshoren prædium, nihilo minus ob recordationem sui & suorum in perpetuum dedit, quod & nostra auctoritate confirmari rogauit. Vt ergo vtrorumque bono affectui pium præbere videremur assensum, præsentem paginam cōscribi & sigilli nostri impressione insigniri iussimus, perpetuam eis annuntiantes pacem qui eam inuiolatam seruauerint: imo à cōmunionem omnium fidelium excludentes, qui aliquo modo ipsam infirmare seu deteriorare tentarint. Huius rei testes sunt: Hartwicus præpositus, Vicelinus præpositus, Hartmannus præpositus, Liudmundus præpositus, Vicelinus præpositus, Liudfridus præpositus, Erpo præpositus. Capellani; Odbertus, Anshelmus. Nobiles; Folradus, Thidericus, Widekindus. Ministeriales; Adico, Ricbertus, Mane-goldus, Werno, Edo, Liuderus, Euerwinus, Wolcmarus, Liudolfus, Sigero, Herimannus, Hardericus, Thietmarus, Godefridus, Euerhardus. Acta sunt hæc Staden. Anno ab incarnatione Domini M. CXLIV. Anno vero eiusdem venerabilis Adalberonis xx. Indictione vi. viii. Kal. August. Amen.

CHUNRADVS REX HARTVV I-
co Episcopo, de Ditmarsia.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Chunradus diuina fauente clementia Romanorum Rex II. Principalis excellentiæ prouidentiam decet, vt ea quæ à rectoribus Ecclesiarum, de sacris earum possessionibus, vel ordinationibus, aut commutationibus sub nostræ conspectu, siue ex iudicio, siue ex partium consensu fuerint, tenaciori scriptorum memoriæ contradantur, ne postera ætas rerum gestarum ignara, aliquo errore seu dissensione fatigetur. Quora nota esse volumus, tam futuræ, quam præsentis huiusmodi industriæ, quod vir venerabilis Fridericus sanctæ Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus

pus pacta quædam & conuentiones, in nostra & Principum nostrorum præsen-
 tia contraxit cum Hartwico præclaro Ecclesiæ suæ Canonico, eiusque matri
 Richardæ Marchionissæ, quas vtrinque auctoritate nostra regia roborari, &
 Principum nostrorum, qui aderant testimonio stipulari petierunt. Siquidem
 prædictus sublimis Clericus vna cum præfata matre sua contulit eidem Archi-
 episcopo & Magdeburgensi Ecclesiæ possessiones suas, quas de patrimonio suo
 hereditaria successione acceperat, quarum nomina hæc sunt. Ierichowa cum
 suis pertinentiis, Lintin cum suis appenditiis, Wranckenstein cum suis attinē-
 tiis, Errebasleue cum suis pertinentiis. Has itaque denominatas possessiones &
 non alias, retento tamen ministerialium, qui ad eas pertinent omnibus diebus
 vitæ suæ, tam per obsides, quam per securitatem sacramenti obsequio tali con-
 dictionis tenore, prædictus nobilis Clericus Hartwicus cum matre sua vna cō-
 tulit Magdeburgensi Ecclesiæ, vt quia inclytus carnalis frater ipsius Rodulfus
 comes à suis hominibus in Comitatu Diethmaringensium impie interemptus
 fuerat, & ei tota paternæ domus possessio hereditario iure competeat. A cu-
 ius ingressu & vsu eum prædicti sicarij sui germani interfectores prohibebant,
 deberet eum prænominatus Archiepiscopus per bonam fidem vsque ad effica-
 ciam obtinendi adiuuare, non solum de prædicto Comitatu Diethmaringen-
 sium, sed etiam de Comitatu Nortlandiæ, & de possessionibus quæ fuerunt Co-
 mitis Friderici & Domina Idæ, & de omnibus quæ in sua potestate habebat, &
 de omnibus aliis, de quibus eidem sublimi clerico iusta actio ex legum ratione
 competeat. Insuper duas curtes Wiselam & Goganheim cum omnibus appē-
 diciis præfatus Archiepiscopus sæpe dicto clerico & matri suæ dedit, hac inter-
 iecta rationis constantia, vt non ex iure beneficij easdem curias teneant, sed re-
 ditibus earum ad vsus suos quoadusque vixerint, filius post matrem, seu mater
 post filium absque omni impedimento ex iure priuilegij possideant. Interim
 autem quicumque bona in præfatis curiis à beneficij iure in libertatem cesse-
 rint, in vsus suos redigant, & quieta possessione obtineant. Præter hæc etiam i-
 dem Archiepiscopus contulit prænominato nobili clerico de mensa sua redi-
 tus xl. librarum, iuxta prædictam conditionis legem, vt non beneficij iure
 teneat, sed ad vsus suos accipiat. Ad hæc quoque beneficium centum marca-
 rum, quod primum de manu cuiusquam Principis, vel cuiusquam nobilis vaca-
 uerit, idem Archiepiscopus ad vsus eiusdem Clerici dimittere firma stabilitate
 promisit, ita videlicet, vt filium sororis suæ Adelbertum earundem centum mar-
 carum sibi legitimum hæredem relinquat. Super hæc omnia idem Archiepi-
 scopus data fide, inuiolabili conditionis lege promisit, canonici sui tam pro eo,
 quam pro Ecclesia sua adhibita fide indubitanter sponderunt ministeriales
 sui iureiurando firmauerunt, quod hæc omnia quæ prædicta esse noscuntur,
 bona fide & absque omni malo ingenio idem Archiepiscopus debent obserua-
 re, & pro retinendis ad vsus & dominium eiusdem nobilis clerici prænotatis
 possessionibus, tanquam pro suis & Ecclesiæ suæ rebus inuiolare. Statutum et-
 iam est, vt si prætaxatus Archiepiscopus eundem præcellum clericum adiuua-
 re non possit vel nolle, tota ad ipsum & ad heredes suos collatæ possessionis in-
 tegrilas reuenteretur Conditionem vero in omni contractu valere, sacra impe-
 rialis scripta indubitati iuris esse testantur. Et vt hæc ab omnibus sit disposita &
 constituta esse noscantur, præsentis scripti paginam fieri, & nostræ imaginis si-
 gno roborari mandauimus, & nomina quarumdam excellentium personarum
 quæ huic contractui interfuerunt, subternotari fecimus. Rudolfus Haluersta-
 densis Episcopus, Anselmus Havelbergensis Episcopus, Wikerus Brandebur-
 gensis Episcopus, Buggo Wormaciensis Episcopus, Wibaldus Stabulensis ab-
 bas, Henricus Dux Saxonie, Henricus Palatinus Comes de Rheno, Adal-
 bertus Marchio, Henricus Comes de Winceborch, Fredericus Palatinus Co-
 mes, Adolfus comes de Schowenborch, Ernestus comes de Hohenburch,
 Hliudicus comes de Lata, Sibodo de Scartuelde, Hludewicus de Wipera,
 Hoge-

Hogerus de Manafuelt, Esyco de Burmensteden, Walterus de Arnestede, Otto de Hilgesleue, F. de Saltzvvitelen, & frater eius Wolradus, H. de Borvvidel, & fratres ei⁹ Helmoldus & Wolradus. Anno Dominicæ incarnationis M. CXLV. Indictione VIII. regnante Chunrado Romano rege II. Anno vero regni eius VIII. Actum Magdeburch in Christo feliciter, Amen.

AD ALBERO ARCHIEPISCOPVS BRE-
mensis, de decima Paludis Bishorst.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Ego Athelbero Hamburgensis seu Bremensis Ecclesiæ Deo propiciante vocatus Archiepiscopus, fratribus in Nouo monasterio quod est in pago Holsatiæ, in villa videlicet Wipenthorp dicta, sub regulari disciplina victitantibus, sustentationum oportunitatem prouidere cupiens, paludē quæ est versus Bishorst, & iam non raro incolitur ab habitatore, distincte describi iussi, & decimationes tam frugum quam animalium, quæ inde proueniunt, eorundem vobis fratrum deputavi, & non solum plurimorum testium, verum & presentis paginæ sanctione firmaui, ne quis in posterum hæc audeat infringere, quod hic potest propter Deum à nobis bene & deliberate factum, intelligere. In orientali ergo plaga palus supradicta terminum habet marcham Holsatorum, in australi marcham Romersflet: in boreali autem lacum Wicflet, in occidentali vero fossam tendentem vsque ad marcham Romesflet. Quæcunque itaque decimationes his prænotatis terminis cõcluduntur, à supra memoratis eiusdem noui monasterij fratribus auctoritate dñi nostri Iesu Christi, & nostra perpetua irrefragabili possessione suscipiantur, & in vsus Deo famulantium dispensentur. Si quis autem hoc factum nostrum infregerit, anathema sit. Huius rei testes sunt Hartwicus Bremensis Ecclesiæ præpositus, Stadenfium dominus, Hartwicus Hammenburgensis præpositus, Vicelinus præpositus, Hartmannus præpositus, Liudmundus præpositus, Liudfridus præpositus, Bonifacius præpositus, Erpo præpositus, Odbertus Capellanus. Nobiles, Adolfus Comes, Adolfus & Thiedericus frater eius. Ministeriales, Liuderus, Thiedericus, Gerungus, Hadebertus, Albero, Vdo, Willo, Arnoldus, Frithericus, Henricus. Acta sunt hæc Bremæ Anno incarnationis Domini M. CXLVI.

HENRICI DVCIS BAVARIÆ ET
Saxonie adprobatio donationum paludum iuxta
Vvilsteram & Sturiam.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Henricus Dux Bauariæ & Saxonie. Ad hoc in culmen potestatis nos per gratiam Dei collocatos iuste recognouimus, vt quo auxilij nostri manum protendere, & quibus consilij curam impendere necessarie propter Deum debeamus, facilius & manifestius prospicere valeamus. Sed cum omnibus debitores simus, præcipue tamen pusillos Christi qui mundo, suisque ambitionibus renunciantes, sub vmbra alarum diuinæ protectionis se contulerunt, nos manu tenere, eisque in necessariis rebus subseruire debere digne perpendimus. Notum ergo esse volumus, tam futuris quam presentibus, quod & nos pia vota parentum nostrorum in memoriam reuocare vtile duximus, & eorum bonum propositum in his quibus honorem Dei promouere studuerunt confirmare proponimus. Siquidem à venerabili Athelberone Hammaburgensi Archiepiscopo per studium & laborem reuerendi patris Vicelini in prouincia Holsatiæ in villa ab antiquis Wipenthorp dicta, Nouum monasterium inchoatum, & seruientes Deo inibi coadunitos, & videmus & scimus, patrem vero meum Ducē Heinricum, & auum meum Imperatorem Lotharium, locum ipsum oblationibus promouisse, donis honorasse, &

se, & res eidem Ecclesiæ collatas priuilegiis suis confirmasse, veraci relatione didicimus. Pro eo denique quia vineam Dei ibi plantatam bene fructificantē, in odore eius multos post Deum currentes rudes illius gentis homines ab impietatibus suis pristinis correctos vicinas gentes Slauium ab incredibilitate iam conuersas ad fidem gratanter aspiciamus, locum ipsum digno honore amplectendum arbitramur, & eos, qui se ibidem Deo seruituros deuouerunt, etiam ex nostra beneuolentia fouendos, & munificentia cōsolandos iudicamus. Quapropter paludem quæ est iuxta Willsteram inter Sladen & Waleburgou, & alteram, quæ est iuxta Sturiam inter Lutefou, & Aldenou, à Comite Adolfo & omnibus Holsatis eidem Ecclesiæ collatas adprobamus, & in vsus fratrum eiusdem prædicti Noui monasterij cedendas in perpetuum auctoritate nostra decernimus. Et vt hæc collatio rata & inconuulsa omni æuo permaneat, cartam hanc conscribi, & sigilli nostri impressione signari fecimus, & nomina eorum qui affuerunt assignari mandauimus. Testes & fautores & cooperatores huius rei sunt Athelbero Hammenburgensis Archiepiscopus, Hartwicus Bremēsis Ecclesiæ maior præpositus, Vicelinus prædicti Noui monasterij præpositus, Athelbertus Marchio, Comes Adolfus, Comes Henricus de Bodvide, Comes Christianus de Aldenburg, cum aliis multis principibus, nobilibus & ministerialibus, è numero Holsatorum hi sunt: Marcradus signifer prouinciæ, cum filiis suis, Vergotus filius Dasonis de Ennigge cum fratribus suis, Wluardus de Renkigge, Wicbertus de Wekkigge, Imico cum filio suo Reimaro, & fratribus suis, Ethelerus de Vrige, Godescalcus de Geresthorp, Hasso filius Henrici aduocati de Ottenebotle, Thiedbernus de Ho, Henricus aduocatus de Barmistide, Marcradus de Busele, cum filiis suis, Eluericus & Hiddo de Eidera, hi iudices terræ, Otherus signifer Sturmariorum. Quatuor etiam qui denominati sunt Legati esse prouinciæ, Marcradus de Stenuelde, Toto de Kerleggehuse, Rothmarus de Hanstide, Aluardus de Eiderstide, & reliqui plures. Acta sunt hæc Heikenbutle, coram frequentia totius exercitus qui nobiscum erat, quando reuersi sumus accepta victoria de hostibus regni Thiedmarskiensibus, qui Rotholfum Marchionem, Principem & Comitem suum, iam pridem interfecerant, & confirmata est hæc collatio fauore & acclamatione totius exercitus qui ibidem in Castris erat aggregatus. Anno incarnati uerbi M. CXLIX. Indictione XII. Data Idibus Septembr.

*HARTVVICI ARCHIEPISCOPI DE PALV-
de Sita infra Oldene & Berne & Horsebe.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus sancti. Ego Hartwicus Deo donante Bremensis seu Hammaburgensis Archiepiscopus, paludem quandam partim præposito & fratribus maioris Ecclesiæ Bremensis, partim vero mihi ac ministerialibus admodum paucis pertinentem, duobus uiris Iohanni uidelicet & Simoni vendendam & excolendam fratrum omnium atque eorum, qui participes erant, ministerialium deliberato assensu tradidi, & iustitiam quam affectabant, scilicet qualem Hollandensis populus circa Stadium habere consueuit, concessi. Quo uero termino eadem palus omni ex parte includatur, diligenti distinctione describi tam illis, quam nobis necessarium duximus, ne uel illi plus suo iuri quam sit iustum adicere præsumant, uel de nobis, si forte quod pactum est mutare uellemus, iniuria sustineatur. Habet enim in plaga Orientali fluuium Hursebe dictum, in Occidentali alium Berna uocatum, in Septentrionali uero Aldena fluit, in Australi autem palus quæ Hursiberemor nuncupatur, præmemoratam paludem claudit. Ceterum quia ligna ad comburendum præposito à populo inibi manente & ad præposituram pertinente ex institutione pristina sunt administrata, & eadem propter agriculturam à colonis eradicanda, ex paternæ prouisionis beneuolentiæ statuimus, quate-

quatenus omnes eorundem noualium decimæ in vsu partim præpositi, partim fratrum, sicut in priuilegio inde conscripto continetur, ex nostra largitione perpetuo possidenda transeant, & defectum lignorum per utilitatem sui fructuose suppleant. De decima vero frugum hoc ex gratia concedimus, vt vndecimum aceruum, quem Hollandenses lingua sua Vimmen vocant, persoluant. De animalibus autem, veluti polledris denarium, de vitulis obulum, de reliquis quoque iustam decimationem administrent, & quolibet anno denarios singulos pro singulis mansis reddant. Placita quoque tribus anni vicibus celebrent, & qui incusati in hiis non satisfecerint, ad alia postmodum vocati sua lege respondeant. Districtum autem Ioanni emptori, quem supra recitavi iure beneficiali concessi, ea videlicet ratione, vt suo eodem iure liceat relinquere successori. Vt autem rei huius dispositio omni æuo stabilis & inconuulsa permaneat, præsentem cartam conscribi, & sigilli nostri impressione signari, & testium nomina annotari iussimus. Huius igitur rei testes sunt; Præpositus Liudfridus, præpositus Erpo, Bonifacius præpositus. Canonici; Godescalcus, Thedwardus, Liutwardus, Eluericus, Rederus, Othalicus, Albero, Thetmarus, Er-cambertus, Sibertus Eilhardus, Nobiles; Albertus Marchio, Bernardus, Adolfus, Hermannus, Hodo, Thidericus, Hogerus, Ministeriales, Liuderus aduocatus, Albero, Christianus, Fridericus, Sibertus, Gerungus, Vdo, Dudo, Willo, Hadebertus, Arnoldus. Acta sunt hæc anno Incarnationis Domini M. CXLIX. Anno quoque regis Chunradi IX. Anno vero eiusdem venerabilis Archiepiscopi I. Actum Bremæ.


FRIDERICI IMP. CONFIRMATIO
Priuilegiorum Bremensi siue Hamburgensi Ec-
clesiæ concessorum.

IN Dei nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Augustus. In examine cuncta Dei conspicientes æquali, meritum fors credimus dantis & corroborantis. Credimus etiam ad Imperialem Maiestatem nostram pertinere totius Imperij curas, præcipueque omnium Sanctarum Dei Ecclesiarum commoda considerare, & omnia eis aduersantia sub omni festinantia abolere, ne vel graui incommoditate vilescent, vel qualibet nacta occasione à pristino cultu & religione recedant. quatenus dum hoc pro amore, pariterque timore Dei fideliter peragimus, illorum qui bona sua pio affectu Deo contulerunt, meritis & gloria communicemus. Nouerint igitur omnium Christi Imperijque nostri fidelium tam præsens ætas, quam successura posteritas, qualiter dilectus noster Hartwicus Hammaburgensis Archiepiscopus obtulit Maiestati nostræ priuilegium Diui & Augustissimi Imp. Hludouici, primi fundatoris & constructoris Hammaburgensis Ecclesiæ, supplicans nobis, vt bona, possessiones, iura, immunitates, terminos, sicut præfatus gloriosissimus Imperator instituit, nos æternæ stabilitatis vigore, prædictæ Ecclesiæ confirmaremus. Nos itaque pia facta prædecessoris nostri clarius intuentes, & diuinæ dexteræ opus per manum Christi sui completum debita affectione cordis amplectentes, quidquid in Hammaburgensi Ecclesia statuit, statuimus, quod donauit donamus, & nostra Imperiali auctoritate confirmamus. In memoriam reuocantes, omnibus tam futuræ, quam præsentis vitæ fidelibus, quo cella Rodenach vocata, à sanctissimo Imperatore Carolo Magno prænominatæ Ecclesiæ sit donata, & cella Turholt in comitatu Flandriæ sita, donatione Hludouici Imperatoris ad perennem Hammaburgensis Ecclesiæ iurisdictionem debeat pertinere. Recolimus quoque rem magna veneratione dignissimam, quod in eodem loco trans Albiam Hammaburch nun-

Q cupa-

cupato, idem gloriosissimus Imperator Hludewicus proprij vigoris Archiepiscopalem, & super omnes Ecclesias Danorum, Sueonum, Norvvegiarum, Farriar, Gronlandonum, Hallingolandonum, Islandonum, Scredewindonum & omnium Septentrionalium partium metropolitanam sedem constituit, & in futurum omnibus casibus sæpedictę Ecclesię obuiare posset, ne quisquam Episcoporum aliquam sibi trans Albiam vel alicubi in prædicta parochia vindicare debeat potestatem, certo limite eam circumscripsit. Terminos itaque quos Imperator Hludouicus posuit, & eos quos Otto Imperator postmodum ex consilio Principum præfatę Ecclesię designauit, iuxta temporum æquam considerationem immutatos conseruamus, & nostra Impériali auctoritate confirmamus; quod sint videlicet termini eiusdem Ecclesię ab Albia flumine deorsum vsque ad mare Oceanum, & sursum per Slauorum prouinciam vsque ad fluuium Pene, & per eius decursum vsque ad mare Orientale, & per omnes prædictas Septentrionis nationes. Omnes quoque paludes infra siue iuxta Albiam positas, cultas & incultas, infra terminos eiusdem parochię sicut ab Imperatore Hludouico positę sunt, & nos ponimus, vt trans Albiam se & sua ab incurso paganorum securius in his locis occultari queant. Et vt hæc confirmationis auctoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, præsentem inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum hæc sunt nomina. Arnoldus Maguntinensis Archiepiscopus, Euerhardus Bambergensis Episcopus, Geberhardus Wirzebergensis Episcopus, Albertus Aquensis præpositus, Gerhardus Magdeburgensis Præpositus, Fridericus Dux Sueonum, Chonradus Palatinus Comes de Rheno. Hludouicus Prouincialis Comes Thuringię, Marquardus de Gumbach.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris inuictissimi.



Ego Reinaldus Cancellarius vice Maguntinensis Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui.

Data Franckenvvort xvii. Kalend. Aprilis. Indictione vi. Anno ab subcarnatione Domini Millesimo Centesimo Quinquagesimo octauo, Regnante Domino FRIDERICO Romanorum Imperatore Augusto, Anno Regni eius vi. Imperij vero iii.

*FRIDERICVS IMP. HARTVVICO PRIMO,
de Lismonia & Paludibus iuxta Bremis.*

IN nomine sanctę indiuiduę Trinitatis Fridericus fauente Clementia diuina Romanorum Imp. Aug. Imperialem celsitudinem decet prædecessorum suorum pia facta non solum inuolabiliter conseruare, sed etiam censurę suę auctoritate alacriter confirmare. Nouerit igitur omnium Christi imperijque nostri fidelium tam præsens ætas, quam successura posteritas, qualiter nos antecessorum nostrorum vestigiis inherentes, & pietatem intimę caritatis brachiis amplectentes, priuilegium perdilectissimi proauj nostri Heinrichi iv. Imperatoris nostrę maiestati oblatum debita cum reuerentia suscepimus, & quasi diuinę auctoritatis oraculum confirmare dignum duximus. Eius itaque gloriosissima facta prosequentes, & honestę petitioni dilectissimi nostri Hartvvici, venerabilis Hammaburgensis siue Bremensis Archiepiscopi vota ad-

mitten-

mittentes, eandem Ecclesiam in nostram imperialem tuitionem suscepimus, & omnia quæ Carolus & Hludewicus siue Otrones, necnon diuus proauus noster Henricus IV. cuncti præcessores nostri retro Principes præfatæ Ecclesiæ contulerunt, nos quoque gratuita pietate damus & confirmamus. Specialiter autem & nominatim curtem quæ vocatur Liestimunde, in Comitatu quondam Marchionis Vdonis, & in pago Wimodi, cum omnibus pertinentiis suis, hoc est vtriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, aquis, aquarum decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, exitibus & reeditibus, quæ sitis & inquirendis, monetis, theloneis, nostrique banni districtum, super omnes ipsam terram inhabitantes. Contradimus quoque & confirmamus iam dictæ Hammaburgensi siue Bremensi Ecclesiæ forestum cum banno regali per totum pagum Wimodi, cū insulis Bremselicet & Lechter; nec non paludes Linebruch, Aspruch Aldenbruch, Huchtingebruch, Bruscinubruch, Wigeribruch, limite discurrente vsque ad Etrirna fluuium. Confirmamus etiam munificentia regia eidem Ecclesiæ libertatem, parochias scilicet, decimas, terras cultas & incultas, Comitatus, mercat^o, monetas, thelonea, cum omni vtilitate quæ describi, vel quoquo modo inde prouenire poterit: bona siquidem omnia quæ à Carolo Magno prædecessores nostri Romanorum Imperatores, vel Francorum reges vsque ad tempora nostra prænominate Ecclesiæ concesserunt, nos habendum omni tempore atque iure perpetuo possidendum per nostri præcepti paginam ei concedimus, omni nostra & successorum nostrorum cunctorumque mortalium inquietatione remota. Et vt hæc nostra Imperialis traditio stabilis & inconuulsa permaneat, præsentem inde paginam cōscribi & sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis testibus, quorum nomina hæc sunt. Arnoldus Moguntinensis Archiepiscopus, Euerhard^o Bambergēsis Episcopus, Gebhardus Werzeburgensis Episcopus, Albertus A quensis præpositus, Gerhardus Magdeburgensis præpositus. Fridericus Dux Sueuorum, Conradus Palatinus Comes de Reno. Hludewicus prouincialis Comes. Ego Reinoldus Cācellarius vice Arnoldi Mogont. Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui. Data Fanckenuort xvii. Kal. April. Indictione vi. Anno Dominicæ incarnationis M. CLVIII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Augusto; Anno regni eius vi. Imperij vero III.

FRIDERICI IMP. HARTVVICO ARCHIEPISCOPO de paludibus iuxta VViseram.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Aug. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficij, & necessitates Ecclesiasticas nostro releuamus iuuamine, id nobis & ad temporalem vitam transigendam, & ad æternam feliciter obtinendam, profuturum liquido credimus. Omnium igitur Christi imperijque nostri fidelium nouerit industria, tam præsentium quam futurorum, qualiter nos vtilitati Hammenburgensis siue Bremensis Ecclesiæ omni diligentia prouidere cupientes, paludes iuxta Bremam sitas, videlicet Wegerebroch, Brinkerebroch, Huchtingerbroch, quæ prius absque cultura erant, inhabitari & coli concessimus, infra hos terminos, à Wexe videlicet & Drexe inter Ochmundam & Wiseram, vsque ad locum vbi cōfluunt, & trans Ochmundam inter Brinken & Hasberge. Omnes itaque qui has paludes ex commissione dilectissimi nostri Hartwici Hāmenburgensis siue Bremensis Archiepiscopi inhabitauerunt, in tuitionem nostram imperialem suscipimus, & omnia iura, quæ idem Archiepiscopus eis constituerit, rata habebimus, & omni tēpore illis decernimus cōseruanda. Quia vero idem Archiepiscopus bouone venditorem eiusdem paludis, & habitatorū ipsius iudicem, nostro & cognati nostri

Heinrici ducis consensu cōstituit, volumus & imperiali edicto iubemus, vt quis-
 cunq; à bouone siue à vicario ei⁹ possessionem in prædicta palude mercatus fue-
 rit, nemo mortalium ipsum aut heredes ipsius vnquam iniuriari præsumat. Vt au-
 tem designata paludis habitantibus omnia iura sua illibata permaneant, præsentē
 inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis
 testibus, quorum nomina hæc sunt. Arnoldus Moguntinensis Archiepiscopus.
 Euerhardus Bambergensis Episcopus. Geuehardus Werzeburgensis Episcopus.
 Albertus Aquensis præpositus, Gerhardus Magdeburgensis præpositus, Fride-
 ricus Dux Sueuorum, Chunradus Palatinus Comes de Rheno, Hludewicus
 prouincialis Comes. Marquardus de Grumbach. Ego Reynaldus Cancellarius
 vice Arnoldi Moguntinensis Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui. Da-
 ta Frankeneuort. xviii. Kalend. April. Indictione vi. Anno Dominicæ incar-
 nationis m. c. lvi. iii. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore
 Aug. Anno regni eius vi. imperij verò lxx.

FRIDERICVS IMP. HARTVVICO AR-
 chiepiscopo, de libertate Episcopi.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente clemen-
 tia Romanorum Imperator Augustus. In examine cuncta Dei conspicien-
 tis, æquale meritum fore credimus, dantis & corroborantis. Credimus etiam
 ad Imperialem maiestatem nostram pertinere totius imperij curas, præcipue o-
 mnium sanctarum Dei Ecclesiarum commoda considerare, & omnia eis aduer-
 santia sub omni festinantia abolere, ne vel graui incommoditate vilescant, vel
 qualibet nacta occasione à pristino cultu & religione recedant, quatinus dū hoc
 pro amore pariterque timore Dei fideliter peragimus, illorum qui bona sua pio
 affectu Deo contulerunt, meritis & gloria cōmunicemus. Nouerit igitur omnis
 Christi imperijq; nostri fidelium, tam præsens ætas, quam successura posteritas,
 qualiter dilectus noster Hartwicus Hammenburgensis Archiepiscopus obtulit
 maiestati nostræ priuilegium diui Augustissimi Imperatoris Hludouici primi
 fundatoris, & constructoris Hammamburgensis Ecclesiæ, supplicans nobis, vt bo-
 na, possessiones, iura, immunitates, terminos, sicut præfatus gloriosissimus Im-
 perator instituit, nos æternæ stabilitatis vigore prædictæ Ecclesiæ confirmare-
 mus. Nos itaque pia facta prædecessoris nostri clarius intuentes, & diuinæ dex-
 teræ opus per manum Christi sui completum, debita affectione cordis ample-
 ctentes, quidquid in Hammamburgensi Ecclesia statuit, statuimus, quod donauit
 donamus, & nostra imperiali auctoritate confirmamus, in memoriam reuocan-
 tes omnibus tam futuræ, quam præsentis vitæ fidelibus, quod cella Rodenach
 vocata à sanctissimo Imperatore Karolo Magno prænominata Ecclesiæ sit dona-
 ta, & cella Turholt in comitatu Flandriæ sita, donatione Hludewici Imp. ad
 perennem Hammamburgensis Ecclesiæ iurisdictionem debeat pertinere. Recoli-
 mus quoq; rem magna veneratione dignissimam, quod in eodem loco trans Al-
 biam Hammaburch nūcupato, idem gloriosissimus Imperator Hludewicus p-
 priij vigoris Archiepiscopale, & super omnes Ecclesias Danorū, Sueonum, Nor-
 uveiorū, Farriæ, Grunlandonum, Haslingolandonum, Islandonum, Scredeuin-
 donum, & omnium septentrionalium partium metropolitanam sedē constituit.
 & vt in futurum omnibus casibus sepeditæ Ecclesiæ obuiare posset, ne quisquā
 Episcoporum aliquam sibi trans Albiam, vel alicubi in prædicta parochia vindi-
 care debeat potestatem, certo limite eam circumscripsit. Terminos itaque quos
 Imperator Hludouicus posuit, & eos quos Otto Imp. postmodū ex cōsilio Prin-
 cipū præfata Ecclesiæ designauit, iuxta tēporum æquam considerationē immu-
 tatos cōseruamus, & nostra imperiali auctoritate confirmamus, q; sint videlicet
 termini eiusdē Ecclesiæ ab Albia flumine deorsum, vsq; ad mare Oceanū, & sur-
 sum per Slauorū prouinciam, vsq; ad fluuium Pene, & per eius decursum vsq; ad ma-

ad mare Orientale, & per omnes prædictas Septentrionis nationes, omnes quoque paludes infra siue iuxta Albiam positas, cultas & incultas, infra terminos eiusdem parochiæ, sicut ab Imperatore Hludewico positæ sunt, & nos ponimus, ut trans Albiam se & suâ ab incurfu paganorum securius in hiis locis occultare queant. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, præsentem inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum hæc sunt nomina. Arnoldus Mogontinensis Archiepiscopus, Euerhardus Bambergensis Episcopus, Gebhardus Werceburgensis Episcopus, Albertus Aquensis præpositus, Gerhardus Magdeburgensis præpositus, Fridericus Dux Sueuorum. Con. Palatinus Comes de Rheno, Hludewicus prouincialis Comes Turingiæ, Marquardus de Grumbach. Ego Reynaldus vice Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui. Data Frankenuort xvii. Kalend. April. Indictione vi. Anno ab incarnatione Domini M. c. lviij. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Augusto Anno regni eius vi. imperij vero iij.

FRIDERICVS IMP. DE LIBERTATE
omnium Ecclesiarum.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus. Qui mundi potestate præditi, quibuscunque necessariis regentium suffragari festinant, diuinam sibi nihil refragari clementiam certissime sciunt. Ideoque non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum clementer; quia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter speramus & amplificationem æternalisque prouenturam perpetuo perennitatem. Vnde nouerit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quam futurorum sagacitas, quod Adaldagus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus adiit excellentiam serenitatis Imperatoris Ottonis semper Augusti, ab eius pietate experit talem libertatem & tuitionem monasteriis eius Episcopo consistentibus, qualem cætera Archiepiscoporum per nostrum regnum monasteria noscuntur habere. Quia uero iusta & rationabilis eius petitio uidebatur, ob remedium & memoriam animæ piissimi genitoris sui Ottonis Imperatoris Augusti, eidem Ecclesiæ supradictæ concessit concessionem, quas cõcesserant anteriores Francorum reges & Imperatores, cæteris monasteriis ad hanc dioccesin pertinentibus, id est, Ramesla, Brema, Byrsen, Buckin, & aliis. Cyuena, Rarstarch, Ripesholt, Wippendorph, ita scilicet, ut semper sub imperiali tuitione sint, & quidquid modo habent, vel in futurum acquirere debent, & eis eorumque Episcopo libere seruiat, omni iudiciaria potestate remota. Constat etiam eundem venerabilem Archiepiscopum Adaldagum, flagitibus suis obtinuisse à rege Ottonelientiam cõstruendi mercatum in loco Bremum nuncupato, bannum quoque & thelonium, inmodicam, totumque quod inde regius reipublicæ fiscus obtinere poterit Ecclesiæ suæ rege donante contulit & retinuit. Quinetiam negotiatores eiusdem incolæ loci, regis tuitionis patrociniõ ita condonauit & commendauit, ut ex regis auctoritatis edicto in omnibus tali patrocinentur tutela, & potiantur iure quali ceterarum regalium institores urbium; nemoque inibi aliquam sibi vindicet potestatem, nisi præfati pontificatus Archiepiscopus, & quem ipse ad hoc delegauerit, non Dux, non Marchio, non Comes, nulla secularis potestas, in supradictorum hominibus monasteriorum, cuiuscunque conditionis vel officij sint, aliquam legem vel bannum, vel iustitiam exerceat, nisi aduocati ipsius Archiepiscopi, quos ipse uelit & constituat. Data est quoque clericis eiusdem Ecclesiæ libera potestas inter se siue aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Quæcunque igitur in præsentis chirographo seu à Rege Ottone, seu ab Imperatore Augusto concessa sunt & confirmata, & nos imperiali auctoritate nostra

stra eidem Ecclesie eadem concedimus & confirmamus, vt rata permaneant, & sub nostri sigilli impressione semper inconcussa consistant. Vt etiam hiis omnibus in posterum maior fides adhibeatur, personas ad testificandum idoneas subscribi iussimus; quarum nomina hæc sunt. Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus; Gotfridus Traiectenſis Episcopus; F. Monasterienſis Episcopus; Philippus Merburgenſis Episcopus; Albertus Aquenſis præpoſitus, Gerhardus Magdeburgenſis præpoſitus, Thibaldus Sanctenſis præpoſitus, Arnoldus præpoſitus de Colonia apud Sanctum Andream. Bruno præpoſitus in Colonia apud S. Georgium; Otto Bremeniſis ſummus præpoſitus, Hartwigus Hammaburgeniſis præpoſitus, Vdo Ramaslenſis præpoſitus. H. notarius. H. dux Saxonie, Chonradus comes Palatinus de Rheno, Hludouicus comes de Cleue; H. comes de Cuke; Adolſus comes de Monte; Symon comes de Tekeneborch, Otto comes de Rauensberge & frater eius H; Marquardus de Crombach. Ego Reynoldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui. Data in Verda Sancti Swiberti x. Kal. Maij, Indiſtione vi. Anno Dominicæ incarnationis M. C. L. V. I. I. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Auguſto. Anno regni eius vi. Imperij vero III.

FRIDERICI IMP. HARTVVICO
Archiepiſcopo Primo.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente Clementia Romanorum Imperator & semper Auguſtus. Cum regia dignitatis ſit, ius cuiſbet ſeruare ſuum, præcipue tamen Eccleſiaſtica iura nobis obſeruanda videntur: quia ſi peccandum, tolerabilius in hominem, quam in Deum; ſi non peccandum, reuerentius tamen Deo, quam hominibus obſequendum. Nos quidem patrum præcedentium veſtigia imitari optantes, augere bona Eccleſiaſtica, aucta retinere, noſtroque in quantum poſſimus patrociniſio tueri debemus. Vniuerſis igitur Chriſti noſtriſque fidelibus, tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter venerabilis Adalbertus ſanctæ Hammaburgeniſis Eccleſie Archiepiſcopus ſerenitatem clementiæ Heinrici IV. regis adiit ſupplicando, quatinus foreſtum in Ertnebroch, atque in ceteris circumiacentibus ſyluis, quod diuæ memoriæ anus eius Chunradus, Romanorum Imperator Auguſtus, prædictæ ſanctæ Hammaburgeniſis Eccleſie perpetuo proprietatis iure poſſidendum contulerat, idipſum amplificando cõfirmaret. Qui prædictis eiſus inclinatus prædicto foreſto adiunxit, quidquid inter Warmenow, Wiſeram, Aldenam, & Huntam fluuios venationis fieri poteſt & præſata Eccleſie ſub regia tuitionis banno in proprium condonans tradidit atque confirmauit, præſentium cunctorum vel ſuccedentium contradictione remota. Addidit etiam eidem Eccleſie ſuæ proprietatis foreſtum in pago Ameri ſitum, in Comitatu Vdonis perpetuæ poſſeſſionis iure retinendum. Inſuper etiam omnibus ſanctæ Hammaburgeniſis Eccleſie ſeruis & ancillis, ipſo Archiepiſcopo ſupplicante conceſſit, vt extra poſſeſſionem Eccleſiaſticam, quidquid terrarum vel mancipiorum acquiſierint, liberam habeant poteſtatem, infra ipſius Eccleſie familiam hereditandi, commutandi, poſſidendi, vendendi, tradendi, vel quidquid eiſus infra Eccleſiaſticam poſſeſſionem placuerit inde faciendi. Cõfirmamus & nos munificentia imperiali eidem Eccleſie libertatem, & bona omnia quæ à Karolo Magno prædeceſſores noſtri Romanorum Imperatores, vel Franco- rum reges vſque ad tempora noſtra prænominata Eccleſie conceſſerunt, & nos ei habenda omni tempore atque perpetuo iure poſſidenda, per noſtri præcepti paginam concedimus, omni noſtra noſtrorumque ſucceſſorum cunctorumque mortalium, maiorum & minorum inquietatione remota: Parochias ſcilicet, decimas, terras cultas & incultas, aquas & aquarum decurſus, comitatus, mercatus, monetas, thelonea, foreſta, cum omni vtilitate quæ deſcribi, aut vilo

ullo modo inde poterit prouenire. Et ut hæc imperialis nostræ concessiōnis ac confirmationis auctoritas stabilis & inconuulsa omni æuo permaneat, hanc cartam inde conscribi corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri addita subscriptione testium Principum, tam clericorum, quam laicorum, quorum nomina hæc sunt:

F. Colonienſis Archiepiſcopus; Got. Traiectenſis Epicoſopus; F. Monaste-
rienſis Epicoſopus; Philippus Meriburgenſis Epicoſopus. Al. Aquenſis præpoſi-
tus. Thibaldus Sanctenſis præpoſitus. Arnoldus præpoſitus in Colonia apud S.
Andræam. Bruno præpoſitus in Colonia, apud S. Georgium. Otto Bremenſis
Eccleſiæ ſummus præpoſitus; Hartwicus Hammaburgenſis præpoſitus; Vdo
præpoſitus Rameſienſis. H. notarius. H. Dux Saxoniz. Chun. Comes Palatinus
de Rheno. Hludewicus Comes de Are. Th. Comes de Cleue. Her. Comes de
Cuke. Adolſus Comes de Monte. Symon Comes de Thekeneborch. Otto Co-
mes de Rauensberch & frater eius H. Marquardus de Gröbach. Ego Reynaldus
Cancellarius vice Arnoldi Moguntinenſis Archiepiſcopi & Archicancellarij
recognoui. Data in Verda Sancti Swiberti x. Kal. Maij. Indiſtione vi. Anno
Dominicę incarnationis M. CLVIII. regnante Domino Friderico Romanorum
Imperatore Auguſto, Anno regni eius vi. Imperij vero III.

C O N C E S S U M H A R T W I C O

Archiepiſcopo.

IN nomine ſanctę & indiuiduę Trinitatis, Fridericus diuina fauente clemen-
tia Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam diuina clementia Romani
titulo Imperij & corona ſublimare nos & inſignire dignata eſt, ideo ſtudioſius
honoris & promotioni Eccleſiarum Dei inuigilare debemus, & efficacius inſiſte-
re. Inde eſt quod venerabilem Harwigum nobis per omnia dilectiſſimum ſan-
ctęque Hammenburgenſis Eccleſię paſtorem & Archiepiſcopum inter ſpecia-
les noſtros præ ceteris principibus familiarius colligētes, ad perſonę ipſius pro-
motionem, honorem & omnimodam gloriam ſtadium adhibebimus, ſanctam-
que Hammaburgenſem Eccleſiam ipſius prouidentię commiſſam, ſouere, ma-
nutenere, omnibus modis exaltare operam dabimus. Primum igitur dilectos
noſtros Dominum Bremenſem & Baioarię ac Saxoniz Ducem, tantę dilectio-
nis vinculo vnire dignum cenſemus; ut ſi alteruter in alterum exceſſerit, per ſe
viciſſi non præſumat, ſed dictante ſententia ad examen noſtrę iuſtitię, prout de-
cet, recurrere feſtinet. Aliam quoque cauſam quę inter dilectum noſtrum Bre-
menſem & Verdensem, honorabiles perſonas agitatur, iuxta tenorem priuile-
giorum vtriuſque adhibito Principum & aliorum ſapientum conſilio compo-
nere ſatagemus. In hac quoque parte fideliffimo noſtro Bremenſi non poſſu-
mus deſſe, nec volumus; quia pro recuperanda ipſius hereditate, quam Magde-
burgenſis ſuę poteſtati aſcribit, prout melius & honeſtius poterimus, laborare
curabimus. Præterea ut præfatus Bremenſis, noſtrę erga eum dilectionis emo-
lumentum experiatur, ab expeditionibus & à debitis ſeruitiis, & à ceteris labo-
ribus eum iuxta velle ſuum ſupportabimus. Cum etiam vniuerſalem Eccleſiam
Romanam viſitare poterimus, debitum honorem Hammaburgenſi Eccleſiæ,
pro iure noſtro, per omnia requiremus. Adiicimus inſuper quod Waltero de
Arneſtede omnia cum beneuolentia dimitemus, quę ab eodem Archiepiſco-
po eum habuiſſe in beneficio cognoviſcimus. Dabimus quoque dilecto noſtro
Bremenſi Archiepiſcopo vini carratas xx. quolibet anno, de Bobarden x. & de
Maguntino x. Pro eius etiam dilectione Bouonem in gratia Ducis pleniter re-
ſtituemus, & quamdiu viuet ipſum ad omnia ſibi pertinentia ſub noſtra impe-
riali tutela conſeruabimus. Ego Reynoldus cancellarius, vice Domini Arnol-
di Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui. Datum Auguſtę

anno Dominicæ incarnationis M. CLIX. Indictione VI. regnante Domino Friderico Romanorum Imp. Aug. Anno regni eius VII. Imperij vero IV. Amen.

V I C T O R P P. D E A B B A T I I S
Rofeueldensi & Räteftadensi.

V I C T O R Episcopus feruus feruorum Dei, Venerabili fratri Hartwico Bremensi Archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & iustitiæ conuenire monstratur, animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis celerem præbere consensum. Ea propter charissime in Christo frater, tuis rationibus diligenter auditis & Ecclesiæ tuæ priuilegiis solerter inspectis, honorem seu dignitatem, quam tui prædecessores super tribus Episcopatibus Sclauorum videlicet Altenburc, Michelenburc Racesburc, habuisse noscuntur, personæ & Ecclesiæ tuæ duximus confirmanda. Igitur secundum formam priuilegiorum beatorum beatōrum patrum & antecessorū nostrorum Gregorij, Sergij, Nicolai, Benedicti, Adriani, Victoris, Stephani, & Innocentij, tibi tuisque successoribus canonice intrantibus, & sanctæ Hammaburgensi seu Bremensi Ecclesiæ prædictos patribus per memorata priuilegia concessa sunt, præsentis pagina confirmamus. Abbatiam quoque de Herseuelde tibi tuisque successoribus concedimus & donamus, censu pro eadem Ecclesia IV. Byzantiis sedi Apostolicæ, per te & per tuos successores, per annos singulos persoluendis. Præterea Abbatiam de Radeftat, quam Ecclesiæ tuæ tempore, felicitis memoriæ Adriani prædecessoris nostri, nouimus esse subtractam, tibi & Ecclesiæ tuæ restituiimus, & præsentis priuilegio confirmamus. Statuentes vt nulla Ecclesiastica secularisue persona hoc nostrum priuilegium infringere vel violare præsumat. Sed hæc & omnia quæcunque largitione Regum, concessione Pontificum seu aliis iustis modis Bremensis Ecclesiæ consecuta est, & quæ in posterum, fauente Domino, poterit adipisci, habeat, teneat, & possideat, perpetuo profutura. Si quis autem huic nostræ institutioni temere contraire tentauerit, nisi præsumptionem suam secundo tertioque communitus, congrua satisfactione correxerit, reum se existere diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo sanguine & corpore Domini nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiacet. Cunctis autem Bremensis Ecclesiæ iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis recipiant, & in futurum æternæ pacis præmia forciantur. Amen. Datum Papiæ, per manum Gotheфриdi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ notarij. Anno Dominicæ incarnationis M. CLIX. Indictione VII.

C L E M E N S P P. D E I V. E P I -
scopatibus.

C L E M E N S Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Hartwico Bremensi Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis à Deo Apostolatus officio, fratres & coepiscopos nostros, tam vicinos, quam longe positos sinceræ caritatis affectu debemus diligere, & Ecclesiis in quibus auctore Domino militare noscuntur, suam dignitatem & iustitiam integram conseruare. Ea propter venerabilis in Christo frater, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Ecclesiam ipsam, cui auctore Domino præfides, cum omnibus pertinentiis suis, Lubecensem quoque Zwerinensem, Radesburgensem & Ixcolanensem Episcopatus, cum vniuersis bonis, tam spiritalibus, quam temporalibus, sicut iuste & sine controuersia possides, tibi & ecclesiæ tuæ auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communitus. Statuentes vt nulli omnino hominum liceat hanc nostræ paginam

confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc adtentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam vii. Kal. Octob. Pontificatus nostri anno primo.

HARTWICI ARCHIEPISCOPI
de confirmatione omnium quæ collata sunt
Ecclesie.

HARTWICVS Dei gratia Hammaburgensis Archiepiscopus vniuersis sanctæ matris Ecclesiæ filiis natis & nascituris in Domino S. Ordo rationis & Ecclesiasticæ prælaturæ deposcit officium, vt sicut mala quæ videmus in subditis indicare debemus & auferre de medio, sic bene ordinata benigne respicere, gratanter adprobare curamus, & omni promouere studio. Siquidem occasione nouæ basilicæ consecrandæ peruenimus ad claustrum in diocesi nostra in Holsatia, quod Nouum monasterium appellatum est, vbi sanctæ conuersationis hominibus inuentis, tanto maius accessit nobis gaudium, quanto propensius de salute fratrum constat esse gaudendum. Inde est quod ipsum locum & inhabitantes plena charitate duximus amplectendos, possessa confirmare, possidenda tribuere, & quicquid ad salutem & commodum operari videtur, exhibere parati. Ad formam itaque priuilegij Domini & antecessoris nostri beatæ memoriæ Adalberonis Archiepiscopi quæcunque bona vel ipsius accessione vel ex propriis eorum laboribus, & aliorum fidelium collatione, in possessione prædictæ congregationis inuenimus auctoritate Dei & B. Petri, & Romanæ sedis, & nostra confirmamus, statuentes vt ad nullum nisi ad Hammaburgensem Archiepiscopum præsignati claustrum præpositus & fratres respectum habeant, vt & aliquid à nobis consolationis acciperent, & nostri memoriam in suis habeant orationibus, quædam quæ subscripta sunt, de nostra beneuolentia præbendis eorum adiicimus, tam ipsis, quam successoribus eorum vsu perpetuo retinenda; scilicet Ecclesiam Bishorst cum prædiis adtinentibus & banno suo, & filiis Volmari. Item paludem Wicfete cum decima & banno. Item duos mansos Eimeshorne. Item Ecclesiam Ichhorst cum decima & banno. Et decimam tum villarum Botele, Racolingge Harge. Item, decimam in australi parte Wilstere, Imnesse, item Stocflete & Dammesfete, è regione Ecclesiæ, & in agrum adiacentem duodecim iugera continentem, & decimam eiusdem agri, quam præfatam decimam & agrum præfatus Hartwicus nobis resignauit, & nos ea præfatis fratribus contulimus. Quæcunque etiam noualia à tempore huius actionis in parochia prædicta Noui monasterij culta fuerint, ex nostra charitate concessimus iisdem fratribus & successoribus eorum, hæc & alia quæ præscripta sunt, iure perpetuo retinenda. Quæcunque ergo Ecclesiastica vel secularis persona huic nostræ rationabili constitutioni contraire præsumens, aliqua in parte immutare tentauerit, anathema sit. Testes aderant Præpositus Hammenburgensis Hartwicus, Præpositus Bremensis Otto. Odbertus Decanus, Donatus, Abbas de Rathe. Adalwardus Abbas de Stadeo, Liudmudus præpositus Keuena. Liudolfus præpositus de Sigeberge. Ministeriales, Marcwardus, Gero, Sigero, Otherricus, aliique quam plures. Anno incarnationis Domini M. CLXIV. Actum Bremæ feliciter.

FVN DAT IO EPISCOPIÆ
Zverimensis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus Dei gratia Baiariæ atque Saxonie Dux. Summa æterna prouidentia, potestatem & administrationem in temporalibus idcirco nobis cõtulit, vt bonum operemur ad omnes, maxi-

maxime autem ad domesticos fidei. Si itaque in promouendis vel ordinandis rebus Ecclesie vel Ecclesiasticarum personarum commoditatibus deuoti & studiosi æmulatores fuerimus, emolumentum laboris nostri ab eo expectamus, qui dat mercedem bonam sustentibus se. Quapropter notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuri temporis Christi fidelibus, quomodo nos pro remedio animæ nostræ, & parentum nostrorum ad propagandam Christianam religionem in terra Slauorum trans-albina, in loco horroris & vastæ solitudinis, tres Episcopatus construximus, allodiis, redditibus mensæ nostræ dotauimus, insuper ea, quam gladio & arcu nostro quæsiuimus, hereditate ampliuimus. Prærogatiuam quoque totius Ecclesiasticæ libertatis, iuxta formam sanctorum canonum, & leges Imperatorum, tam Ecclesiis quam Ecclesiasticis personis, Deo ibidem seruientibus nostræ auctoritatis edicto firmauimus, & banno Apostolorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, corroborari fecimus.

Ex quibus Episcopatum Suerinensem, quem postremo omnium consecrari & dedicari in honorem Domini nostri Iesu Christi & sanctæ Dei genetricis Mariæ, & sancti Iohannis Euangelistæ fecimus, trecentis mansis, & duabus villis, ac duabus curiis allodij nostri dotauimus. Villa scilicet Borist in Sadelbant, villa Virkin, Chotendorp, cum duabus curiis, huius in eadem dote adiunximus terram quæ vocatur Butsuue, & castrum Werle dictum, cum terra attinenti etiam Werle dicta, ex vtraque parte aquæ Warnouue, & castrum Barth cum terra attinenti, videlicet Tribedne vocata, & terram Pithne vocatam, & duas terras prope Demmin, videlicet Westrose & Lofis dictas, & decem villas Ilouue, Moysle, Darfis, Gugoluosei, Pastrouue, Notzta, Pamij, Montino, Quatzutin, Lolouu, Gnesdig, & villam sancti Godehardi, quæ prius Godrach dicebatur, cum omni vtilitate, & attinentiis suis, & molendinum ex australi parte eiusdem villæ, Duas villas in Barda, villam Meiritz, & aliam in Warnow. Item prope Zuerin duas villas Rampe & Liscouue, quæ mutato nomine Altauilla vocatur, & insulam Schuerin adiacentem, & aliam insulam prope Dobin, quæ Liphie dicitur. Ipsam ciuitatem Suerin à domo piscatoris Suek, super australe stagnum positam, vsque ad antiquum cæmeterium, & inde protendit in directum vsque ad minorem scalam, cuius medietatem ad areas fratrum deputamus. Maiorem vero scalam vsque ad prædictam insulam & molendinum in Aquilonari parte ciuitatis situm. Hæc itaque omnia auctoritatis nostræ magnificentia sæpe dictæ Ecclesie in vsus Episcopi libera donatione, cum omni iure & vtilitate donauimus, interposita nimirum astipulatione eorum, quorum beneficia ante fuerint, & banno Episcoporum qui aderant, roborari fecimus. Hæc autem ad vsum canonicorum cedant. Duæ prædictæ villæ prope Schuerin, Rampe & Alta-villa, in Brezin triginta mansi, in Yloua quatuor villæ. De decem suprædictis cum omni vtilitate & attinentiis suis, nauale thelonium in Suerin, vbi tamen excipiuntur homines Episcopi. Parochiam in Schuerin cum omni iure. medietatem decimæ in Slatzne, tertiam partem decimæ in Muchelberg & in Ylouue. In Warnouu & in Muritz tertiam partem decimæ. Quæ vero decimæ Slauorum tenues sunt, de tot prouinciis canonicis ad stipendia sua deputatæ sint. Nam cum Deo donante decimæ postmodum more Christianorum conualuerint, in Episcopi dispositione tunc præsentis sit, vt canonicorum numero, qui tunc erit, stipendia sufficiant, & de reliquo alia congregationes substituuntur. De duabus vero villis, & duabus curiis supra nominatis, quas Dominus dux de allodio hereditatis suæ dotauit, redditus in tres partes diuidantur, ita quod in anniuersario Ducis vna pars reddituum Canonicis, altera pars pauperibus ad seruitium conferatur, tertia vero in dedicationem Ecclesie, ad seruitium tribuatur. Hæc siquidem omnia cum omni integritate & vtilitate nunc & postmodum profutura sine aliqua exceptione, Ecclesie contulimus, Ne ergo in posterum deleantur miserationes, quas fecimus

in domo Dei, sed in perpetuum valeant, cartam hanc conscribi & sigilli nostri impressione signari iussimus. Testes autem hi aderant. Euermodus Episcopus Ratzeburgensis. Berno Episcopus Suerinensis, Ancellinus præpositus, Godefridus Capellanus, David, Baldewinus, Chonradus, Reinoldus, Magister Bartholdus, Helmwicus, Hartwicus, Liborius Comes, Henricus de Rauensberg, Otto Comes de Benthem. Calemarus de Demmin, Pribitzlaus de Kitzin, Guncelinus Comes de Suuerin, Bernhardus Comes de Retzeburg, Conradus Comes de Regenstein, Hermannus Comes de Luchouue, Conradus Comes de Rhodin, Reinbertus de Richlinge, Meinricus de Molburch. Ministeriales Henricus Burgravius de Hetsane, Iordanus dapifer, Otto de Erthinebroch, & alij quam plures. Acta sunt hæc VIII. Idus Septembr. in dedicatione eiusdem Ecclesiæ. Anno dominicę incarnationis M. CLXX. Indictione IV. Data per manus Henrici præpositi Bremensis Ecclesiæ sancti Stephani.

BALDVINI ARCHIEPISCOPI

collatio decimarum iuxta Dammeflete.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego Baldevvinus gratia Dei Bremensis Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus perpetuam Salutem. Quoniam tempora prætereunt more fluentis aquæ, & per temporum successionem receditur in rerum seu actionum obliuionem, prouida discussione statutum est, vt in omnibus honestarum dispositionum contractibus, qui posteriorum deseruire habent utilitatibus, tam viua quam scripta testimoniorum adhibeantur munimenta. Nos igitur ex officio regiminis diuinitus nobis collati ecclesiarum nostrarum utilitatibus intendentes, statum earum pro possibilitate nostra in melius conducere, conseruare & roborare satagimus. Notum ergo esse volumus tam posteris quam presentibus, quod quidam homo noster Hildeuuardus omnem decimam quæ lacui, quæ Dammeflet dicitur, in parte occidentali adiacet, tam in frugibus quam in animalibus, sed & nummum census pro remedio animæ suæ nobis resignauit, vt eandem cum eodem nummo census fratribus in Nouo-monasterio Deo militantibus conferremus. Huic itaque deuotioni benigne annuentes, & præfata Ecclesiæ decimam prænominatam item, & nummum census conferentes, vt hæc donatio permaneat inconuulsa, paginam sigilli nostri impressione munitam super hac actione conscribi fecimus. Huius autem rei testes sunt: Sibertus decanus, Erkenbertus, Hecelo, Franko, Alebrandus, Erpo, Iohannes, Gregorius. Laici, Guncelinus comes & eius filius Henricus. Ministeriales, Sigero, Othelricus, Ethelerus, Herimannus, Manegoldus, Godefridus, Hildeuuardus, & alij quam plures. Anno incarnationis domini M. CLXXIV. Indictione VI. Actum Bremæ Kal. Iulij.

ALEXANDER PP. DE CONFIRMATIONE Suerinensis Ecclesiæ.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Berno, Magnopolitano Episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui Ecclesiam suam noua semper prole fecundat, & Ecclesiæ suæ terminos fidelium prædicatorum verbo dilatans, in sagenam fidei barbaras etiam nationes sua trahere miseratione non cessat, ita vt iuxta verbum Prophetæ in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant & strutiones, seminantibus bonis prædicatoribus te gratia sancti spiritus irrigate oriatur * viro calami & iunci. Ex eius utique munere sui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, quod venerabilis in Christo Berno ad prædicandum paganis & seminandum verbum fidei Episcopus institutus, exposuisti te ipsum labo-

laboribus & periculis, & attendens quod Christus pro nobis mortuus est, vt & qui viuit iam non sibi viuat, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit, in anxietatibus multis sparsisti semen diuini verbi, & erogasti talentum tibi creditum ad vsuram, & gentes plurimas quæ ignorabant Dominum, veritatis lumine illustrasti, & reduxisti ad cultum Dei, qui ante captiui laqueis diaboli tenebantur. Nunc igitur quoniam veniens ad nos cum multo labore, à sede Apostolica postulasti vt Episcopalem sedem in loco qui dicitur Zuerin, auctoritate sacrosanctæ Romanæ, cui Deo auctore deseruimus, Ecclesiæ confirmemus. Nos postulationi tuæ grato concurrentes assensu pontificalem cathedram in eodē loco perpetuo manere statuimus, & ei subscripta loca diocesiana lege futuris deinceps temporibus decreuim⁹ subiacere; videlicet claustrum & Ecclesias ædificatas vel ædificandas per prouinciam Ducis H. quæ prouincia à Zwerin ex vna parte vsque Vepro pergit, à Vepro vero tendit per Murz & Tolonze, perueniens vsque Groswin & Penem fluuium. Item ex altera parte Zuerin per maritima Ruiani Pene, prædicti fluminis. Ex dono prædicti Ducis partem insulæ Zuerin secundum distinctionem ipsius Ducis, molendinum vnum, & aliam insulam in Sadelbande villam vnam, ex altera parte Albiæ villas II. Circa lacum Sturizche, alias duas villas. De terra Bribeslai, insulam quæ dicitur Sanctæ Mariæ, & villam Clie, cum aliis x. villis in Ylo. Castrum Butislo cum terra attinenti, & iv. villas in deserto Nohum, alias v. villas circa Warin, vsque Glambike, & vltra Niele, Wolchxa, pleno consensu prædicti Principis Pribeslai, cum omni iustitia & utilitate, villam sancti Godeardi, quæ prius Goderach dicebatur ex dono Cafemari Principis Christianissimi, terram quæ dicitur Pitina & villam vnam nobilem in Barth. II. villas prope Demin, & i. in Circipene. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam venientauerit, secundo tertioque commonita, si non satisfactione congrua id emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Datum Romæ apud S. Petrum per manum Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis & Cancellarij. Indiétione xi. Incarnationis Dominicæ Anno M. c lxxvii. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. Anno xviij.

FRIDERICVS IMP. SIGFRIDO
Archiepiscopo de Stadio.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente clemētia Romanorum Imperator Augustus. Digna animi consideratione attendentes, quam piam quamque sollicitam circa facta Ecclesiarum antecessorum nostrorum diuæ recordationis Imperatorum & regum deuotio se exhibuerit, quantumque diuinum per eos obsequium disponente Domino susceperit incrementū, nos qui Dei ordinatione eadem maiestate, & per eius clementiam non minori temporum felicitate pollemus, ipsorum vestigia imitantes, de imperiali quoque munificentia venerabiles Dei Ecclesias, pro rerum & temporum oportunitate duximus adiuuandas: vt sicut de factis priorum celebris habetur memoria, ita & nostri in benedictione nonnunquam recordari debeat posteritas successura. Hoc profecto intuitu vniuersis Imperij fidelibus presentibus & futuris notum fieri volumus, quod nos adtendētes honestatem, prudentiam & discretionem dilecti Principis nostri Sigfridi, Bremensis Archiepiscopi, ad preces ipsius & fratrum suorum, accedente etiam consilio & multa petitione aliorum Principum & Magnatum, in solempni curia nostra Erbsfordia existentium, castrum Stadij, & Burgum, cum ministerialibus & vniuersis pertinentiis & omni iure suo, Ecclesie Bremensi, cum libera donatione contulimus, quatenus ipsa inde Ecclesia honoris & vtilitatis incrementum percipiat, nobisque penes ipsam de impensæ beneficentiæ gratia memoriale perpetuum reseruetur. Factam itaque donationem, quo plenius ac certius ætas superuentura cognosceret, presentis privilegij auctoritate, cum sigilli nostri impressione roborandam duximus, & confirmandam. Statuimus igitur, & imperiali firmiter auctoritate decernimus, vt nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel Ecclesiastica, prædicto Archiepiscopo & successoribus eius, in supradicta donatione iniuriam aut aliquam audeat molestiam inferre. Quod qui ausu temerario attentauerit, Maiestatis nostræ offensam, cum personæ & rerum suarū periculo, vsque ad condignam emendationem se nouerit incursum. Huius rei testes sunt; Philippus Colonienſis Archiepiscopus, Wichmanus Magdeburgensis Archiepiscopus, Otto Babenbergensis Episcopus, Th. Haluerstadenſis Episcopus, Vdo Cicensis Episcopus, Adelhogus Hildensemensis Episcopus, Eberhardus Merceburgensis Episcopus, Martinus Missenenſis Episcopus, Arnoldus Osnaburgensis Episcopus, Sigfridus Abbas Hersueldensis. Otto Marchio Misnensis, Otto Marchio de Brandenburch. Th. Marchio de Landesberch. Comes Dedo de Grozce, Bernardus Dux Saxonie, Comes Sigfridus de Orlamude. Chon. Burchgrauus de Nurenberch, Comes Adolfus de Scowenburch. Comes Boz de Waltingerodhe & Comes Hogerus frater suus, Comes Albertus de Veltheim. Comes Widekinus de Stumphené, Comes Hludewicus Siuesdorff ambo fratres de Halremund, Burchardus Burchgrauus Magdeburgensis & frater suus. Chon. de Bockesberch; Craſto frater eius. Albertus de Hildenburch. Albertus de Grombach. Wernerus de Ponlant. Cono de Nuncenberg. Hugo de Warda. Themo de Coldiz. Item de ciuitate Bremensi Otto maior præpositus, Iacobus, Th. Hartwicus, Rodolfus, præpositus Burchardus. Ministeriales quoque, Gerungus, Hs. filius eius Ericus. Egelbertus, F. Thielwardus, Adelhardus, Arnoldus, Albertus. H. F. Constantinus, Th. & alij quæ plures. Ego Got. imperialis aulae cancellarius, in vice Christiani Maguntini Archiepiscopi, Germanie Archicancellarij, recognoui.

Actum Anno dominicæ incarnationis M. clxxx. Indictione xiv. Regnante domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo & semper Augusto. Anno regni eius xxix. Imperij vero xxvii. Datum apud Herbsfordiam in solempni curia xvi. Kal. Decembr. feliciter, Amen.

R

CÆLE-

CÆLESTINVS PP. DE CONFIRMATIONE

Episcopatus Zuerinensis Ecclesia.

CÆLESTINVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Canonicis Zuerinensis Ecclesiæ, tam præsentibus, quam futuris canonicè substituendis in perpetuum. Apostolici moderaminis clementiæ conuenit Ecclesiasticos viros diligere, & eorum loca pia protectione munire. Dignum namq; & honestati conueniens esse dinoscitur, vt qui ad Ecclesiarum regimen assumti sumus, eas & à prauorum hominum nequitia tueamur, & Apostolicæ sedis patrocinio foueamus. Ea propter dilecti in Dño filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus & felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri vestigiis inherentes præfatam Zuerinensem Ecclesiam in honore beatæ Deigenitricis Mariæ & beati Iohannis Euangelistæ dedicatâ, & à nobili viro H. Duce dotatam, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes vt quascunq; possessiones, quæcunq; bona eadē Ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurū concessione Pontificū, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstâte Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimēda vocabulis. In Brezne xxx. mansos. in Ylowe iv. villas. Curiuz, Mentina, Quazentin, Instiz. In Suerin villam vnâ, Lizcove, quæ mutato nomine Alta villa vocatur. In Silasne, Rampe. In Sadelbâdingen, Borist; vltra Albiam, Virichim, & ii. curias apud Todendorp. Nauliz iuxta Lugouue. Nauale theloneum in Plote. Parochiam in Zuerin cum omni iure. Medietatem decimæ in Sclazne, tertiam partē decimæ in Mikelenburch, tertiam partē decimæ in Ylowe, tertiam partē decimæ in Zareze, tertiam partē decimæ in Watnowe, tertiam partē decimæ in Muriz, totâ decimam in villis vestris per Zuerinensem Episcopatum. Ad decanatum eiusdē Ecclesiæ ii. marcas denariorū ex redditibus Episcopabilibus, i. in Mikelenburch, aliam in Ylowe, & ii. magnas mensuras annonæ quæ Wickskepel appellâtur, de molédino in aquilonari parte Zuerinensis ciuitatis posito, annuatim i. triticeï bracij, alterâ siliginis. Ad præpositurâ bannum totius Zuerinensis prouinciæ, per oēs Ecclesias, & in ipsa ciuitate Zuerinēsi, excepta principali synodo eiusdē ciuitatis. Ad luminaria eiusdē Ecclesiæ nouellæ theloneum in Plone, & tertiam partē de redditib⁹ in Nauliz. Præterea liberâ electionē in eligendo decanos, præpositos & Canonicos, & liberâ dispositionem in colligendis stipendiis, sicut hæctenus habuistis, auctoritate vobis Apostolica cōfirmamus, & ad exequias, & ad tricesimū, & ad anniuersarium, ad soluenda debita, ad seruiētes remunerandos, cuiuslibet defuncti canonici, in Ecclesia stipendium q; viuus habuit, post eius obitū, sicut Ecclesiæ vestræ cōsuetudinis est, per annū vacare decernimus. Honorem quoq; & dignitatem Pontificalis sedis quâ Zuerinensis Ecclesia hæcten⁹ habuisse dinoscitur, per præsentis scripti paginâ, eidem loco auctoritate Apostolica cōfirmamus. Vniuersam quoq; dotem ad vsum Episcopi assignatâ, perpetua stabilitate sæpeditæ Ecclesiæ nihilominus cōfirmamus, totam videlicet terrâ Butisowe, cū omni vtilitate & pertinentiis suis. vi. villas in Ylowe, Moysz, Ledarsiz, Guguluosci, Iaztroue, Pancouiz, Gnesdiz, Liuzchou, & Goderac. In Kizin, Wotenchâ, prope Dimin, cū aliis iv. villis. Villam in Muriz, & aliam in Warnowe. Insulam Zuerin adiacentē, vsq; ad riulū, & aliam insulâ prope Dobin, quæ Libiz dicitur. Decernimus ergo vt nulli omnino hominū liceat præfatâ Ecclesiam temere perturbare, aut ei⁹ possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationib⁹ fatigare, sed omnia integra cōseruentur eorū pro quorū gubernatione ac sustentatione cōcessa sunt, vsibus ac cōmodis profutura; salua sedis Apostolicæ auctoritate, & diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurū Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ cōstitutionis paginam sciens, contra eam

teme-

temere venire tentauerit, secūdo tertioe cōmonita, nisi reatū suū congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere, & de ppetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat; atq; in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cūctis autem, eidē loco sua iura seruātibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructū bonę actionis percipiant, & apud districtū iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amē. Datum Romæ apud S. Petrum per manum Ægidij, S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi Cardinalis VIII. Kal. Nouēbr. Indictione x. Incarnationis dominicæ Anno M. cxcj. Pontificatus vero Domini Cælestini Papæ III. primo.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, PHILIPPVS secundus diuina fauente clementia Rom. Rex, & semper August. Innatam nobis regalis pietatis liberalitatem tenere volentes Ecclesiis omnibus, & Ecclesiarū personis iura sua cōseruare, & eas ab iniquorū incurſibus summopere decreuim⁹ defensare, præsertim eas, quarum fidei & deuotionis sinceritas circa Regalis magnificentiæ nostræ sublimationē, pura nobis cōstat & immaculata. Quapropter notum facimus vniuersis Imperij fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, q; nos adtendentes deuotionem dilectorū ac fidelium nostrorū Hartwici II. Bremensis Archiepiscopi, Cleri ac totius familiæ Bremensis Ecclesiæ, castrū Stadij, cū comitatu & vniuersis pertinentiis suis, patrimonium quoq; Rodolphi Marchionis, nec non hereditatē nobilis scæminæ Idæ, patrimonium Comitis Friderici de Stadio, q; quōdam Dux Henricus per violentiam occupauerat. Sed serenissim⁹ pater noster Fridericus, diuę memorię Romanorū semper Augustus, postmodū in solenni curia apud Erfordiam celebrata, per sententiam Principum & totius curiæ suæ eidem Duci abiudicatū, Ecclesiæ Bremensi restituit, donauit, & confirmauit. Nos igitur fideliter ac iuste paternam imitari cupientes æquitatem, prædictū castrum Stadij, cum Comitatu & omnibus pertinentiis suis, similiter & supradicta patrimonia Rodolphi Marchionis, Hērici Marchionis, Comitis Friderici de Stadio, atq; hereditatē nobilis matronæ Idæ, cum omni iure & integritate, omniq; vtilitate & honore Ecclesiæ Bremensi perpetuo iure possidendā cōfirmamus, statuentes & regali auctoritate nostra districtē præcipientes, vt nulla vnquam persona humilis & alta, Ecclesiastica vel secularis, hāc nostræ confirmationis diualem paginam infringere audeat, vel ei aliquid improbitatis ausu contraire. Quod si quis adtemptauerit facere, in vindictam temeritatis suæ, auri examinati libras centum cōponat, dimidium fisco nostro, & residuum Bremensi Ecclesiæ. Ad cuius rei indicium & perpetuum robur præsens exinde priuilegium conscriptum sigilli nostri impressione iussimus cōmuniri. Testes huius rei sunt Gardolfus Halberstadensis Episcopus. Gerhardus Osenburgensis Episcopus. Bernhardus Dux Saxonix. Didericus Marchio Misnensis. Comes Hermannus de Rauensberg. Comes Fridericus de Zolern, Comes Adolfus de Schouwenborg, Comes Burchardus de Mäsfelt. Comites de Hartisbure, Comes Adolfus de Dassel, Bernhardus de Hurstimar, Henricus dapiſſer de Walpurg, & alij quam plures.

Signum Domini Philippi Secundi Romanorum Regis inuictissimi.



Ego Chonradus Hildesimensis Episcopus VVireburgensis electus, Imperialis aula Cancellarius recognoui.

Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini **cio cxcix.** Indictione **iii.** regnate Domino Philippo Romanorum Rege glorioso, anno regni eius **ii.** Data apud Hildesheim **xiv.** Kal. Februarij.

QUALITER NOBILES DE DE F.
holte sua hereditate dotauerunt Monasterium Sancti-
monialium in Midelum.

IOHANNES Canonicus Bremensis, Wilhelmus Canonicus Mindensis, Cono Canonicus Halberstadenſis, Cono, Rodolfus, Godeſcalcus de Dheſholte vniuerſis præſens ſcriptum inſpecturis notum eſſe cupimus, quod cum voto vnanimi diutius apud nos deliberarem quomodo non ſolum noſtrarum, verum etiam progenitorum, nec non & ſucceſſorum noſtrorum memoriam inſtitueremus animarum, tandem in hoc nobis de communi coheredum noſtrorum aſſenſu placuit concordare, vt ad perpetuam noſtri & noſtrorum memoriam in proprietate noſtra in Hatheleria, videlicet Midelhem monaſterium ſanctimonialium cõſtrui procurarem. Vt autem pro poſitum noſtrum ſuum conſequatur effectum, Capellam Midelhem cum omnibus ſuis attinentiis, tam hiis quæ ad nos hereditariæ ſucceſſionis iure pertinent, quam hiis quæ per emptionem ſeu donationem, vel alio modo prædictæ Capellæ acceſſerunt, Bremenſi Eccleſiæ ſub hac conditione duximus conferendam, vt ſi forte in loco præmemorato monaſterium ſanctimonialium proceſſum quod abſit habere nequierit, Capella cum ſuis attinentiis ſit pro non data habenda, & ad nos ſeu heredes noſtros proprietas ex integro reuertatur. Quod ſi locus prædictus optatum ſuſceperit incrementum, præmiſſa donatione rara manente, aduocatiã quam inibi habere diſcimus, eidem monaſterio hoc pacto libere relinquimus, vt nec auctoritate Epifcopi diœceſiani, nec Præpoſiti eiufdem loci, qui tempore fuerit, nec cuiuſquam alterius in feudo dari, vel alio modo quocunque valeat alienari. Adiciamus inſuper vt præpoſitus & conuentus loci præmemorati ab omni exactionis onere tam diœceſiani, quam cuiuſquam alteri manent abſoluti, libera electione Præpoſiti & aliarum perſonarum eidem conuentui, nulla obſtante contradictione relicta. Huius facti teſtes ſunt Vſſo, Giſelbertus ſacerdotes. Suetherus, Godeſcalcus de Holthorp. H. Ruſt. Godefridus Roggo. H. de Aſchen. Conradus, Iohannes de Sanden, Iohannes, Wolbertus, Ludingerus, milites, Iacobus, Euerhardus de Berreuer. Vt igitur hæc inconuulſa per maneat præſentem paginam fecimus conſcribi, & ſigillis noſtris roborari. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis **m. ccxix.** Indictione quinta.

DE DESTRICTIONE STE-
dingorum.

GREGORIUS Epifcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus, Padeburneſi, Hildeſemenſi, Verdẽſi, Monafterienſi & Oſnaburgẽſi Epifcopis ſalutẽ & Apoſtolicam benedictionẽ. Clamante ad nos dudũ Bremenſi Eccleſiã cõtra perfidiam hæreticorum qui Stedingi vocati, fideles populos regionis illi ferali more lacerãt & extinguunt, nos venerabilibus fratribus noſtris, Raceburgẽſi, Mindenſi, & Lubecenſi Epifcopis, quibus prædicationis officium eſt in diœceſibus veſtris ab Apoſtolica ſede cõmiſſum mandauimus, q̄ per eaſdem diœceſes peccatorũ veniam fidelibus pollicẽdo, ipſos cõtra præfatos hæreticos cõcitarent, vt per eorũ auxilium illi, auctore Deo ad gratiam conuerſionis accelerent, vel in cõfuſionis foueam deducãtur. Vt ergo dicti Epifcopi plenius & efficacius valeant, q̄ mandauimus adimplere, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatinus cum agatur fidei negotium, q̄ cunãtis debet eſſe fide-

fidelibus & praelatis praecipue speciale in eodem negotio dictis Episcopis efficaciter adfistatis, impendentes eis utile consilium, & auxilium oportunum.
Datum Anagninae xiv. Kal. Febr. Pontificatus nostri anno vi.

DE ABSOLUTIONE EXCOMMUNICATIONIS Stedingorum.

GREGORIUS Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Archiepiscopo & dilectis filiis Capitulo Bremensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte vniuersitatis Stedingorum in Bremensi diocesi existentium, fuit nobis humiliter supplicatum, vt cum super eo, quod vobis inobedientes & rebelles diutius extiterunt, vestris cupiant parere mandatis, faceremus excommunicationis sententiam, quapropter hoc tenentur astricti, misericorditer relaxari. Cum igitur pulsantibus ad Ecclesiae ianuam non sit minime gratia deneganda, praesentium vobis auctoritate mandamus, quatinus ab eis sufficienti cautione recepta, quod vobis de praeteritis congruam satisfactionem impendant, & Ecclesiae ac vestris in posterum pareant, praecise mandatis, iniuncto sibi quod de iure fuerit iniungendum, sententiam ipsam iuxta formam Ecclesiae relaxatis. Datum Perusij, xii. Kalend. Septembr. Pontificatus nostri Anno ix.

GREGORIUS DE RECONCILIATIONE Ecclesiarum in terra Stedingorum.

GREGORIUS Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Capitulo Bremensi salutem & Apostolicam benedictionem. Deuotius vestris precibus inclinati praesentium vobis auctoritate concedimus, vt cum in cimiteriis Ecclesiarum terrae Stedingorum multa vt asseritis haereticorum & excommunicatorum corpora sint sepulta, quae non possunt a fidelium corporibus separari, faciatis de nouo praefatas reconciliari Ecclesias, & dicta cimiteria benedici. Datum Perusij i v. Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno viii.

CONFIRMATIO FRIDERICI

*Imp. super Donatione H. Palatini comitis Rheni
Ecclesiae Bremensi facta.*

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis, Fridericus ii. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliae Rex. Imperialis excellentiae dignitas laudis suae titulos tunc omnibus ampliat & extollit, cum suorum vota Principum liberali fauore prosequitur & benigno. Hinc est igitur, quod praesentis scripti serie notum fieri volumus vniuersis Imperij fidelibus, tam praesentibus quam futuris, quod dilectus Princeps noster G. venerabilis Bremensis Archiepiscopus nostrae celsitudini supplicauit, quatinus donationem, quam olim Henricus Palatinus Comes Rheni contulit Ecclesiae Bremensi, ac suis priuilegiis confirmauit, tam in praediis, quam in ministerialibus de patrimonio suo, sitis in Episcopatu Bremensi vel alibi, confirmare sibi de munificentiae nostrae gratia dignaremur. Nos autem praedicti Archiepiscopi dilecti Principis nostri supplicationibus fauorabiliter annuentes: attendentes quoque fidem & deuotionem sinceram eiusdem Archiepiscopi, nec non grata & accepta seruitia, quae nobis & imperio semper exhibuit & exhibet incessanter, praedictam donationem, factam memoratae Bremensi Ecclesiae, per iam dictum H. Comitem Palatinum, tam in praediis, quam in ministerialibus patrimonij sui, siue in eodem Episcopatu Bremensi, vel vbicunque sint, de innata liberalitati nostrae Clementiae, sibi perpetuo confirmamus. Statuimus insuper & praesentis priuilegij auctoritate mandamus, quatenus nulla

persona, sublimis vel humilis, Ecclesiastica vel mundana, præfatum Archiepiscopum, dilectum Principem nostrum, contra præsentis confirmationis nostræ paginam molestare præsumat. Quod qui præsumserit, pænam xx. librarum auri puri se compositurum agnoscat. quarum medietatem curiæ nostræ persoluat, & reliquum parti iniuriam patienti. Vt autem hæc confirmatio rata permaneat, & robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsens priuilegium fieri fecimus, & bulla aurea typario nostræ Maiestatis impressa, iussimus insigniri. Huius itaque rei testes sunt B. Patriarcha Aquilegiensis. A Magdebergensis & Rauennas Archiepiscopi. E. Babinbergensis Episcopus. N. Regibus Episcopus. G. Bryemensis Dux Karinthiæ. Comes H. de Hortenberch. L. Landgrauus de Luckimberch. Comes W. de Halrenach, Comes B. de Loreto. Comes Alduinus. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis m. ccxxxii. Mense Martio v. Indictionis. Imperante Domino nostro Friderico Dei gratia inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Sicilia Rege. Anno Romani Imperij eius xii. Regni Hierusalem vii. Regni vero scilicet xxxiv. feliciter. Amen.

Datum Rauenna aino, mense, & indictione præscriptis.

GERHARDI ARCHIEPISCOPI

concessio decimarum ad Nouum-monasterium.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Gerhardus Dei gratia sanctæ Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus Secundus, omnibus Christi fidelibus S. Ne rerum gestarum memoria per successiua temporum languescat spatia, non improuide humana sollertia scripturarum sibi consuevit adhibere remedia. Hinc est itaq; quod ad notitiam tam futurorum quam præsentium volumus peruenire, quod nos decimas noualium parochiæ Noui-monasterij & capellarum ibi constructarum, scilicet Brugge, Vlintbeke, quas dominus gener noster Adolfus comes Holtariæ de manu nostra tenuit, ipso comite iam denuo nobis resignante, & id fieri postulante, præfatæ Ecclesiæ Noui-monasterij libere contulimus & absolute. Sunt autem hæc nomina villarum in quibus decimæ continentur; Muthebroge, Smalenstede, Sprenge, Vorde, Muluessen, Drachse, Mylekenthorpe, Belekenthorpe, Vlintbeke, Boienhusen, Schronchorst, Luderstorpe, Byllikisle, Bøcwalde, Brogge, Ludestesharge, Wuluardesharge, Budestenthorpe, Bochorst, Rouelstorpe, Scyphorh, Holenbeke, Willenrothe. Si quæ etiam nouæ villæ intra dictarum villarum terminos construuntur, siue deloco ad locum transferentur, non minus tamen ad eandem ecclesiam pertinebunt. Vt igitur hoc nostrum factum ratum & inconuulsum permaneat, præsentem paginam sigilli nostri appensione, & testium subscriptione fecimus roborari. contradictores auctoritate Dei omnipotentis anathematis rigore feriendos. Testes autem hij sunt: Albertus Abbas S. Mariæ, Gerardus præpositus S. Gregorij in Staden, Bernhardus thesaurarius Ecclesiæ Bremensis. Milites vero, Henricus de Barmierstede. Gerlaus decimus de Gropelinge, Godefrius aduocatus, Vnwanus de Blicherstorpe. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis m. ccxxxviii. Indictione xii. Dat. Staden per manus Hieronymi nostri scriptoris, Idibus Octobr. Pontificatus nostri Anno xix.

DE

DE DVPLICI IVRAMENTO QVOD
fecit Episcopus Lubecensis Episcopo Bremensi.

ALBERTVS Lubicensis Episcopus Liuoniae, Estoniae & Pruciae, Apostolicę sedis legatus presentibus protestamur, quod nos venerabili Domino G. secundo, sanctę Bremensis Ecclesię Archiepiscopo, tanquam suffraganeus Bremensis Ecclesię tactis sacrosanctis Euangeliis duo pręstitimus iuramenta, vnũ indemnitate, quod tale est:

EGO ALBERTVS LVBICENSIS ECCLESIAE EPISCOPVS AB HAC HORA INANTEA POSSESSIONES ET IVRA EPISCOPATVS LVBICENSIS NON ALIENABO, SED EA QVÆ ALIENATA SVNT, BONA FIDE PRO POSSE MEO RECOLLIGAM. SIG ME DEVS ADIVVET, ET ISTA IV. SANCTA EVANGELIA, ET IV. EVANGELISTÆ, ET ISTA PATROCINIA SANCTORVM.

Aliud fidelitatis sub ista forma.

EGO ALBERTVS LVBICENSIS EPISCOPVS LIVONIAE ET ESTONIAE ET PRUCIAE, APOSTOLICAE SEDIS LEGATVS, AB HAC HORA INANTEA FIDELIS ET OBEDIENS IN OMNIBVS ERO TIBI. G. SANCTAE BREMENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO, TVIS Q. SVCCESORIBVS IN BREMENSIS SEDE CONSTITVTIS: MANDATVM TVVM QVODCVNQ. MIHI ORE SIVE PER CERTAM EPISTOLAM TVAM MANIFESTAVERIS SINE MALO INGENIO ADIMPLEBO, AD OMNEM TERMINVM ET LOCVM QVEM MIHI INDICAVERIS NISI CORPORIS MEI INFIRMITATE VEL ALIA ALIQVA GRAVI NECESSITATE DETENTVS VENIRE NON POSSVM. HÆC OMNIA PER FIDEM RECTAM SINE OMNI MALO INGENIO OBSERVABO TVIS ET TVORVM SVCCESORVM TEMPORIBVS, QVAM DIV VIXERO, SECVNDVM SCIRE MEVM ET POSSE. SIC ME DEVS ADIVVET, ET ISTA SANCTA IV. EVANGELIA. ET IV. EVANGELISTÆ, ET ISTA PATROCINIA SANCTORVM.

Quibus iuramentis pręstitis, tam dictus Dominus noster Archiepiscopus Bremensis sub religione iuramenti pręstiti nobis mandauit, & nos etiam voluntarie repromissimus, quod nunquam procurabimus vel efficiemus per nosmet ipsos, vel per literas vel nuncios, quod absolua mur auctoritate alicuius superioris, ab obedientia Bremensis Ecclesię, quamdiu in Lubicensi Ecclesia pręsidemus. Item Domino Archiepiscopo & Ecclesię Bremensi semper assistemus bona fide in iure suo, specialiter autem contra Hammaburgenses vniuersos & singulos, si eos ad obedientiam & reuerentiam siue concordiam Bremensis Ecclesię nõ possumus reuocare, & hoc per eos steterit manifeste. Item nunquam ponemus sedem Archiepiscopalem in nostrę legationi commissis, in pręiudicium Bremensis Ecclesię, sine consensu eiusdem Archiepiscopi suprascripti. Item, bona fide laborabimus nostris laboribus & expensis cum nunciis Archiepiscopi & Ecclesię Bremensis, ad obtinendam primatiam in prouincia nobis commissa. Acta sunt in Orientali choro Bremensi, Anno gratię M. CCLXVII. In Kal. Decembr.

D E T E N O R E I V R A M E N T I E P I S C O P I

Zwerinensis Ecclesie Archiepiscopo Bremensi.

EGO Willelhelmus Zwerinensis Episcopus ab hac hora inantea fidelis ero sanctæ Bremensi Ecclesie, & Domino nostro Archiepiscopo G. eiusq; successoribus. Non ero in consilio nec in facto ut vitam perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione, consilium quod mihi per se aut per literas, aut per nuncium manifestabit ad eorum damnum nulli pandam, Archiepiscopatum Bremensis Ecclesie, & regulas sanctorum patrum & statuta conciliorum Bre- ro, ad defendendum & retinendum saluo ordine meo contra omnes homines. vocatus ad synodum veniam, nisi impeditus fuero canonica prædicatione, Legatum ipsius & Ecclesie Bremensis, quem certum legatum esse cognouero, in eundo & redeundo bene & honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo, & omnem fidelitatis formam, ad quam de iure teneor, fideliter obseruabo, sic me adiuuet Deus & sancta Euangelia, & patrocina sanctorum, quorum hic reliquie continentur. Ne igitur id alicui veniat in dubium, sigilli nostri impressio- ne fecimus communiti. Actum in Ecclesia Zwerinensi xvii. Kalend. Iulij An- no Domini M. cccxlviii.

D E A D V O C A T I A I N B R A M S T E D E .

NO T V M sit vniuersis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, ad quos presentis pagina peruenerit, quod ego Gerbertus de Stotle, aduocatiam de curia Bramstede, quam de manu Domini mei Gerardi, venerabilis Archiepiscopi, & ab Ecclesia Bremensi iure feudali in beneficio tenui, eidem Domino meo vendidi & resignaui cum omnibus utilitatibus & attingentiis ad eandem aduocatiam, pro centum & quinquaginta marcis Bremensis argenti, & similiter vxor mea Salome, si redierit ad me, sicut ego feci, aduocatiam resignabit eandem. Ut autem plenior notitia habeatur eorum quæ vendidi, & quæ ad dictam perti- nent aduocatiam, presenti scripto ea feci annotari, videlicet tota villa Bramste- de, cum quibusdam arcis, & quidquid pertinet ad eandem villam, decem scilicet mansi, & dimidius mansus, Wittefede nouem mansi, Aestede dimidius mansus cum homine Wolderico, & quidquid ibi est. Olenstede dimidius mansus, Borseten vnus mansus & dimidius, Eilerdingelo vnus mansus, Wortulete noue ter- ræ, Rechtibbe vnus mansus & dimidius, Vtlede decem quadrantes. Broke vnus quadrans, Scattenbutle villa dimidia, quatuor quadrantes & amplius, Sweghe tota villa, domus Syrici in Meda. Item Iohannem Strom cum matre & sororibus suis, & quidquid inueniri potest, quod pertineat ad eandem aduocatiam, sicut premissum est, libere resignaui. In huius facti firmitatem & robur perpetuo va- liturum presentes literas sigillis prædicti Domini Archiepiscopi & Capituli Bre- mensis & meo feci roborari, & nomina testium, qui præfatæ venditioni & resi- gnationi interfuerunt hæc sunt. Magister Otto Decanus, Henricus archidia- conus Hathelerie, Bernardus thesaurarius, Theodoricus de Louenborch ca- nonici Bremenses. Ministeriales Ecclesie Bremensis, Borchardus de Swanewe- de, Martinus, Luderus, Henricus de Hudha, Henricus & Thidericus de Ou- munde, Albero & Fredericus & Amelungus de Stelle, Sifridus de Brema, Chri- stianus & Henricus de Wersebe, Iohannes de Duuenwort, Henricus de Vtle- de, Iohannes, Luderus, Gerardus, Henricus Iohannes & Wirandus de Merfze- lo, Iohannes de Stelle, Symon & Henricus de Heine, & alij quam plures clerici & laici. Actum iuxta castrum Hagen, prope quercum vulgariter Staleke nuncu- patam, in die beatæ Lucie virginis & martyris. Anno Domini M. cccxlviii.

QVOD

QVOD NOBILES DE BARMSTEDE FA-
Et sunt Ministeriales Ecclesie Bremensis.

NOs Heinricus & Otto milites fratres dicti de Barmstede renunciantes nobilitati & libertati nostrae spontanea voluntate, facti sumus ministeriales Ecclesiae Bremensis, beatae virgini Mariae, Sancto Petro Apostolo in Brema, & venerabili domino nostro G. secundo Archiepiscopo Bremensi & Ecclesiae suae Bremensi, facientes corporaliter iuramentum sicut Bremensis Ecclesiae ministeriales facere consueuerunt, iurantes nos ipsi ac Ecclesiae antedictae, sicut ministeriales fideliter perpetuo seruituros. Vxores nostrae, liberi nostri iam nati, & adhuc nascituri idem facient, quando praedictus dominus noster Archiepiscopus, vel suus nuncius ipsos duxerit requirendos. In cuius rei testimonium praesentem scedulam conscribi fecimus & sigillis nostris communiri in perpetuum roboris munimentum. Actum Bremae v. Idus Iunij Anno Domini M. CCLVII. Pontificatus Dni nostri Archiepiscopi G. Secundi Ano xxxviii.

BVLLA AVREASIVE CONSTITVTIO
Imp. Caroli IV. super libertate Ecclesiastica.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis feliciter, Amen. Carolus diuina fauente clementia Romanorum Imp. semper Augustus, & Bohemiae Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etsi imperialis Clementia quorumlibet deuotorum fidelium, quos sacrum Romanum ambit imperium, ex officij debito tenetur necessitatibus, & iniustis operationibus consulere, & de oportunis remediis providere; ad illos tamen permaxime dirigitur nostrae mentis affectio, quos indebite pati cognoscimus, quorumcunque oppressionibus, status Ecclesiasticae libertatis, quem semper nostris temporibus augeri volumus, non nihilum minuitur, & minus debito pergrauatur. Sane ad imperialis maiestatis audientiam, pro parte honorabilium praelatorum Canonorum, & praelatorum clericorum inferioris Saxoniae, Magdeburgensis, Bremensis, & vicinorum locorum ac prouinciarum, insinuatione querulosa specialiter est deductum, quod seculares quidam in potestatibus & officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites, Barones, & alij domini temporales, nec non Consules ciuitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores, dictarum Magdeburgensis & Bremensis prouinciarum, timore postposito statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum & locorum religiosorum libertates & priuilegia condiderunt, eisdemque publice & de facto insistere praesumerunt, contra legitimas ciuiles & canonicas sanctiones, vt puta, quod nulla bona temporalia in potestate Ecclesiastica transferantur: Nec non clerici in sacris constituti ad agendum seu testificandum in ciuilibus & maxime in pijs causis aliquatenus admittantur: Quodque excommunicati laici & publice denunciati in ciuili foro minime repellantur. Item praedicti Domini temporales, consules & rectores per secularem potestatem res & bona clericorum occupant & arrestant. Oblationes fidelium diminuant & restringunt. Exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Ecclesiarum exigunt & extorquent. Possessiones Ecclesiarum & personarum earundem deuastant incendijs & rapinis. Contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros ciuitatis villarum & locorum recusant inscribere ac sigillare. Donata & legata ad fabricas & Ecclesiarum structuras contra voluntatem praelatorum & aliorum, quorum interest, usurpare praesumunt contra iustitiam, in fraudem & odium clericorum. De bonis etiam & in rebus clericorum, quas non causa negotiationis, sed pro vsibus proprijs per terras ducunt seu duci faciunt, theloneum exigere & recipere non verentur. Et confugiens ad Ecclesias & cimiteria inde extrahere, contra sanctiones imperiales praesumunt,

sumunt. Quæ omnia & quælibet obinde secuta, cū per sacras ciuiles & canonicas sanctiones expresse reprobata sint, & in fraudem Ecclesiasticæ libertatis de facto præsumpta, de Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumq; nostrorū consilio, ex certa scientia & imperiali auctoritate cassamus, irritamus, annullamus, cassaq; & irrita, & nullius esse momenti penitus dicimus & expresse pronuntiamus. Præcipientes sub indignatione imperialis banni vniuersis & singulis ditionum Magdeburgensis, & Bremensis prouinciarum & locorum vicinorū Dominis temporalibus, Consulibus, Potestatibus, & in officiis publicis constitutis, quatinus mox visis aut intellectis præsentibus, dicta ipsorū statuta & ordinationes, sicut in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis edita sunt, omnino reuocent, & de luce tollant: quodq; secundum ea non iudicent amplius, nec sententias dicant, aut eisdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet per se & cōtra Ecclesiasticam libertatem potiantur.

Item, pronunciamus & declaramus imperiali auctoritate, quod quicumq; laicus cuiuscunque status vel conditionis extiterit, ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia, sacerdotē vel clericum secularem vel religiosum diffidauerit, proscripterit, captiuauerit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit, aut in carcere detinuerit, ac huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptauerit, vel fauorem in hiis præstiterit, præter pœnas à sacris imperialibus & canonicis sanctionibus eis inflictas, sunt ipso facto infames, & omni honore priuati, nec ad placita vel consilia nobilium aliquatenus admittendi. Volumus etiam, hortamur & requirimus Episcopos & prælatos Canonicos, vt hanc nostram legem & constitutionem in Synodis & Ecclesiis publicari procurent, ne in præmissis excedentes per simulatam ignorantiā suas malitias valeant excusare. Nulli ergo omnino hominum liceat nostræ cassationis, irritationis, annullationis, nec nō pronuntiationis & declarationis paginam quouis ausu temerario infringere, aut eis quomodolibet contraire, sub pœna quinquaginta marcarum puri auri, quas ab eo qui contrafecerit totiens, quotiens contra factum fuerit, irremissibiliter exigere volumus. & earum medietatem nostri Imperialis ærarij siue fisci, residuam vero partem iniuriam passorum vsibus applicari.

Signum serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli IV. Romani Imperatoris inuictissimi & gloriosissimi Bohemie Regis.

Testes huius rei sunt venerabilis Arnestus Pragensis Archiepiscopus, Iohannes Olommucensis, Iohannes Luchonnisleni, sacre Imperialis aulae Cancellarius & Theodoricus Mindensis Ecclesiarum Episcopi. Illustres Rodolphus Saxonie, Balbo Opulienis, Primislaus Thesinensis. Duces & Principes spectabiles, Burcharthus Burggrauus Magdeburgensis, magister nostræ curiæ, Henricus de Monfort. Comites & nobiles, Sblinco de Hasenburg, Iesco de Wilharceitz, & alij quæ plures nostri Principes nobiles & fideles, præsentium sub bulla aurea typario nostro impressa testimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini M. CCLIX. Indictione XII. Idus Octobris, regnorum nostrorum anno XIV. Imperij vero VI.

Ego Iohannes Dei gratia Olommucensis Episcopus, sacre Imperialis aulae Cancellarius vice Reuerendi in Christo patris Domini Hludouici Argentini Archiepiscopi sacri imperij per Germaniam archicancellarij recognoui.

F I N I S.

IN.

INCERTI AUCTO- RIS CHRONICA SCLAVICA.

CAPITVLVM PRIMVM.

Heste Beato Gregorio Magno: qui obiit circa annū Domini 606. in prologo Dialogorū didicimus: quod plures ad amorem patriæ cœlestis attendunt exempla quam prædicata, siue prædicamenta subtilis scripturæ. Quia auditis arduis sanctorum Patrum factis hominibus tantorum patrum præcedentium labore, acuitur ad vitæ futuræ amorem. & si se iam aliquid esse existimat: dum de aliis multo meliora cognouerit, suam propriam elationem & præsumptionem damnat, atque supplantat: vidēs, se non fore formicam inter tantos camelos. Igitur vt iam clerici habeant, vnde de retroactis discant: iam superest pertinere quædam facta memorabilia Lubicensis, Hamburgensis, Suerinensis, Slesvicensis Ecclesiarum: atque Sundensis, Rostochiensis, Wismargensis, simul & Luneburgensis ciuitatum: In quibus manducti habeant, vnde lectis sacris scripturis alterentur atque recreentur. Quia secundum eundem Gregorium in prologo super Ezechielem; Sepe inter quotidianas delicias, viliores cibi suauiter sapiunt.

¶ Vnde sciendum quod Sclauia, siue Sclauonia duplex est, scilicet maior, quæ est circa Dalmaciam: & minor, quæ in finibus est Saxonie, versus mare Balticum: vbi præfata ciuitates sunt situatæ, fere maris in oris. Hæc Sclauia à confratribus, Bohemis & Brutenis, diuersis omnibus secluditur: & à Gothis & Danis, mari seiungitur. Hæc gens robustissima, & animosa: licet sit frontosa atque thorosa. piscatura & agricultura delectatur. Estque magis pia Sclauis superioribus, maxime, quia cum Germanis consortia & admixtionem habet.

¶ Mare ergo præfatum, quod Barbarum siue Scyticum alio nomine dicitur: sed Balticum à balteo, quia lōgum & strictum per miliaria Lxx. nominatum, ad litus Australe habet Sclauorum nationes. Primo ad Orientē Ruthos, siue Ruthenos, de Rutzen: Polonos atque Pruthenos, ab Austro Bohemos; qui dicuntur Morauui, siue Carinthe, atque Vngaros: qui & in Sclauia, siue Sclauonia iacent, ad Austrum, vt quibusdam placet. Omnes istę nationes, præter solos Pruthenos: anno Domini D. C. C. CXX. Christianitatis titulo decorantur.

CAPITVLVM II.

Rutia à Danis Ostragard, i. in Oriente posita, affluens omnibus bonis, vocatur. Dicitur etiam Chunigard: eo quod sedes Hunorū primo ibi fuerit. Huius metropolis, Chue, i. à coge, nescitur à quibus doctoribus sit conuersa: Græcorum magis quam latinorum obseruanciam imitatur. Nam Rutzenum mare breue, i. brachium in Græciam mittit. Apud Prutzos, martyrio coronatus est illustris Bohemie Episcopus Adelbertus. Carinthe confines sunt Bauaris: homines valde timorati, ac sacerdotum veneratores. Bohemia regem habet: plena est Ecclesiis ac religione diuina: Episcopatus duos habet: Pragensem & Oliuacensem. ¶ Polonia enim, magna Sclauorum prouincia, protēditur ad Rutziam. octo quondam Episcopatus habuit. Nunc ducibus gubernatur, Anno scilicet Domini 820. regem quondam habuit. Ipsa sicut & Bohemia sub tributo est Imperatoris Maiestatis. De Polonia venit ad amplissimam Sclauorum prouinciam Winitorum, siue Winiculorum qui antiquitus Wādali dicti sunt. Horum primi Pomerani: quorū sedes protēditur vsque ad Oderam. quæ Odera in saltu Mo-
rauo-

rauorum, quæ est ab oriente Bohemiæ oritur: vbi & Albea fortitur principium, non longe ab inuicem, fluens per Bohemiam. Sclauos dirimit à Saxonibus, nouissime parochiam, i. dicecesim Hammenburg diuidit à Bremensi, influens Oceanum Britannicum. Odera, die Oder, vergens in Boream transit per medios Winilorum populos, diuidens Pomeranos à Wilzis. In cuius ostio ad mare Balticum quondam fuit nobilissima Lunneta, i. Lunden, maxima totius Europæ vrbs, vbi statio Barbarorū & Græcorum fuit. Saxones etiam ibi permisi sunt venire, causa commerciorum, dummodo tamen nihil vellent publicare ibidem de titulo Christianitatis. Hanc ciuitatem quidam Rex Danus classe stipatus euerit, hæc etiam nunquam fidem habuit Christi.

CAPITVLVM III.

INTER Oderam & Albiam degunt Heruli vel Eueldi, qui sunt iuxta Habolam fluuium: & Boxani, Leubuzi, Wilini & Stoderani, cum multis aliis. Post Pomeranos ad Occidentem sunt Winuli idolatræ. Deinde venitur ad Circipanos & Kincinos, vbi ciuitas est Dēmyr. Ultra illos sunt Lingones & Warnani. Hos sequuntur Obotriti Ciuitas illorum Mekelenburg. Inde versus nos Polabi, ciuitas illorum Racisburg. Inde transita Trauena, vel potius Trabena, venitur in nostram Wagirensē prouinciam, cuius fuit quōdam ciuitas maritima nobilis valde Oldenburg. De Wagrīs inter Orientem & Boream est insula Baltici maris Fembre, id est, Vemerem: à quo ad Orientem longe est insula Rugianorum, siue Rano- rum, multo maior, contra Wilzos. gens fortissima Sclauorum, qui nunc Regem habent: Et anno incarnationis domini 1179. Lubicanę vrbs incolæ, vicerunt eundem Regem. Hæ omnes gentes idolatræ. Has Karolus Magnus ad fidem conuertit Christianam, Saxones atque Thuringos, quia annis 33. continuis Pipinus genitor Caroli & Carolus, bellauerunt cōtra Saxones. Tunc tandem Wīdikingus eorum princeps, deposita tyrannide, baptizatus est, cum omnibus magnatibus suis.

CAPITVLVM IV.

AT diuisa est Saxonia in octo Episcopatus, & Frisia agrestis iugum Dei suscepit, ac in Hammenburg constructa est Ecclesia, cui Heridagum virum sanctum Carolus præfecit Episcopum, volens eam esse metropolim omnium Sclauorum ac Danorum. Mortuo igitur in Christo Carolo, anno domini 814. de quo habes in Speculo historiali libro 27. cap. 27. & 26. Lodowicus filius eius ei successit in regnum, libro 27. cap. 26. Speculi historialis, paternis per omnia votis concordans, qui successu temporum sanctum Anscarium, Archipræsulem fecit Hammenburgen. & Metropolitanum vniuersis Borealibus populis, & gratia Dei resperfa miro creuit modo Ecclesia. Lodowico igitur defuncto, qui obiit anno domini 841. libro 27. cap. 37. Speculi historialis: quatuor filij eius propter principatum contendebant, & orta sunt bella intestina. Sed Sergius Papa, qui cepit anno scilicet domini 847. ipse concordiam fecit, diuidens regnum in quatuor. De isto vide latius in Speculo historiali, libro 27. cap. 37. Hac tempestate ipsi Dani, Frisones fecerunt tributarios, classe ciuitatem, Coloniam obsederunt, parochiam, i. dicecesim Hammenburg funditus exciderunt, & sanctus Archipræsul Anscarius miro cum suis dispersus est modo.

CAPITVLVM V.

LVDOWICVS tamen postea Rex Germaniæ, filius videlicet Lodowici cui Germania cessit inter fratres, à Sergio Papa, gloriosus in omnibus, pastore Ecclesiæ Bremensis defuncto, volens Hammenburgensem resarcire Ecclesiam, adiecit sibi Bremensem, vt esset vna. Quo facto, sanctus Anscari⁹ cepit oues Christi conuocare, & Cæsaris legatione functus, Danorum Regem, adhuc gentilem, fauo-

fauorofum sibi fecit, apud quem obtinuit statuendi Ecclesiam in Sleszwiek & in ripa: Et quod nemo deberet impedire aliquem volentem baptizari, vnde & Dani & Sueones, sudoroso labore Anscari, cum suis ceperunt fidem. Nam & ipse eū literis Regis Danorum, personaliter adiuit classe Biream, principalē Suediæ ciuitatem, non sine magno timore, & datis post multa ibidem pontificibus, reuersus est ad propria. Tamen inter omnes Boreales, Winuli, siue Winiti, infideles manserunt, in vltima parte Saxonix. Trans Albeam est Nordalbingia: quæ habet Thedmarcos, Holtzatos & Stormarios, deinde incipiunt termini Winitorum, qui dicuntur Wagiri, & Obotriti: Kicini, Circipani, vsque ad urbem Demmyn: vbi limes Håburgensis parochiæ. Isti omnes perfidi manserunt ob nimiam eorum duritiem. Rani etiam siue Rugiani, tempore Ludovici Secundi, qui cepit anno Domini 876. conuersi à quibusdam monachis de Corbeya, oratorium construxerunt in honorem Domini nostri Iesu Christi, & sancti Viti, qui est patronus Corbeye. Sed succedente tempore, sacerdotibus pulsus, à fide defecerunt, & sanctum Vitum non solum sibi sanctum habebant, sed pro summo Deo coluerunt, cui etiam templum & simulacrum cui nomen Siantevith, quod dicebatur gloriosissim^o omnium deorum, gentium aliarum Sclauicarum, summo cultu dedicauerunt, de omnibus quoque prouinciis Sclauorum illic responsa petuntur, & sacrificia offeruntur. Vide infra cap. xxxii. Nemo etiam mercatorum, quicquam ibi vendere, vel emere poterat, nisi prius præciosa mercibus de suis liberauerat. Et hæc superstitio apud eos vsque in hunc annum & diem, scil. quo scribitur, 1168. perseverat.

CAPITVLVM VI.

His temporibus longo tempore Normanni multa enormia fecerunt, contra Imperatorem: & post mortē eius maiora in Moguncia, in Traiecto, & in Aquisgrano, per lxx. annos, vsque ad tempora Arnulphi Imperatoris, qui cepit anno Domini 891. & imperauit annis xii. Hæc acta sunt tempore beati Adalgarij, Archiepiscopi, qui fuit successor beati Kemberti, & tertius à beato Anscario. Post Adalgarium successit Hogerus: Post hunc Reynvvardus in cathedram, sed in imperio Arnulphus habuit successorem, Lodovicum puerum: qui cepit anno Domini 903. & illo postmodum deposito, Conradus Francorum Dux imperauit, qui cepit anno Domini 912. Et in isto Lodovico, Caroli finitur profapia. Tēpore Conradi Vngari vastant Lotharingiam, Saxoniam, Daciam præliis. His tēporibus successit in cathedra Reynvvardo, Vnni, vir sanctissimus: qui in Birea oppido Gothorum obiit, anno Domini 936. quo causa prædicationis verbi Dei venit: vbi in 70. annis post Sanctum Anscarium, nemo ausus fuit prædicando venire. Huic successit venerabilis vir Adelgaldus.

CAPITVLVM VII.

EODEM Anno, scil. anno Domini 938. obiit Henricus Imperator, Conradi filius, qui cepit imperare anno Domini 920. & imperauit annis 18. Cui successit filius eius Magnus Otto, anno Domini 938. & annis xxxvi. imperauit. Cui Rex Danorum negauit tributum cōsuetum imperio, qui & Marchionem, legatum ab Imperatore, nomine Hediba, circa Slesvvik obtruncavit, cum suis. Fratres vero Ottonis, multum iniuriæ sibi irrogarunt, & de omnibus se defendens regna retrocedētia Imperij recuperavit. quæ Carolus Magnus habuit, ferè quasi omnem terram Danorum gladio & igne vastauit, & præsertim circa Sleswik vsq; ad mare nouissimum quod Normannos dirimit à Danis, ideo vsque in præsentem diem à victoria Imperatoris Ottēfund dicitur. Qui reuersus Regem Danorum Haroldū circa Sleswik contra se bellaturum inuenit, quibus diu bellantibus rex Haroldus, vel Alradus vincitur, ideo homagium Imperatori faciens, regnū ab eo accepit, & Christianum cum tota Dacia se fieri promisit, nec mora cum uxore sua, scil. Ghunnyld baptisatus est: & filio paruulo quem Imperator de fonte

baptismi leuauit, & Ottonem nominauit, & sic in Dacia facti sunt tres Episcopi suffraganei Hammenburgen. Ecclesiæ Metropolitanæ, cui tunc præfedit Adeldagus, vir beatissimus.

CAPITVLVM VIII.

DEINDE Otto cum exercitu suo omnem Sclauoniæ gentilitatem ad fidem Christi & ad tributum Imperij constrinxit. His temporibus sedes Apostolica multum turbata, vocauit Ottonem. Hermanno igitur nobili viro Saxonia commissa, ne Dani vel aliæ gentes sua in absentia male agerēt, Italiam venit, & Iohannem concilio Episcoporum, quamuis absentem, deponi fecit à papatu, quia criminaliter accusatū, & in locum eius protūc Leonem ordinauit, à quo ipse mox coronatus, Imperator à populo Romano consalutatus est, anno regni eius .8. post coronatum Romæ Carolum 173. In Italia igitur quinque annis cum filio suo commoratus est, debellatis filiis Berengarij pristina libertati Romam restituit. Et repattians, Magdeburg urbem super Albis fluminis ripam condidit, quam Sclauis metropolim statuens, Adelbertum summæ sanctitatis virum, Episcopū consecrari ibidem fecit, anno Imperatoris xxxv. post ordinationem Sancti Anscarrij 137. Adelbertus igitur duodecim annis sedit, cuius fines diocesis vsq; ad fluuium Penem, & habuit quinque Suffraganeos, scil. Merceburg, Cicen, super Salam fluuium conditæ, Misna super Albiam, Brandenburg & Hauelsberch, Sextum ei addidit Aldenburg, quod tamen Adeldagus Episcopus Hâmenburgen. negauit, eo quod in suo sinu antiquorum Imperatorum priuilegio esset.

CAPITVLVM IX.

ALDENBURG Sclauica lingua Stargarde, i. antiqua ciuitas dicitur, & est terminus Sclauicæ in terra Wagirorum in occidentis Baltici maris partibus, in cuius finibus clare videtur Fembre insula. Hęc ciuitas & prouincia fortissimis viris decorata est, cuius Reguli quondam omnium Obotritorum, siue Cicinorum, & longe remotiorum populorum dominium habebant. Hęc ciuitas Aldenburg fidelis facta tempore Ottonis, vt supra cap. viii. in principio cum ceteris Sclauis primum ab Ottone pontificem accepit nomine Marconem, subdens ei oēm Obotritorum prouinciam, vsq; ad Penem fluuium, i. die Peyne, & urbē Demmyn. His temporibus Slesvvik Romano subiacebat imperio cum tota terra Wagrica, in qua erat Aldenburg. Hic Marco prædictus oēm populum istum sacro fonte lauit, vsq; ad Demmyn & Penem. Quo defuncto Slesvvik proprio Antistite decorata est, & in Aldenburg successit venerabilis vir Egwardus ordinatus à sancto Adeldago Archiepiscopo Hâmenburgensi. Hic multos conuertit Sclauorum, multæ edificatæ sunt Ecclesiæ, sacerdotes & monachi multiplicati. Patronus Ecclesiæ Aldenburgen. fuit, sc. Iohannes Baptista, Mekelenburgen. vero Petrus, vbi & monasterium Virginum. Pontifices Aldenburgen. magnâ habebant gratiam cum regulis Sclauorum, qui potentes effecti pontifices, ab Ottone Imperatore in temporalibus.

CAPITVLVM X.

ANNO igitur regni Ottonis xxxviii. & imperij xxxvi. hoc est anno Domini 974. dominus omnium Septentrionis nationum, idem ipse feliciter migravit ad Dominum, sepultus in Magdeburg. Cui filius suus medianus Otto succedens, qui cepit anno Domini 974. & per decem annos strenue Imperium gubernauit. In Speculo, libro xxv. c. lxxxix. latius habes illam materiam, quam Helmoldus hic pertransit. Hic Lothario & Carolo regibus Francorum subactis, post multa bella cum Græcis & Sarracenis, apud Romam decessit, scil. anno Domini 984. Cui tertius Otto, adhuc puer, successit per annos xvii. Ecclesiæque miro creuit modo, sub his tribus Ottonibus. ¶ Eodem tempore moritur Hermannus Dux Saxonum, de quo supra cap. viii. Cui filius suus Bennon successit.

successit, non ita bonus. His etiam temporibus obiit Egwardus, vel Bernardus, præful Aldeburgen. Cui successit Wago, qui suam sororem pulcherrimam, à regulo Obotritorum postulatam, in matrimonio tradidit, ut esset favorosior Ecclesie Dei nouellæ, quam tamen postea repudiavit, & Episcopum dolo circumuenit. Ideo multum ceperunt titubare Ecclesiastica, & diuina, quia Sclauu obniti ceperunt Imperatori, ac etiam fidei.

CAPITVLVM XI.

MORTVO igitur Wagone, Ezico Episcopus consecratur, Aldenburgen. iv. ab Adeldago sanctissimo Archiepiscopo Hammenburgenfi, ut dicit Magister Adam: qui disertissimo stylo gesta Hamméburgen. Ecclesie Pontificū conscripsit. His temporibus multa sunt bella exorta, longo tempore, inter Danos & Barbaros. Igitur anno incarnationis Christi 1001. hoc est in fine regni Tertij Ottonis, cum iam Bolislaus, Polonorum Rex Christianissimus, Ottoni Tertio cōfederat⁹, oēm Sclauiam, quæ est ultra Oderam, diu tributis subiecisset: & Rutzię ac Prutzię reliquias in Poloniam trāstulisset, Otto Tertius in Roma decessit, scilicet anno Dñi 1003. ¶ Cui successit Henricus, iustitia & sanctitate insignis, qui Bauenbergen. fundauit Episcopatum, qui imperauit annis xxii. cuius regni anno x. mortuus est Dux Saxonie Benno, vir sanctus, & Ecclesiarum defensor. Cuius successor, filius eius Bernardus, qui Henrico Imperatore rebellauit: cū tota Saxonia, multosq; sua rapina, ad necessitatem paganismi coegit. Cum principibus etiam Winulorum, Mistowi & Missidrag, multā displicentiam fecit, ideo post cū esset Bernardus bellaturus contra Cæsare, Sclauu totam Nordalbingiam, i. terrā Stormariæ, ferro & igne depopulati sunt, Sacerdotes occiderunt propter fidem & captiuos duxerunt, & præsertim apud Hammenburg. Presbyteros etiam lx. aliis populis more pecudum obruncatis in Aldenburg, ad maius ludibrium seruabant, quorum maior loci præpositus, Oddar nomen habuit. His lx. in fine multorum tormentorum, cute capitis in modum crucis incisa, ferrū cerebro eorum immiserunt, & ligatis post terga manibus, per multas Sclauorum ciuitates traxerunt eos: vsq; dum deficerent. Et tanti his temporibus in Sclauia facti sunt pro Christi nomine martyres, q; vix possent libro comprehendere, quia oēs Sclauu habitantes inter Albeam & Oderam: qui tēpore trium Ottonum prædictorum Christo crediderant per annos 70. iam quasi oēs defecerunt, sc. tēpore Bernardi Ducis Saxonie filij Bennonis, qui populum Sclauorum grauiter afflixit, cum Theodorico Marchione Sclauorum. His tēporibus fuit Archiepiscopus Hammenburgen. Libencius, qui Adeldago, Hammenburgen. Episcopo successit, post Libencium Vimuarus venit, clarissimo genere oriundus.

CAPITVLVM XII.

MORTVO autē Ezecone Episcopo iv. Aldenburgenfi, successit ei Folquardus, qui de Slauiā tēpore persecutionis pulsus in Norwegiam abiit, & multos credulos Christo fecit, ideo cum gaudio, post Bremā venit cui Reymbertus successit. Tēpore igitur Vimuarij Episcopi Hammenburgen. Bernard⁹ Dux Saxonie, suasu Pontificis flexus Hérico Cæsari supplex dedit manus, & Slaui sub tributo positus, pax Ecclesie facta est, & Vimuarus xii. Canonicis Ecclesie Hammenburgen. tm factis, qui populū ab idolatria conuertere ut, nouā Ecclesiam ibi cōstruxit, quia prædiues & largus fuit, & clero adprime beniuolus. Et Reymberto mortuo, Episcopo Aldéburgen. ordinauit Bennonē ibidem, virū prudentem, qui vnus fuit de duodecim prædictis, qui prædicando multum fructum fecit, sed possessiones quas Magn⁹ Otto dedit eidē Ecclesie, quæstus corā Bernardo Duce Saxonie, de manibus principū Slauiorum eripere nō potuit, ut est Dertzou, Morize, Kucin, sed curtes illas obtinuit Buzu, i. Buzow, & Nezetina, & ceteras in terra Wagirorū, & de qualibet domo, paupere, & diuite ii. denarios, i. nummos per oēm terram Obotritorū. Post Hericus Imperator in Werben circa Albiā,

curiam celebrauit, & ibidē Episcopus Benno sibi querimoniam de eadē re fecit. Et post multa principes Obotriti, Kicini, Polabi, Wagiri & ceteri promiserunt Imperatori Episcopo duros se oēm decimam & censum, assignatam Ecclesiā per Ottonem, sed nihil seruabant. Ideo Episcopus penuria cōstrictus, ad sanctissimū virū Berenwariū Hildensemē. præfulem confugit qui & ei vitæ stipendia supputauit de sua Ecclesia, & locum assignauit, à quo sæpe exiens, Aldenburgen. Ecclesiam visitauit, & populo sibi commissō prædicauit. Eodem tēpore idem Berenwariū in loco sibi hereditario in Hildensem fundauit Ecclesiam in honorem sancti Michaelis, & turmam monachorū ibi congregauit pro Dei seruitio, cuius latus sinistrum Benno cum dedicaret, tantus fuit ibi populus, quod ab eo compressus & attritus, post paucos dies moreretur, & in aquilonali absidia eiusdem Ecclesiā, honestam obtinuit sepulturam. Huic vero successit Meyner⁹ viii. Episcopus Aldenburgen. qui suscepit benedictionem à Libencio ii. Post quem Abelinus ix. ab Alebrādo Archiepiscopo ordinatus. Post quem x. in numero nomine Ezo.

CAPITVLVM XIII.

HIS diebus Conradus ii. Imperator regnat post Henricū, & cepit anno dñi 1027. & imperauit annis 17. Qui Winithos multis bellis attriuit, ideo firma pax fuit in Sclauia, sed religionis incrementum paucum, præpediente auaricia Ducis Saxonum. His diebus Kanutus, rex fuit in Dacia, ad quē fugit Godescalcus filius principis Slauorum, postquam multa strage percussit terram Nordalbingorum, scil. in Holtfatia Stormargia & Ditmarcia, & rex Daciæ matrimonio dedit sibi filiam. Qui reuertens ad patriam post mortem Kanuti, miro modo se conuertit ad cultum Dei, ita vt fines Ecclesiā Aldenburgen. etiam in Christum crederent, scil. Kicini & Circipani. Est autem Panis fluuius, in cuius ostio sita est ciuitas Demmyn, cœnobia multa & Ecclesiā fiebant, protegēte Ecclesiam Dei Godescalco, viro virtuoso.

CAPITVLVM XIV.

IGITUR defuncto Abelino ix. Episcopo Aldenburgen. de quo supra c. præcedenti, in sine Ecclesia diuisa est in iii. Episcopatus, tēpore Cōradi filij Henrici, qui Conradus cepit anno dñi 1027. vt supra, & eodem tempore Papa Leo p̄sedit, quorum fauorem habuit Adelbertus Hāmenburgen. Archiepiscop⁹ qui hāc diuisionem causauit, ipsis tñ nō bene informatis, sed omnia sibi & suæ dispositioni reliquerūt in Borealibus partibus & regnis, vnde Ezonem surrogauit Aldēburg Abelino: decimum Episcopū Aristonem venientē ab Hierosolymis, Racisburg. Iohānem in Mekelēburg, qui venit de Scotia, & pax firma erat, quia Cæsar Henricus Vngaros, Bohemos, Sclauos manu potenti coercuerat. Quo translato ad superos, successit in sceptrum filius eius Henricus, puer octo annorum, & ob puericiam eius multiplicata sunt mala in terra anno Domini 1040. & post modicum temporis mortuus est Bernardus Dux Saxonix xl. annis iam administrans regimen Saxonum & Sclauorum cuius duo eius filij, hereditatem partiti sunt sc. Ordulphus & Hermannus: quorum Ordulphus Ducatum suscepit. Et vix iam quinq; annis decursis, Sclaui rebellabant, & Godeschalco, vir omni æu memorabilis, occisus est à Barbaris in vrbe Leoncio, q̄ alio nomine Leatzyn dicitur. Ansuerus monachus cum suis lapidat⁹ est in Racisburg, Idus Iulij. Iohannes Episcopus in Mekelenburg captus seruatur, & fustibus cæsus, duct⁹ per ciuitatem, postea truncatis manibus & pedibus, corpus eius in platea proiectum est, & caput eius Barbari conto perfigentes, abscissum: Deo suo Redegast in signum victorię immolarunt, iv. Idus Nouembr. circa Panym, hoc est, vltra Demmyn, Vxor Godeschalci, filia regis Kanuti, nuda dimissa est, cum aliis mulieribus apud Mekelenburg. Ecclesiā, scilicet Hamburg, & Idibo, id est, Slesvvik, funditus excisæ sunt, Stormarij & Holtfati fere occisi sunt, & in captiuitatem ducti.

In derisionem Crucifixi, cruces truncatæ sunt. Huius cladis autor dicitur fuisse Plusso qui sororem habuit Godeschalci, domum quoque reuersus, obruncatus est & ipse. Itaque omnes Sclau, facta conspiratione vniuersali, ad paganismũ deno relapsi sunt: eis occisis, qui in fide perstiterunt. Ordulphus prædictus XII. annis post patrem suum superuiuens: sepe contra eos dimicans, nullam obrinuit victoriam. Hæc turbatio facta anno Domini 1066. Ecclesia Aldenburgenfis annis vacauit LXXX. filiis quoq; Godeschalci turpiter occisis. Vnus tamen scilicet Henricus, ad Daciam fugit, eo quod mater eius esset Kanuti regis Daciæ filia. Critonem non heredem terræ, heredem fecerunt, scil. per totam terram Nordalbingorum, quæ Holfatos, Stormarios: & Thedmarcos includit, multæque familiæ Holfatorum præ feruore persecutionis, mōtes Harticos, id est, den Hard, adiuerunt, quarum posteritas manet ibi vsque in hodiernum diem. Vide hic in Speculo, quomodo Gregorius Papa Henricum IV. Imperio priuauit, & Duci Sueuorum Rodulpho dedit. Ob id postea Henricus Papam de Roma fugauit, & Wibertum, Rauennaticæ sedis Episcopum, Papam fecit: & Clemens dictus est, ideo schisma in Ecclesia per xxv. annos ferbuit. Defuncto igitur Gregorio, successit Desiderius: Post quem Vrbanus, anno domini 1089. deinde Pascalis. Qui omnes Imperatorem Henricum cum suo Antipapa Wiberto, excōmunicatio- nis sententia damnauerunt, continentes se apud Reges Franciæ, Siciliæ & Hispaniæ. Tempore igitur Pascalis, sopita sunt schismata, & Clemens qui Wibertus dictus fuit, mortuus est. His temporibus multi ascenderunt terram sanctam, & obtinuerunt Hierusalem à Barbaris, instigante eos quodam monacho qui Petrus dictus fuit, natione Hispanus. Postea ablata sunt per vim imperia- lia, per principes, à Henrico IV. & data sunt filio eius Henrico Quinto, anno Domini 1107. & filius expulit eum de regno: Fuitque pax inter regnum, & sacer- dotium, non multo tamen tempore.

CAPITVLVM XV.

POST HOC Henricus filius Godeschalci reuersus de Dacia, percussit Olden- burg, & omnem terram maritimam Sclauorum, ablata infinita præda, primo, secundo, & tertio, & factus est timor maximus Sclauis. Postea Critoni inuitato Danus quidam securi caput abstulit ei vno ictu, iam senio confecto, & Henri- cus sibi vxorem Critonis Sclauam matrimonio coniunxit, & hereditatem pater- nam recuperauit. Et lætati sunt vniuersi Nordalbingi, cepitque fides resuscitari. Nam in vniuersa Sclauia, nec sacerdos erat, nec Ecclesia, nisi in vrbe tantum que nunc vetus Lubeca dicitur, eo quod Henricus Imperator ibi sepius cum sua mo- raretur familia. Postmodum Rani, de quibus supra capite quinto, nauigio ascen- dentes per Trabenam, nauibus obsederunt urbem Lubicam, in qua erat Henri- cus Godeschalci filius, volentes vsurpare totam terram Wagirorum & Nordal- bingorum, dominationis libidine prouocati, nam gentes quas armis subegerat, sano suo censuales faciebant. Exiuit igitur Henricus de vrbe pro auxilio, nocte cum duobus seruis, suæ militiæ magistro commendans urbem, vsque in quartũ diem, reuersusque cum Holfatis, ascendens de ore Trabenæ, innumerum po- pulum Ranorum trucidauit gladio, & aquis, sepelieruntque corpora in loco qui dicitur Raniberg vsque in hunc diem, statueruntque diem Kalendarum Augu- sti omni anno celebrandum, in perpetuam huius rei memoriam. Et Rani facti sunt Henrico sub tributo, sicut Wagiri, Polabi, Obotriti, Citcipani, Kicini, Cu- tici, Pomerani, vsque ad terram Polonorum, Rexque vocatus est in omni Scla- uorum & Nordalbingorum prouincia, subegitque populos Britanorum & Sto- deranorum, scil. qui habitant Hauerberch & Brandenburg, & etiam Linos, siue Linoges ibi in confinio, habuitque filium fortem Mistue nomine, valde bellico- sum, qui iuuit eum. Postea Rani occiderunt Henrici filium, nomine Waldemar: Venit igitur cum ingenti populo vsq; Wolgost, id est Wolgast, quam Iulius Cæ-
S 3 sar

far ædificauit, & vocauit eam Iuliam Augustam. Igitur Rani perterriti tanto populo, soluerunt filium Henrici, & pacem emerunt pro *iv.* milibus marcarum & 400. marcis de ærario publico per pondera. Porro apud Ranos non habebatur moneta, sed commutabant pro panno lineo, quotquot volebant, aurum & argentum, quod rapinis & captiõibus hominum, vel vñdecunq̃ue atquiferunt; cultibus vxorum impendebant, aut in ærarium Dei sui conferebant.

CAPITVLVM XVI.

CIRCA hos dies erat bellum potens Henrico Iuniori Cæsari, contra Ducem Luderum, siue Lotharium, & Saxones. Depulso namq; patre Henrici, Hæricus obtinuit monarchiam imperij, & intrauit Romam tempore Pascalis Papæ, qui cepit anno Domini 1100. pro consecratione, sed quia noluit iurare Domino Apostolico, factum est bellum magnum Romæ in monasterio sancti Petri, & cecidit clerus multus, vna cū Romanis, in Ecclesia, & Dominus Papa, & multi Cardinales ducti sunt captiui in cathenis & funibus, vt canes, & multis interiectis verbis laxatis cathenis ac funibus captiuorum, consecrauit Henricum Imperatorem. Postea autem concilium 120. patrum irritam fecit hanc cõsecrationem. Igitur infinitus popul⁹ corruit in exercitu Regis & Saxonum circa Welpesholt. His etiam diebus claruit vir insignis, Otto nomine Bauenbergensis Episcopus, qui cooperante Duce Polonorum Bolislao Pomeranos sua prædicatione ad fidem conuertit, cum principe eorum, videlicet Werzislao. Henricus vero Cæsar obiit anno Domini 1126. apud Traiectum, cui successit Saxonum Dux Luderus, qui & Lotharius, procurante Innocente Papa. His diebus non erat Ecclesia, neque sacerdos in omni gente Luticiorum, Obotritorum, & Wagitorum, nisi tantum in vrbe Lubic. Eo igitur tempore surrexit sacerdos & Magister Parisiensis, nomine Vicelinus, oriundus de Myndensi parochia, in villa Querrenhamele, in ripa Wezere, qui accepta auctoritate prædicandi Euangelium Christi à Hærico Rege in Lubic. in sua ditione, multos Dei gratia conuertit, & ab Archiepiscopo Hammenburgensi Adelberone, qui tunc forte apud Bremam consistit, habuitque Vicelinus Magister magnus, secum duos presbyteros, scil. Rodolphum presbyterum Hildensemensem, & Ludolphum Verdensensem Canonicū, & Henricus dedit Vicelino Ecclesiam Lubicen. & habitauit in Faldera, quæ nūc dicitur Nigemunster infra c. 30. quia hanc sibi assignauit Adelbero prædictus, & iuncti sunt sibi propter vitæ suæ sanctitatem, scil. sacerdotes Ludolphus Eppo, Ludmundus, Volchardus.

CAPITVLVM XVII.

SI quidem mortuo Henrico filij eius, sc. Zuentepolk senior & Kanutus Iunior bella intestina propter regnum patris habebant, & senior iuniorem in castro Plunensi, id est, to Plone obsedit, vbi tamen euasit, fratribus per exercitum reconciliatis. Et non multo post in Luttilinburg Kanutus interfectus est, & Zuentepolk solus dominio potitur, qui & prædictis dominis licentiam prædicandi dedit. Habitaueruntque Ludolphus, & Volchardus in Ecclesia sita in colle, quæ est è regione vrbis trans flumen. Non longe post Rani urbem Lubic, cum oppido demoliti sunt nauibus properantes, sacerdotes tamen euaserunt, in nemoribus se occultantes. Zuentepolk postea non longe occisus est dolo cuiusdam Holtstati diuitis, cui nomen Dason, & remansit sibi filius nomine Swineke, qui postea interfectus est apud Ertheneburg, id est, Ertelenborch. & sic defecit stirps Henrici in principatu Slauorum, qui postea translatus est ad Kanutum, filium Erici, Regis Danorum, qui à Lothario Cæsare, accepta corona regia, Obotritorum, vt, scil. esset Rex, reuersusque posuit castellum in terra Wagitorum in monte Sigeberch, qui olim Alberch dictus fuit, qui & Kanutus sæpe Falderensi hospicio vsus est, vbi habitauit Vicelinus. Ecclesiam quoque in Lubic, quam ædificauit

uit Henticus, dedicari fecit. Kanutus vero non longe post in Sleswick dolo occisus est per Magnum, filium patris sui Nicolai. Ideo Lothari⁹ Cæsar in vindictam tantæ fraudis venit in multitudine graui in Sleswick, & Magnus territus est, immensoque auro soluit Cæsari nobilem Kanutum:

CAPITVLVM XVIII.

MORTVO Kanuto cognomento Lavvart bipartitus est principatus. Nam Præbezlaus Wagirensium atq; Polaborum, Niclotus vero Obottitorum prouinciam accepit. Hi duo erant duæ bestia trüculentæ Christianis, Idolorumque cultura reuualuit, ita ut boues, oues atque homines demonibus immolarentur. Christiani etiam crucifigebantur, euiscerabantur, & præter lucos & penates, quibus agri & oppida redundabant, dij primi & præcipui erant isti, scil. Deus Prone in Oldenburg, Sywe dea Polaborum, Radigast Deus Obottitorum: Vicelinus igitur his territus, adiuit Cæsarem Lotharium, virum Christianum valde, cum vxore sua in Bardevvik residentem, & suo concilio Cæsar castellum construi mandauit, in terra Wagirorum, in monte altissimo per vniuersum populum circumiacentē Sigeberch. Nam & Kanutus eundem locum olim occupauerat, ut dictum est supra capit. proximo, sed tunc dicebatur Alberch, nunc autem ei impositū est nomen Zigeberch, ædificauitq; Ecclesiam infra montem, quam tradidit Vicelino cum fratribus gubernandam, similiter & Lubicen. ei tradidit Ecclesiam, præcipiens Præbeslao ut sub obtentu suæ gratiæ circa Vicelinum plenam gereret diligentiam, fecitque Vicelinum pontificem magnum, qui personas idoneas vtrique Ecclesiæ præfecit, & seminarium fidei iterum profecit.

CAPITVLVM XIX.

HIS peractis Lotarius dedit ducatum Saxoniz, Henrico, genero suo, Duci Bauariæ: quem etiam secum assumens, parauit secundam profectioem in Italiam, Rogerum quoque Siculum Apulia pepulit. Et cum iam redire pararet, immatura morte præuentus est: anno Domini 1138. & heu omnis virtus Saxonum turbata est, & in Slauia res ecclesiasticæ iterum labefactæ sunt, corpus tamen Lotarij in Luttore perlatum atque sepultum est. Et Conradus ei successit in imperio, cepit anno Domini 1138. ut supra. Guerra quoque ingens facta est inter Henricum Lotharij generum, & Adelbertum Marchionem, filios duarum sororum, propter ducatum Saxoniz: Conradus tamen Cæsar annuit Adelberto: ideo Adelbertus præripuit castrum Luneburg & Bardewik & Bremam & Nordalbingorum partes, quæ sunt omnia occidentalis Saxoniz. Ideo comes Adolphus pulsus est de Zigeberch. Hoc comperto Præbezlaus, de quo supra c. 18. exiens de Lubek, Zigeberch & omnia circumiacentia demolitus, nouo ibidem oratorio igne consumpto, Volberto simplici fratre & virtuoso, gladio occiso, ceteris fugientibus fratribus, ad portum Falderensem, multosq; Christianos fecit torqueri Præbezlaus in Lubek, sacerdotibus ibi positus per Vicelinum aspicientibus, non sine magna vecordia, debebant tamen iidem sacerdotes in castro Præbezlai sub eius tuitione. Non multo post venit quidam de semine Critonis Race, cum classica manu, & Præbezlaum non inueniens, Race castrum, & omnia circumiacentia demoliti sunt. Duæ enim cognationes scilicet Critonis & Henrici contendebant propter principatum. Præbezlaus si ab eis inuentus fuisset, mortuus fuisset. Agitabantur tam in Dania quam in Saxoniz bellorum tempestates, super omnia tamen Slauicus furor Holsatorum fines ita inuasit, ut iam pene Falderensis pagus in solitudinem redactus fuisset. Sed Vicelinus cum fratribus miris claruit virtutibus. nam infirmi curati, obsessi liberati sunt innumerabiles. ac miro modo in istis tribulationibus fouit de suis, pauperes Christi, hortabaturque populum ad letanias & orationes, quia dies

mali instarent. Nam & tot bella venerunt, vt Plunenes terra & Luttilingen, ac Aldenburgenfis simulque castra Zegeberch & Hammenburg succensa sunt ac desolata.

CAPITVLVM XX.

POST hoc Adolphus comes, prius reedificato castro Zegeberch, vocauit ad terram Holsatorum desolatam, de Flandria, Hollandia, Westfalia, Frisia, Traiecto rurales. Post hoc in loco qui dicitur Bucow inter Trabenam & Wokinze in vallo vrbs desolatæ quæ edificauerat Crito Dei tyrannus, ædificauit ciuitatem nomine Lubeke, eo quod non longe abesset à veteri portu & ciuitate, quam Henricus princeps olim constituerat, & cum Nicloto principe Obotritorum amicitias fecit, Ecclesiis prædia restituit, quæ Lotarius ante dederat, & monasterium infra montem Zegeberch situm transtulit ad locum Slauice dictum Cuzalina, teutonice Hoierstorp, & Ecclesia sub môte, facta est parochialis. Circa hæc tempora Bernardus Clareuallensis Abbas claruit, Eugenio existente Papa scil. anno Domini 1148. lib. xxviii. Speculi. c. lxxxiii. & Conrado tertio Imperatore existente in Frankenfort, quem ibidem adiit Bernardus, aderat etiam ibidem Adolphus prædictus Comes Holsaciæ. Ad instigationem igitur Bernardi ibidem factum est passagium ad terram sanctam, vt clarius habetur in Speculo, lib. cap. Niclotus hoc tempore in festo Iohannis & Pauli, nauigio properans ad Trabenam, occidit de viris ebriosis vrbs Lubicane ultra 300. & qui in castro erant ibidem, biduo atrocissimam pertulerunt obsidionem. Rodolphus sacerdos & monachus dum fugeret ad castrum, præuentus à Barbaris mille vulneribus confossus est, duaque equitum turmæ Wagirensium terram peruagantes, de eisdem quotquot in suburbio Zigeberch reperierunt, demoliti sunt, Vthin ciuitas & Susle pagus se tamen ab hostibus defenderunt. nam Fresi tunc habitabant in Susle, & sacerdos quidam fortissimus nomine Gerlaus, omnes incolas Suslenses perterritos confortauit, & per Deum factorem cæli eos coniurauit, vt pugnarent, qui in bello excusso vno oculo & per ventrem perfossus, nihil tamen remissius egit, similis filiis Sarniz & Machabeis. Postmodum Slauii iidem reuersi de Holsacia in terram suam, oppugnati sunt in Demmyn & Dobyen per Comitem Holsaciæ & Danos, & fidem & baptisma acceperunt, quam tamen postea abiecerunt.

CAPITVLVM XXI.

COMES noster Adolphus fecit iterum amicitias cum Nicloto, fundamentaliter tamen sibi non credidit. Non longe vero postea Ericus Rex Dacie occiditur, & tres personæ regales certant de regno, scil. Swein Erici filius, Waldemar, Kanuti filius, & Kanutus filius Magni. Comes vero noster homagium fecit Kanuto, ideo venit Sweyn in graui potentia, & terram Wagirorum vastauit, Aldenburg succendit, & omnem terram maritimam, & suburbium Zegeberg vorax flamma ignis absumsit. Postea Comes noster Adolphus, pugnaturus contra Sweyn, qui fuit in Sleswik, principem militiæ Sweyn, nomine Ethlerum, natum de Dethmercia, diuiciis Danorum subleuatum, autorem discordiarum occidit, cum multis aliis, nobilibusque quam pluribus secum ductis captiuus, Rex vero peruenit vsque Sleswik. Comes autem noster pacificus longo tempore fuit, clero adprime beniuolus, gentem suam Holsaticam ceruicosam & agrestem iugo pacis domauit, à rapinis prohibuit. Post hæc Swein filius Erici reconciliatus est Regi Danorum, & Kanutus Magni filius, proiectus de terra, exulauit inter Saxones apud Hartwicum Archipresulem, clarissimo genere natum ex parte Ducis principatus.

CAPITVLVM XXII.

Hic Hartwicus Archiepiscopus Hammenburgensis, magno studio nactus voluit sedes Slauias, iam per LXXXIV. annos vacantes suorum suffraganeorum resuscitare: de quibus supra capit. xiv. simul & Dacia Norvvegia & Svvedia, quæ omnes Hammenburgensi antiquitus subiectæ erant. Sed obsequiis & variis largitionibus apud Papam & Casarem nihil profecit. Ne tamen omnino Suffraganeis careret, Vicelinum virum sanctum, Episcopum consecrauit Aldenburgensem, prouectæ ætatis, & iam conuersatum in terra Holsatorum xxx. annis, & in Mekelenburg Dominum ordinauit Emhardum, & cōsecrati sunt ambo in Rosseuelde, & misit eos quasi agnos inter lupos. Hæc tamen consecratio facta est inconsultis dominis, scil. Duce Saxonie & Adolpho Comite prædicto. ideo Vicelino negauerunt à suis dari decimam, postea tamen Dux eum ad gratiam cepit, nam nouit eum virum sanctum, sed voluit Dux quod inuestituram Episcopalem ab ipso recipere deberet. Episcopus igitur recedens pacifice ab eo ad deliberandum super hoc graui proposito, cum Episcopos inuestire solius Imperatorie maiestatis sit. Venit igitur Bardewik, & ibi incidit in paralyfin, deinde moratus est in Faldera longo tempore in eodem morbo, deinde ad consulendum Archiepiscopum & clerum venit Bremam, qui omnes dixerunt non debere hoc facere. Ipse tamen libenter fecisset, sed quia maiores sui dissuadebant, abstinuit: ideo decimas non recipiebat, prohibente Duce, & quamuis temporalia nō messuit, spiritalia tamen eis ratione sui officij seminauit. Dedicauit itaque oratorium in Cusalina, id est, Hoyerestop, & in Bornehouede, id est, Svventineueld, venitque ad nouam ciuitatem quæ Lubic dicitur, confortatis incolis, ædificauit ibi altare Domino. Inde venit in Aldenburg quorum Deus dicebatur Prone, & princeps terræ Nuchel, de semine Critonis, idolatra & pirata maximus, nomen flaminis, qui præerat superstitioni dictus est Myke. Proposito eis verbo salutis, pauci acquirerunt fidei. Data igitur castribus lignorum pecunia, fabrica prope vallum vrbs antiquæ erecta est, quo omnis terra die dominica propter mercatum conuenerat.

CAPITVLVM XXIII.

Post hoc in Luneborch accepit à Duce inuestituram, id est, Episcopatum per virgam de manu Ducis, vt fides haberet propugnatione à Duce & Comite. Deditque sibi Dux villam Buzu, id est, Busovv, siue Buzona cum suis pertinentiis. Et Comes noster qui & ibi erat, dedit illi medietatem decimarum. Et terra Nordalbingorum Sclauorumque commissa est Comiti nostro: & Dux profectus est in Saxoniam cum militia, vt reciperet Ducatum Bauariæ: quem vitricus suus Henricus, frater Conradi regis occuparat: Duce absente facta est amicitia magna inter Comitem nostrum & Niclotum, quia Comes iuuit eum cum exercitu magno, contra Kicinos, & Circipanos, qui ei rebellare ceperunt. Forum vero Lubicense crescebat in dies singulos, auctis nauibus institorum. Dominus vero Vicelinus habitauit in insula Buzu, id est, Busow, subfago exercere faciens agros, post hoc extructæ sunt ibidem casæ: ædificauitque ibidem Ecclesiam in honorem sancti Petri Apostoli, vtens filia ad aratra cepit de Cuzalina, & Faldera, initia igitur episcopatus tenera, quia Comes, alias optimus, soli Episcopo mediocriter bonus. Dux Bauariam recuperare nō potuit, sed quasi ibi occisus fuisset multos per principes: sed mortuo Imperatore Cōrado III. Fridericus primus inter Imperatores, Frederici Ducis Sueuiæ filius potitus est imperio, cepit anno Domini 1171. & recuperata est Bauaria. Magister tamen in Speculo dicit eum cepisse regnare, anno Domini 1173.

CAPIT. XXIV.

VICELINVS vir sanctus in Faldera post modica tempora paralyfi dissolutus officium linguæ perdidit, totum denique latus dextrum exaruit, iam defuncto sanctissimo viro Thetinaro, nec castro Plunensi reedificato, duobus annis & dimidio vir sanctus vicelinus versatus est in loco egritudinis, nec sedere, nec iacere contentus, eratque fratribus cura simul, ac incurabilis mœsticia de eo, frequentius ad Ecclesiam baiulabatur. His diebus voluit Dux, vt Comes daret sibi medietatem ciuitatis Lubicanæ, quia propter forum Lubicense mueretur sibi numerus ciuium Bardeuikensium. Item vt daret sibi sulciam, siue salinam mediam in Odeslo, quia sulcia Luneburgensis deterioraretur propter sulciam in Odeslo: sed Comes non consensit, ideo mandauit Dux in Luneburg residens quod tantum in Lubek vendi debeant quæ ad cibum pertinēt, & in Bardeuik omnes mercæciæ. Item Sulciam in Odeslo fecit obrurari, quod Comes noster æquanimiter non tolerauit. His etiam diebus dilatante Domino fines Ecclesiæ: Euermodus, præpositus de Magdeburg ordinatus est in Episcopum Racisburgensem, Comesque Polaborum Henricus dedit sibi insulam prope castrum, versus orientem quasi, ad inhabitandum. Hoc viso Comes noster etiam benefecit Ecclesiæ Aldenburgen. nam 300. mansos dedit Ecclesiæ in dotem, ad preces Ludolphi præpositi de Cuzalina, Vicelinus vero post hoc obiit, pridie idus Decembris, anno Domini 1174. sedit in Episcopatu annis v. mensibus ix. & sepelitur in Faldera, præsentem Racisburgen. Episcopo, & officium consummante, & Dux tunc fuit in Italia cum Rege Frederico I. pro corona Imperiali, dataque sunt piissimæ elemosinæ pro anima Vicelini singulis diebus, qui multis miraculis post mortem claruit. Post Vicelinum, disponēte Duxissa in Luneburg, nam Dux tunc fuit in Italia, quidam nomine Geroldus, Rector Scholarium in Brunsvik, & ibidem Canonicus, natus de Svveuia, id est, Svviis, & Cappellanus Ducis: non habens secundum in Saxonia in scripturis, & castissimus corpore, electus est per Ducem & clerum in Episcopum Aldenburgensem, tempore Adriani Papæ, qui cepit anno Domini 1174. qui & Fredericum coronauit, lib. 30. Spec. cap. I. & II. hanc tamen electionem Geroldi, Archiepiscopus ratam habere noluit, sed literis suis eum apud Adrianum Papam impedire cepit. Ipse vero Geroldus adiuit Ducem, in Roma existentem cum Frederico, & quia Dux viriliter pugnavit contra Romanos, Fredericum exactiōare volentes, etiam Adriano multa mala fecerant, ideo Adrianus Geroldum Episcopum ibidem consecrauit, altera die qua consecrauit Fredericū Imperatorem. Qui descendens, venit ad insulam Buzou, alloquens filios suos, & miseriam inuenit. Nam & Falderensis domus post mortem Vicelini, comodi simul & quieti consulens, ad Hammenburgen. Ecclesiam sese transtulerat, postea visitans Archiepiscopū, circa Albiam amicati sunt, & rursus veniens Bremam, aduentauit Ducem, cum quo & Brunsvik natalem Domini celebravit. Deinde in loco cathedrali festum Epiphaniæ acturus, cum Germanæ suo Abbate de Ridda, Geshusen, venit Aldenburg ad urbem penitus desertā, sine mœnibus & habitatore, sed tantum sanctuarium paruum habens, quod Vicelinus ibi erexerat, vt supra cap. 22. officio peracto, valde liberaliter Præbeslaus regulus nos collegit, altera nocte quidem potens dictus Tessemar, vbi in nemore vidimus arbores sacras, Deo Aldenburgen. Prone cōsecratas, quas tamen incendimus, non sine magno metu gentilium Sclauicorum.

CAPIT. XXV.

PROXIMA die dominica ad forum venimus Lubicen. vbi Episcopi sermo fuit ad populum, vt conuerterentur, & Præbeslaus respondit: Pater, tui sumus, tāta sunt vectigalia Ducis similiter & Comitum, q̄ Ecclesias ædificare non possu-

possumus: nec patet nobis locus refugij. Cui Episcopus, Dux & Comes, vobis erunt fauorabiles, suscipite tantum fidem, & baptismum: Respondit Præbeslaus, dentur nobis iura Saxonum in prædiis, & dabimus decimas, & erimus Christiani. Geroldus igitur adiuit Ducem in Erthneburg, & vocatis regulis Slavorum, scil. Nicloto regulo Obotritorum, & Præbeslao, proposuit de fide suscipienda, sed nihil determinatum est, quia camera Ducis vacua fuit, passus damnum in Italia. Sed postea multis diebus mansit Episcopus apud eum in Brunsvick, & fletu Episcopi & prece mollitus, eo quod in Wagira non haberet panem ad edendum, accersit Comitem Adolphum, qui dedit Episcopo Gamale & Vthin, cum omnibus appenditiis eorum, & Buzu prædio adiecit duas villas, scil. Gutefeld, & Wobize. In Aldenberg quoque dedit ei prædium commodum adiacens foro. Et ædificauit Episcopus ciuitatem Vthin, & nusquam clerum habuit præterquam in Cuzilina, idest, Hoyerstorp, quam annuente Duce fecit transmigrare in Zigeberch ad locum primæ foundationis, vt in solemnitatibus Episcopus haberet supplementum ibidem à clero, sed Falderensem Ecclesiam ab Archiepiscopo non potuit recuperare, sed Brunonem presbyterum de Faldera cum licentia Epponis sui præpositi misit Aldenburg qui gratia Dei multos sermone acquisiuit, lucos destruens, & ritus sacrilegos. Castrum & ciuitas vbi olim sedes cathedralis erat, deserta erant. Anno igitur 90. post excidium prioris Ecclesiæ, pontifex Geroldus, in honorem sancti Iohannis Baptistæ, sibi astante Comite Adolpho, cum vxore piissima Mechtilde, ibidem dedicauit ecclesiam, & Bruno maximo feruore de cætero venienti populo prædicauit, & mortuos eorum sepeliuit, & sacramenta ministravit. Et vetauit Comes, ne Sclaui de cætero iurarent in arboribus, fontibus, & lapidibus, sed offerrent criminibus pulsatos, sacerdoti, ferro ac vomeribus examinandos, post hoc in Susle, quæ erat spelunca latronum missus est de domo Falderen. Deylawyn sacerdos, prædicans ibi in siti, frigore & miseria, postea in Luttilinborg, siue Lutkenborg & Rathecow ædificata sunt Ecclesiæ, opæ vicaria, per Comitem & Episcopum. Circa idem tempus ædificauit Comes castrum Plonense, & fecit ibi ciuitatem & forum. Multiplicata sunt etiam Ecclesiæ in terra Polaborum per Henricum Comitem in Racisburg, & Euermodum Episcopum ibidem, à prædis tamen Sclaui prohiberi non poterant Danorum, nam Sweyn Rex Danorum abusus est populo suo ad idem. Ideo malo fine conclusit.

CAPITVLVM XXVI.

His diebus Henricus Dux prædictus recuperauit Ducatum Bauariæ, de quo supra cap. 23. agente hoc Frederico Imperatore in Ratisbona & dictus est de cætero, Henricus Leo, Dux Bauariæ & Saxoniarum. His etiam diebus occidit Waldemarus Sweyn, Regem Daciæ, circa Wiburg, qui Sveyn exulauit, 11. annis in Saxonia, quem reduxit Henricus Leo cum magno exercitu, pecunia conductus, & factus est Waldemarus Rex Daciæ, vir pacificus, & facta est pax & amicitia inter Comitem Adolphum & eum, & cessauit prædicatio. In diebus illis illis, scil. anno Domini supra cap. 24. post principium, Lubek consumpta est incendio, & institores accedentes Ducem Leonem dixerunt: Non vis, vt sit forum in Lubec, & iam depauperati, non valemus ædificia restaurare. Dux igitur accersitum Comitem rogauit Adolphum, vt daret sibi Lubec & portum, qui noluit. Tunc Dux habito concilio cum institoribus, ædificauit ciuitatem nouam super flumine Wakantze, non longe à Lubec, in terra Racisburg, vocans eam Louwenstad à nomine suo, sed non valuit portu nec munimine, ideo finaliter Adolphus Comes victus precibus Ducis Leonis dedit illi insulam Lubec & castrum, ideo statim iubente Duce institores dereliquentes nouam ciuitatem cum gaudio ædificauerunt Ecclesias, & mœnia in Lubec. Et Dux exclamari fecit in Aquilone, scil. Dania, Svedia, Norvvegia, Ruedia vt omnes

omnes venirent in pace ad forum Lubicense, & statuit monetam & telonium & iura ciuitatis honestissima, & prosperatum est opus ciuitatis, & accolæ eius multiplicati sunt.

CAPITVLVM XXVII.

HIS ferme diebus Fredericus Imperator omnes principes Saxonie accersit ad obsidionem Mediolani. Igitur Dux Henricus Leo amicabatur antea exitum suum cum Rege Danorum Woldemaro & Nicloto principe Obotritorum, & cum ceteris, & astrinxit Sclauorum principes præcepto & iuramento, ut Danis & Saxonibus seruarent fidem vsque dum rediret, quod & fecerunt, & iussit ab eis auferri omnes piraticas naues, & perduci Lubek: exceptis quas Sclaui callide sibi retinebant, quia meliores sibi clam retinebant. Et Rex Dacie Woldemarus pactus est dare Duci ultra mille marcas, ut sibi hanc pacem faceret cum Sclauis. Et Comite Adolpho sibi assumpto, suis committens patriam, Dux profectus est in Longobardiam, cum mille ut aiunt loriceis, & uenerunt ad exercitum Imperatoris, obsidentem præsidium nomine Krenun, pertinens Mediolanensibus, munitum valde, quod vix primo anno expugnarunt. Quo facto, Cæsar conuertit ad Mediolanum exercitum suum, & ciuitatem vicit, vi. anno obsidionis, & adæquauit eam solo, Dux vero Henricus rediit in Saxoniam. Et Comes Adolphus cum cognato suo Reynoldo Colonien. Elcō, legatione publica functus ad Regem Angliæ, & contristati sunt propter Comitis absentiam, tam clerus, quam populus noster. Sub his diebus, Wagiorum maiores & Mekelenburg, fregerunt Danis fidem, Episcopus uero Geroldus mitigauit Regem Danorum quantum potuit, vsque ad aduentum Ducis & Comitis. Quibus reuersis, Rex Dacie Woldemarus conquestus est eis in Erthneburg de pace sibi violata, & Sclaui proscripti sunt ibi, dicensque Dux, quod omnes sui essent ad expeditionem parati, tempore mensis, quod audiens Niclotus, proposuit primum irumpere Lubek, incipiendo à domo cuiusdam Niclotus, venerabilis in Lubek, Adelo nomine, qui habitabat ad austrum super Wokinze, & innotuerunt insidiæ missæ sacerdoti, & leuauit pontem cum cathena, & exclusæ sunt insidiæ: & Dux posuit ibidem custodiam militum.

CAPITVLVM XXVIII.

POSTHOC vastauit Henricus Dux omnem terram Sclauorum igne & gladio, & Niclotus præcauens obsidionis periculum, incendit omnia castra sua, scil. Ilo, Mekelenburg, Swerin, Dobin, & mansit in vno castro prope Wernou flumen, circa terram Kicine, quod nunc dicitur Kessyn, circa Rostok ad Orientem. Et quodam tempore exiuit Niclotus cum suis filiis, Prabezlao & Wertizlao, & aliis multis, ad exercitum Ducis morantem circa Mekelenburg, volens de latibus frumentantes occidere, & frumentare volentes, sexceti uenerunt loricati, sub vestibus, quod inconsiderans Niclotus inuasit eos, & circumuentus, ibidem occisus est, & perlatum est caput eius ad exercitum, alij omnes fugerunt, & filij eius succenderunt Werle, occultantes se in nemoribus, familia uero se transtulit ad naues. Dux autem demolitus est omnem terram, & reedificauit ac muniuit Swerin. Postea filij Nicloti inuenerunt gratiam in conspectu Ducis, & dedit eis Werle cum terra circumiacente, scil. Kicinorum & Circipanonorum, terram uero Obotritorum diuisit militibus possidendam, præponens singulis castris fide dignos. Et defuncto Emehardo, Episcopo Magnopolensi, i. Mekelenburg, substituit Dominum Bernonem, dans Ecclesiæ tricentos manfos in dotem, sicut ante fecerat Ecclesiæ Aldenburgen. & Racisburgen. & de quolibet aratro, quod scil. ducebatur duobus bobus, & duobus equis, darentur Episcopis tres modij siliginis & XII. nummi publicæ monetæ. Et obtinuit sibi apud Cæsarem auctoritatem Episcopatus suscitare, dare & confirmare in omni

omni terra Sclauorum, & vt ab eo reciperent dignitates suas, & sibi hominia, id est, homagia facerent.

CAPITVLVM XXIX.

IN diebus illis orientale Sclauiam tenebat Adelbertus Marchio, qui cognomēto dicitur Vrsus, habens terram Brizanorum & Stoderanorum, vsque ad saltū Boemicum, ad quam sensim deficientibus Sclauis, vocauit de Rheno accolas, de Hollandia, Zelandia, Flandria, & Episcopatus Havelbergen. & Brandenburg. aucti sunt vehementer. Anno igitur Christi 1174. ad precēs Geroldi trāstulit Henricus Episcopatum de Aldenburg ad Lubic, quia Aldenburg depauperabatur peccatis exigētibus, & Lubec locus cōmodosior pro Episcopatu, de die in diem ditabatur, & muniebatur, fundato oratorio & 13. præbendis tertiamdecimam pro præposito fundauit, cui nomē Athelo, vel Athelon, & Dux & Comes Adolphus dotarunt Ecclesiam decimis redditib⁹, villis & thelonio, & molēdinis & priuilegiis fulgidis. ¶ His diebus Adriano Papa mortuo, schisma ortum est inter Alexandrum, qui & Rolandus, & Victorem qui & Octauianus, Victori Cæsare adherente, porto cum Ecclesia Hierosolymitana Antiochiam, omnis Francia, Hispania, Anglia, Dacia, & omnia regna, vide etiam lib. 30. Spec. c. 12. & 111. enucliacius. His diebus fuit pax in omni terra Sclauica, Guntzelino regente Obotritorum terram, amico Ducis Henrico, Comite Polaborum, qui vocauit etiam accolas multos de Westfalia, & post eum Bernardus filius ei⁹. Postea filij Nicloti non contenti terra sibi à Duce reddita, & data, vt sup. c. præcedenti, anhelabant ad terram Obotritorū, quam iure belli perdididerant, ideo Dux præuulsat⁹ per Guntzelinum, Præfectum in Svveryn, venit iterum contra eos tēpore hyemali ad Werle, in qua fuit Wertzela⁹ multis cū nobilibus, & obsedit cum Comite Adolpho, at Præbezlaus senior natu latuit in nemoribus, percussurus frumentantes, & vna dierum percussit de Holsatis ceruicosis, contra voluntatem Ducis frumentare volētēs, quia urbani se dabant victos ferme 100. viros. Dux vero capta vrbe duxit Wertzlaum Regulum in Brunsvvik, astringens eum manicis ferreis, vt cognosceret quid Leo fortissimus esset, & ad nullius paueret occursum prouerbiorum xxx. ceterosque dispartiuit per custodias quousque redderent nouissimum quadratē, præposuitque terræ Vetrianum Nicloti fratrem nomine Lubemaram, Præbeslaus autem conabatur educere fratrem de vinculis, sed non potuit.

CAPITVLVM XXX.

EODEM anno post viii. Paschatos infirmatur Gheroldus, Episcopus Lubicensis, vsque ad Kalēdas Iulij, qui rogauit dominū ne moreretur, antequam Ecclesia Lubicensis dedicaretur, & exauditus est, postea de licentia & consensu Ducis & Archiepiscopi, qui tunc simul erāt Stadis siue Staten, præparauit singula necessaria dedicationi. ¶ Veniens igitur Archiepiscopus, in itinere dedicauit Ecclesiam Falderensem, quæ alias dicebatur Wippendorp, quam fundauit Vicelinus, & vocata est ab Archiepiscopo nouum monasterium Nighemunster. Et inde venit Archiepiscopus Zegheberch, deinde Lubek, & gloriose receptus est à Duce & Episcopo. Facta igitur cōsecratione Archiepiscopus petitus, vt daret prædictū nouum monasterium Ecclesiæ Lubicēsi, noluit cōsentire. Et reuersi sunt Episcop⁹ in locum suum, Dux vero in Saxoniam, deinde in Bauariam, Comes vero ad Zygeberch. Geroldus vero sollicite visitaui parochiam suam, dās suis monita salutis, & Plonense forum quod singulis diebus agebatur à Sclauis & Saxonibus stricte prohibuit. Et postquam in Luttilinborg, i. Lutkenborg diuina perfecit, morbum sensit, & perlatus Buzu, siue Buzow, multis diebus lecto decubuit, nunquam tñ missarū solenniis, vsq; ad diem obit⁹ sui defuit, visitatus ab Odone Decano Lubicen. & præposito Zegebergen. Ludolpho cum fratribus vtriusque congregationis, sperans in mortem, gratulanter Deo reddidit spiritum,

T

anno

anno dñi 1162. perlatumq; corpus ei⁹ Lubek, sepultum in medio Basilicæ quam fundauit, sed nunc in nouo choro, sub paruo blauio lapide intra cancellos, eius ossa quiescunt. Sedit annis 14. nescio an simul in Oldenburg & Lubek 14. annis sedit, an solū in Lubek. Post quem 111. Kalēd. Febr. statuit Dux Leo reuersus, Cōradus fratrem & germanū Geroldi, q; tamen nō fuit bene menti Archiepiscopo Hartwico, & toti capitulo Lubicen, sed præualuit Ducis autoritas, & est cōsecratus in Staden. ciuitate per Hardvicū. Pollebat literatura, facundia, affabilitate, largitate, ac multis virtutibus: sed heu mobilis animo fuit, & incertus in promissis, extraneos diligens, suosq; fastidians, clerum vt seruos habuit, bona cleri, sua dicebat, commōitus desuper à Duce, nihil remissius egit, sed alienatus Duci, confederatus Archiepiscopo.

CAPITVLVM XXXI.

CIRCA principium suæ consecrationis tanta inundatio facta est q; quasi omnis terra Fria, Hathelen, Albia & Wirræ summersa fuisset, nam multa millia hominū aquis perierunt. In Mekelenburg etiam Werzelas filius Niclori minor, detētus in vinculis Henrici Leonis: per fratrem suum Præbeslaum occidit oēm masculū in ore gladij, vxoribus & pueris ductis in captiuitatē, deinde venit in Ilo, sed ibi nihil profecit. Quinto igitur die interfectionis venit pōtifex Berno de Suerin in Mekelenburg, & tumulauit ibidē 177. interfectōrū corpora, & Slaui fere interfecissent eum, nisi quidam Richardus venisset de Soltvedel cū militia à casu, & iuuisset eum, exiuit enim vt iuaret Guntzelinū, obsessum in Ilo, & casu venit Mekelēburg. Post nō multo tēpore Præbeslaus cautelose, & minatorie adeptus est castrū in Malachou & Tussyn. His auditis venit Henricus Leo cū Marchione orientali Adelberto cognato suo, & cū fortissimis Saxonix, cū Rege Danorum Woldemaro, qui venit nauigio, & cū Adolpho Comite nostro, & circa Malachou fecit Wertzelaum suspēdio interfici. Deinde venerunt vsq; Demyn quasi ad 11. miliaria, nā ibi cōfederat vniuersus exercitus Slauorum quorum principes Kazemar & Bugislass, & illis pugnantibus, primā aciem perdidērunt Slau, sed heu in 11. ceciderunt Adolph⁹, Comes noster, & Reynaldus, Comes Ditmarchiæ, sed postea ceciderunt de Slauis numerati 11, & 700. & persecutus est eos Dux vsq; ad terrā Pomeranię regionis, ad locū qui dicitur Stolpe, prius tñ incederunt castrum Demyn, & adæquauit vallū castrī solo, & non audebant Slaui ei amplius resistere. Comes Adolph⁹ perlatus est ad sepulcra paterna in Myndē. Comēciam vero tenuit Mechildis relicta eius, cū filio tenello, & immutata est facies terrę nostrę, & quies Ecclesiarū, & posuit Dux tenello tutorē Henricū comitē Turingia natū, auunculum pueri, totū armis deditū, qui Præbeslaum recepit ad gratiam, reddēs ei hereditatem paternā, præter Sueryn, & fecit Præbesla⁹ Duci fidelitatē. Postea cecidit Cōradus Episc. Lubicen. in indignationem ducis propter conpirationem quam habuit cum Hartwico Archiepiscopo. Postea ad instigationem Archiepiscopi mansit 11. annis cum Duce Henrico in Magdeburg, post hoc exulauit à parochia, sed interuentu Imperatoris Frederici redire meruit, & mutatus est aliquantulum in alium virum & Archiepiscopus mortuus est.

CAPITVLVM XXXII.

IN diebus illis Rex Woldemar, cū iuamine Kazemar & Bugislass, principū Pomeranorū & Præbeslai principis Obotritorū, in manu valida obtinuit terram Rugianorum, & destruxit phanū eorum, & simulacrum cōfregit, & locuples ærarium diripuit, & ædificauit Ecclesias, & statuit sacerdotes Dei, adiuuantibus eum Episcopis, sc. Absolon de Rotschilde & Bernone Magnopolen. & sic conuerſi sunt Rugiani ad fidem, anno domini 1168. quamuis tam diu in errore perseverabāt plus omnibus Slauis, erant tamē hospitales, parentes honorantes, nullum sinebant esse egenū inter se, sed oēs fouebant eum, tanquam curā heredis agentes. Seruierunt Regi Danorū post cōuersionem sub tributo, sed post hoc re-

quisiuit Dux Leo medietatem tributi à Rege, & renuit dare, ideo vastauit Dux Daniam, post hoc Rex amicabatur cum Duce, tradens sibi omnia ad voluntatem, & facta est pax vniuersalis per vniuersas terras istas. Et Præbeslaus deposita rebellionē ædificauit vrbes, Mekelenborg, Ilou, Rostok, & multiplicata est religio. Et mandauit Guntzelinus Præfectus castri Sweryn, vt omnes Sclauī vagantes per arua, & omnes tales, propter latrocinia necarentur, & cohibita sunt furta & latrocinia.

SEQUITVR CONTINVTATIO EX GE-
stis Pontificum Lubicensium.

CAPIT. XXXIII.

ISTE Conradus præmemoratus II. Episcopus, cap. 30. & 31. Episcopus II. Lü-
bicen. audito quod Geroldus suus antecessor, vir piissimus dedisset fratribus,
id est, canonicis Lubicen. Ecclesiæ, Ecclesiam forensē, id est, beatæ Virginis
in Lubec cum omnibus suis emolumentis & offertorio. Ipse dedit eisdem Eccle-
siam sancti Petri cum omnibus prouentibus. Hic postea existens in via peregrina-
tionis ad terram sanctam cum Duce Henrico Leone, obiit in ciuitate Surs,
quæ alias dicitur Tyrus, Anno domini 1168. sedit annis sex.

¶ III. Episcopus. Cui successit Henricus Abbas ad sanctum Ægidium in Brunf-
wik, ordinis sancti Benedicti à Capitulo electus, & à Hauelsbergen. Racisber-
gen. & Swerinen. Episcopis in præsentia Ducis Henrici Leonis anno Domini
1168. cōsecratus. Per hunc legitur Ecclesia Lubicen. maior fore dedicata, scil. an-
no dñi 1170. & stat Ecclesia ista ad huc, anno scil. dñi 1477. patet igitur q̄ annis
xvi. post introductionē Gheroldi I. Episcopi Lubicen. Ecclesia maior, quæ nunc
stat, est cōsecrata, in honorē sanctorum Iohannis Baptiste & Nicolai. Stabat igitur
anno domini 1477. annis cccvii. Hic vir magnæ scienciæ & sanctitatis, de Bra-
bãtia natus, facundissim⁹, ante Rector scholarium in Brunfwig. Hic cum Duce
Henrico Leone, & Conrado episcopo, antecessore suo in peregrinatione ad ter-
rã sanctam cōstitutus, in mensa Regis Græcorū cum Græcis disputans, euidentis-
simis ostēdit rationibus ac autoritatibus Spiritū sanctum à Patre & Filio p̄cede-
re: Anastasij, Cyrilli, & aliorum fretus scriptis, & magnificat⁹ est coram cunctis.
Huius tempore Dux Henricus Leo edificare cepit Ecclesiam Lubicen. quæ mo-
do est, in honorē sanctorum Iohannis Baptiste & Nicolai, & cum dicto Hēri-
co primum lapidem posuit, vt supra. Idem Hēricus fundauit monasterium san-
cti Iohannis Euangelistæ, ponens ibi de ordine Benedicti fratres, conferens eis
villas, & decimationes, sed modo translati sunt in Cismariam prope Gropenisse.
Per medium huius Henrici Episcopi, Imperator Fredericus primus, qui cepit
anno dñi 1173. & imperauit annis xxxvii. cum conclusisset ciuitatem Lubicen.
obsidione fortissima ab impugnatione cessauit, donec ciues cōsulentes Ducem
Leonem, eius consensu Cæsari homagium præstiterunt.

CAPIT. XXXIV.

HVIC, crebris vexato febribus, Imperator præmemoratus proprium Physi-
cum ad ciuitatem misit. Sed in eadē infirmitate mortuus est, & in prædicti
monasterij S. Iohannis choro tumula est. Sedit annis xv.

¶ IV. Episcopus. Cui successit Conradus secundus, Episcopus quartus Lubicē-
sis, datus per Fredericum primum ad petitionem Capituli, anno domini 1183. I-
ste fuit cōfirmatus per Episcopū Bremensium sed nunquã consecrat⁹. Nam Adol-
phus Comes sibi aduersatus fuit super aduocatia Vthinen. ideo cū argento, sup-
pellectili & equis optimis, ad Archiepiscopū Bremensē Cifridum conuolauit,
curam Ecclesiæ ei resignans, & clero Lubicen. se minime reuersurum rescripsit.

¶ Anno dñi 1183. Imperator prædictus in Erfordia consistens, volens concordare
Episcop. Moguntinum & Lātgrauium, in quodã deambulatorio, i. sine Laub,
T 2 quod

quod contractum, cecidit in turbidas aquas, & submersi sunt circa centum Comites, Domini & milites, & Imperator vix se retinuit in vna fenestra.

¶ v. Episcopus. Anno domini 1184. Theodericus præpositus in Zegeberch, vir pius iustus, & māsuetus, Episcopus Lubicensis v. successit Cōrado. Nam Archiepiscopus Bremensis Hartwicus, citavit totū capitulum Lubicēse in Hāburg, & ibi pari voto Archiepiscopi & Capituli pōtificatus est, q̄ sibi absenti nunciaturū, lacrymatus cōsentire noluit, exhortatus tñ per Archiepiscopum & Comitē, inuite quasi acquieuit, investiturā recipiens de manu Imperatoris Frederici, de Italia redeuntis. His tēporis Dñs de Mekelenburg, deficientibus Sclavis, in insulā Pole teutonicos incolas collegit, & ne decimā Episcopo darent, eos defendere voluit. In fine tamen Episcopus, domino de Mekelenburg, mediam decimā dedit ob pacem, & sibi mediam dari voluit ab eisdem expedite. Hic sedit annis xxiii.

¶ Anno domini 1187. Papa Vrbanus iii. post Lucium sedit. Post quem Gregorius Octauus cepit, anno scil. domini 1188. Nam Papa Vrban⁹ iii. audito quod Hierusalem esset capta à Sarracenis, in die Vlrici, ex mœrore postea obiit.

CAPITVLVM XXXV.

ANNO domini 1186. ædificatū est per Comitem Adolphum ppe Lubek, monasterium Reyneuelde, per quinque annos, fratrum ordinis Cisterciensium.

¶ Anno domini 1187. Henricus Marchio Brandenburgēsis, filius Ottonis, fundavit Ecclesiam sancti Nicolai in Stendal.

¶ Anno eodem, terra sancta & Hierusalem à Soldano capitur, lib. 30. Speculi c. xli. i. & xli. v. Et tunc proximo anno cepit ordo Fratrum de Hospitali domus Teutonicæ. Vide infra.

¶ Anno domini 1188. obsedit Dux Leo Bardewik, suam ciuitatem, & obtinuit eandem in die Simonis & Iudæ Apostolorū, & crescere cepit & augmentari Lubenburgh ex lapidibus murorum Bardewik.

¶ Eodem anno incepit ordo Fratrum de Hospitali, vt supra, obiitque Gregorius Papa, post quem Clemens iii. post quem Cælestinus, qui cepit anno domini 1191.

¶ Anno domini 1197. obiit Henricus Leo de Brunswick, & reliquit tres filios, scil. Ottonem, qui postea factus Imperator, 1209. & Henricum, Comitem Palæstinum, & Wilhelmum, Ducem Brunsvvicensem.

¶ vi. Episcopus. Bertoldus per Capitulum Lubicense post Theodoricum est pontificatus, vi. Episcopus Lubicen. anno Domini 1211. Hic ob certas incōmoditates, vna cū Capitulo resignavit Burgensibus, Lubicēsis habitationem quā habebat in Oldenlubeke. Hic etiam instituit camerarium perpetuum p̄ canonicis suis, & sibi de redditibus perpetuis, de censibus mensæ Episcopalis p̄uidit. Ædificauit etiam primum molendinum in Vthin. Sedit annis xxiv.

¶ Anno domini 1197. obiit Rex Danorum Kanutus veneno.

¶ Anno domini 1199. obsedit Imperator Philippus Brunsvvik, nec vicit eam.

¶ Eodem anno Dux Waldemarus voluit totam terram Nordalbingorum addere coronæ Danorū, ideo anno 1209. vicit Hāborch, Zegeberch & Raciborch, & cepit Comitem Adolphum, & factus est Rex Danorum post mortem Kanuti fratris sui: Et subiecit sibi Lubicen. Kalend. Septembris, datis tamen eis litteris, quod vterentur priuilegiis prioribus, & hoc anno domini 1209.

CAPITVLVM XXXVI.

NON longe post liberatur Comes Adolphus, ob id præsentata est Regi domus in Louenborch. Et circa idem tempus ædificata est in Liuonia ciuitas Regis. Anno domini 1204. cepit idem Rex Èrtneborch trans Albeam, destruxitque idem, & postea filiam Regis Bohemiæ Margaretam duxit vxorem. Anno Domini 1211. obtinuit Rex Danorum Wolmarus Prussiam, & multas terras à

ras à Duce de Stettyn, & reedificauit Demmyn: Anno Domini 1218. Rex Wolmarus igne consumpsit multas terras, circa stadis in hyeme valida, & Håborch etiam obtinuit, vna cum Comite Alberto, & proximo anno ædificauit idem Comes iussu Regis Trauemunde, collocans ibi turrim firmissimam latericeam. Hoc etiam tempore Lubic murata est in circuitu & valde firmata, & tamé fuit carissima duob^o annis. Anno domini 1218. obiit Otto Imperator, postquam Fredericus secundus imperauit, vt in Speculo lib.

Hoc anno fecit Wolmarus Rex Dacia coronari filium suum Woldemarū in Sleswik in Regem Dacia, & fuit tertius dictus hoc nomine.

¶ Reualia. Anno domini 1223, ædificauit prædict^o Rex in Estlande Reualiam, & subiecit omnes illas terras suæ coronæ. Anno domini 1223. Comes Henricus de Sweryn captos in Dacia reges, Waldemarū & filium eius duxit in Sweryn Iohannis ante portam: & postea in bello obtinuit Comitem Adolphum de Louenborch, & addidit eum regibus vincis, postea reges redempti sunt pro L. milibus marcarum, & iurauerunt, se amplius non venturos in terram Holsatia, & reliquerunt obsides potentes. Anno domini 1227. rotatur Comes Fredericus de Isenborch, vel alias de Altena, quia occidit episcopum Colonensem. Hoc etiam anno moritur sanctus Franciscus. Hoc etiam anno libertati sunt dati Lubicen. postquam xxiv. annis & plus fuerant sub ditione Danorum, vt supra, cap. proximo in fine: missis solemnibus nunciis ad Imperatorem, perpetueque manendo sub imperio, renouatis omnibus priuilegiis per Fredericum II. per auream Bullam, sicut prædictus dotauit eos Henricus Leo de Brunswik, & auus eius Cæsar Fredericus I. & absoluti sunt per Imperatorem ab homagio facto regibus Danicis prius, vide clarius, in cronica Korneris. Et de magna victoria, quam obtinuerunt in Merica circa Bornehouede in die Magdalene contra Wolmarum Danorum Regem, & ideo castro in Lubic Regis destructo, ordinauerunt ibidem monasterium prædicatorum in honorem Magdalene.

CAPITVLVM XXXVII.

¶ VII. Episcopus.

Iohannes de Lubec dictus, Ecclesiæ Lubicensis Decanus, electus est in Episcopum anno domini 1237. Qui mox post suam consecrationem dedicauit Ecclesiam monasterij in Reyneuelde prope Lubec, ad II. miliaria situati. Iste assignauit redditus perpetuos pro pane, vino, & cereuisia in cœna Domini fruendos, sedit annis XII. XXII.

¶ Elisabeth. Anno domini 1239. Sancta Elizabeth vidua moritur in Domino. Multa alia his temporibus facta, vide in Cronica Korneris. Anno domini 1237. Papa Gregorius IX. prædicari mandauit crucem contra Stedingos hæreticos qui Eucharistiam, religiosos & clericos turpissime tractabant. ¶ Anno sequenti Wismaria vrbs terræ Obotritorum fundatur per Ghunzelyn comitem de Swerin, destructo oppido Mikelēburg, anno 47. translati sunt monachi ordinis sancti Benedicti de Lubic ad Cismariam, quam ipsi ædificabant, quia nõ poterant cum ciuitate concordare, vide supra c. xxxiiii. in fine. Eodem anno obiit Episc. Iohannes dictus de Lubic.

CAPITVLVM XXXVII.

¶ VIII. Episcopus.

ALBERTVS Episc. Litonienf. siue Rigenf. in Lubic residens, datus est in tutorem, siue ministrum Ecclesiæ Lubicensi anno domini 1247. Qui sedit per sex annos integros, quibus vacauit Ecclesia Lubicensis post decessum dicti Iohannis de Lubic, quia Canonici de electione non poterant concordare.

¶ Anno eius 20. discordia grauis orta est inter eum, & Iohannem & Gherardum Comites Holsatia super decimis in terra Oldenburg, sed tandem cõcordarunt;

darunt, & Principes fatebatur publice, quod tantum in Lutkenbrode & Grotébrode villis medietas decimarum eos tangeret. Et statuerunt quod de palude Dolghen, usque ad mare de singulis mansis cultis & incultis 4. modiorum decimam puram filiginis dari deberent Episcopo. Insuper dederunt Ecclesie XII. mansos in villa Susslow, cum omni iure & libertate, ibique Episcopus fecit erigi granarium, ad quod precipiebant Comites districte, omnes in terra Oldenburg morantes, ut suas decimas propriis expensis perducerent. ¶ Iste idem Albertus emit medietatem molendini in Svartow pro c. marcis. Nam alia medietas iam fuit Ecclesie. Registro primo quota. 21. Sed nunc totum est ciuitatis Lubicane per viam emptionis, & multa alia bona fecit.

¶ IX. Episcopus. Tandem frater Iohannes de Deyst ordinis Minorum Episcopus Sambienfis, de Brabantia oriundus, translatus est ad petitionem magni principis domini Wilhelmi, Regis Romanorum, cuius fuit Capellanus & Consiliarius de Ecclesia Sambienfi ad Lubicensem per Papam Innocentium 4. anno domini 1274. Magnus Theologus fuit & predicator crucis generalis, prudens & solennis dominus. Hic cessit a diocesi per integrum annum, quia reditus mensae Ecclesie dissipati erant per Comites Holsatie Gherard. & Iohann. Et reuersus plures Ecclesias intus & extra consecrauit, ut sic sustentaretur. Tandem vexationes bonorum Ecclesie, redemit a Comitibus 800. marcas & milibus. Multa quoque bona Ecclesie comparauit. Nouam dignitatem, scilicet cantoriam instaurauit, statuens ut cantor cunctis festiuitatibus cum socio suo in processione baculo argenteo fulcitus incedat, assignans ei certos redditus. Item, libertauit oppidum Vrhin cum iure Lubicen. Plures etiam milites & milites suae diocesis pro suis excessibus fecit nudatos in processione reconciliari. Multa etiam priuilegia vtilia pro Ecclesia impetrauit. Tandem rediens ad Regem Romanorum, obiit circa partes Rheni in Essendia, sepultus in Misia. Sedit annis sex.

Pontifices autem qui sequuntur in ordine suo, habentur infra in locis suis.

¶ Ordo in Prussia.

ANNO Domini 1188. cepit ordo Fratrum de Hospitali domus Teutonice, qui nunc regnat in Prussia & Liuania, & dominantur summis, qui instituti sunt seruire infirmis. Cepit autem tali modo. Quidam ciues vrbium Lubic & Bremæ, existentes in exercitu Christianorum, cum Adolpho Comite Holsatorum in subsidium terrae sancte, videntes plures Teutonicos peregrinos infirmos iacere, in locis diuersis campi, in maximis miseriis, absque cuiuscunque cura, quando scilicet exercitus Christianorum erat in expeditione Accon, cum primo Frederico Imperatore, misericordia moti, acceperunt latum velum de quadam magna nauis, & inde facientes tentorium, collegerunt sub illo infirmos tales, & curam eorum egerunt. Ipsi quoque cum comite Adolpho redeuntibus, commiserunt illud Capellano Frederici Ducis Sueviae, filij Imperatoris tunc nouiter submersi, sci. Frederici primi, & Camerario eiusdem Capellani, qui edificauerunt ibi domicilia & capellam in honorem beatæ Mariæ virginis, domus Teutoniceque illud nominauerunt hospitale beatæ Virginis, quibus plures alij se iunxerunt, captaque vrbe Accon, edificauerunt intra muros eiusdem quoddam templum, & Fredericus Dux Sueviae prae memoratus obtinuit confirmationem illius religionis a Papa Caestino III. per promotionem Imperatoris Henrici VI. fratris sui, unde nominata est religio illa, fratres de hospitali domus Teutonice.

¶ Lubek. Anno Domini 1190. Dux Henricus Leo cum exercitu magno veniens Lubek, ciuitatem recuperauit de manu Imperatoris quam vsurpauit Fredericus primus, ut supra cap. xxxiii. in fine. qui fecit eam imperialem & quod esset

esset caput omnium ciuitatum maritimarum & quod consulares eorum aurum deferre possent, & quod omnes de consulatu essent in concilio Imperatoris in perpetuum, & partem thelonij, à Duce Henrico deputatam, in usum Canoniorum ibidem ratificauit, & hoc per omnia puncta prædicta, sub bulla aurea: anno domini 1182. Sed postquam Leo ciuitatem recuperauit, vt dictum est, amisit eam iterum, anno videlicet domini 1192. quia obtenta est per Dominum Adolphum Comitem Holtstatiæ cui pro laboribus suis Imperator, omnes redditus ei à ciuitate debitos, liberaliter concessit.

¶ Anno domini 1197. Berno Episcopus Mekelenburgensis mutauit titulum, & dictus est primus Episcopus Swerinen. & sedes translata est de Mekelenburg in Syverin, propter tyrannidem Sclauorum.

¶ Lubek. Anno domini 1209. Ciuitas Lubicana aëre ignis facta est ex incendio, absque quinque domibus, à quibus hodie in die vicus ille, quinque domus dicitur.

¶ Anno domini 1209. capta est ciuitas Lubicana, per Waldemarum Ducem Slesuicem. fratrem Regis Danorum, & sic Danis subiecta, eisdem sub tributo seruauit fere viginti tribus annis.

¶ Straleffund. Anno domini 1210. Straleffund condita est per Waldemarum Regem Danorum, secundum quosdam, secundum alios vero à Germaro Rugianorum principe, secundum alios à quodam Duce Pomeranorum.

¶ Prædicatores. Anno domini 1216. confirmatur ordo prædicatorum per Papam Honorium III. ad instantiam sancti Dominici.

¶ Hamburg. Anno domini 1218. Waldemar Rex Danorum cepit ciuitatem Hamburg & dedit eam Alberto Comiti Holsatorum in hereditatem perpetuam, sumens ab eo 700. marcas argenti.

¶ Minores. Anno domini 1221. ordo fratrum Minorum confirmatur ab Honorio III.

¶ Reualia. Anno domini 1223. Reualia ædificata est, vide supra c. xxxvi.

¶ Lubek. Anno domini 1271. media pars vrbis Lubicanæ incinerata est in die Barnabæ, ideo constituit consulatus, vt de cætero domus non de argilla, sed lateribus ædificarentur, & sic Lubek primo facta est latericia.

¶ Anno domini 1273. ciues Lubicen. expugnarunt, ceperunt, ac spoliauerunt ciuitatem Sundensem, innumeros occidetes: Ditiore vero captos, ad Lubicam deduxerunt urbem.

¶ Dartzoyve. Anno domini 1262. ciues Lubicen. freti auxilio Domini Iohannis de Mekelenborg destruxerunt funditus castrum Dartzoyve, & militem dominum castri suspenderunt, quia raptor erat & fautor prædonum.

¶ Comes. Anno eodem ciues Lubicen. Holsatiæ captum tenuerunt in prætorio ciuitatis Iohannem comitem Holsatiæ, quia quendam militem Borchardum Voet, in ciuitate Lubicensi circa puteum in platea lata prope cœmeterium B. Virginis interfecit, qui per manuterium quoddam de fenestra prætorij se submisit ad terram, vbi à suis ad hoc ordinatis ad equum locatus abductus fuit, non sine dissimulatione consulatus.

¶ Albertus Magnus. Anno dñi 1267. floruit Albertus Magnus, sacre Theologiæ Doctor, natione Theutonicus, degens in conuentu Colonien. ordinis prædicatorum, cuius ordinis frater fuit, licet ad tempus erat Episcopus Ratisponen. & corpus eius humatum est in medio chori Fratrum prædicatorum Colonia.

¶ Fredericus. Anno domini 12. Imperator Frederic^o dominium de Brunsvig & Luneburg in principatum & ducatum redegit. Nam antea domini Brunsvicen. se solum Dominos scripserunt, sed tunc in antea nomen Ducis meruerunt.

¶ Wismaria. Anno domini 1266. Wismaria ciuitas quasi ex integro incinerata est, paucis ædibus demptis, in crastino ascensionis domini.

¶ Corpus Christi. Anno domini 1267. institutum est festum gloriosum corporis

ris Christi, per Vrbanum Papam iv. ad petitionē Thomæ de Aquino Doctoris ordinis Prædicatorum, qui tunc floruit.

¶ Iohannes Theutonici. Anno domini 1271. Iohannes Theutonici glossator decreti præpositus sancti Stephani in Halberstad contra Clemētem Papam appellauit propter decimam exactam, propter quod ipsum Papa excōmunicauit, & præpositura spoliavit.

¶ Aristotelis libri. Anno domini 1273. Wilhelmus de Brabantia, ordinis Prædicatorum: transtulit omnes libros Aristotelis de Græco in Latinum, verbū è verbo, qua translatione scholares adhuc hodierna die vtuntur in scholis, ad instantiam sancti Thomæ de Aquino Doctoris.

¶ Magdeborch. Anno domini 1279. Magdeburgen. ciues in conflictu magno siue bello captiuarunt Ottonem Marchionem Misnensem, comite de Arnsteem interfecto.

¶ Canonici expulsi. Anno domini 1280. expulsi sunt per communitatem Lubicen. Episc. Borchardus & Canonici Lubicen. pro eo quia interdictum posuit in ciuitate propter spoliū commissum per fratres minores, qui funus cuiusdā viduæ Rigborch dictæ, de Ecclesia parochiali per missam animarum violenter tulerunt, & causa sedata fuit per sententiā latam per dominū Iacobum de Columnis Cardinalem ex commissione Papæ.

¶ Hamborch. Anno domini 1281. Hamborch ciuitas Holsatiæ vltra mediam partem longe incinerata est, & plures homines vtriusq; sexus in igne perierunt.

¶ Prussia. Anno domini. 1286. Cruciferi de domo Teutonica, à Marchionibus Brandenburg. & Misnen. terram Prussiæ fertilem & populosam pro magna summa pecuniæ emerunt, quia suis metis erat continua. Qui Marchiones dictā terram cum exercitu magno eam intrantes contra Regem Polonia, Rege iam in Polonia interfecto, per ipsos sibi subiecerunt, à cuius tamē terræ impetitione Poloni nunquam nec in præsentī requiescunt.

¶ Sextus decretalis. Anno domini 1299. Bonifacius viii. Papa librum sextum decretalium publicari fecit.

¶ Lubēke. Anno domini 1299. orta est discordia grauis inter Borchardum Episcopum & Capitulum ex vna, & cōsulatū ciuitatis Lubicen. parte ex altera, propter prata, māsos, aquas & nemora loci, vbi antiqua ciuitas Lubicana iacuerat. Communitas autem canonicos expulerunt, & curias eorum fregerunt, & eas spoliauerunt.

¶ Lubeke. Anno domini 1308. Episcopus Lubicen. & Canonici sui concordati sunt cum cōsulatu vrbis prædictæ, & cum fratribus ordinum Prædicatorum & Minorum.

¶ Templarij. Anno domini 1309. capti fuerunt Templarij vbiq; in regno Fræciæ & Angliæ, & ordo ille totaliter destructus est.

¶ Vthin. Anno domini 1310. fundatur Ecclesia Vthin. & in collegiatam Ecclesiam erigitur cum Canonicis & præbendis.

¶ Quarta. Anno domini 1311. Canonici Lubicen. obtinuerunt sententiā arbitralem in causa quartæ latam contra Prædicatores & Minores in curia Romana.

¶ Ortus rosarum. Anno domini 1317. Rex Danorum Ericus in campo spaciofo & plano Ortus rosarum dicto prope Rostok maximam & multum solemnem tenuit curiam cum multis principibus & dominis terrarum spiritualib⁹ & secularibus, in tanta copia vt præter equites vulgariū populorum & pedites vniusque sexus pene innumerabilium, galeatorum sexmillia & .Dc. fuisse referuntur, vbi maxima fuit solennitas in torneamentis, hastiludiis, choreis, & cōtuberniis, ita quod lingua humana vix explicari sufficit.

¶ Infantuli. ccc. & LXIV. Anno domini 1313. Comitissa Hollandiæ Margareta peperit simul eodem tempore, ccc. & LXIV. infantulos omnes viuos, perfectas & integras hominum effigies, & plena membra habentes, tam exiguos, sicut

sicut polipos, & omnes viui per aquæ asperisionem baptisati sunt. Et dicitur hoc accidisse, quia vxori culusdam militis crimen adulterij imposuit, cum duos enixa erat paruulos, dicens, se reputare tam possibile mulierem posse ex vno patre ii. pueros simul concipere, sicut se posse simul concipere tot fœtus, quot dies sunt vnus anni, & ideo tot postea concepit & enixa est.

¶ Anno eodem sedatz sunt inimicitiz inter regem Daciæ & ciuitates Sclauicas. Eodem anno post Pascha canonisatus est Cælestinus Auinione, qui resignauit papatui ante Bonifacium. ¶ Eodem tempore apparuit Cometa versus Occidentem ab Auinione per quindenam. Non longe post imperator Henricus assumptionis Mariæ per cōfessorem suum, ordine Prædicatorem, communicans in hostia intoxicatur, nomine Bernardum, & Bartholomæi moritur, & in Pifa sepelitur cum maximo populi planctu, quidam tamen dicebant Papam non doluisse mortem eius, quamuis factò sermone per Papam eum commendauit.

¶ Lubeke. Anno domini 1314. canonici Lubicen. ad curias suas reuersi sunt, concordati cum ciuitate. Eodem anno Papa Clemens quintus moritur.

¶ Liuania. Anno domini 1317. caristia magna fuit in Liuania, & multi præ fame mortui sunt. Eodem anno Comes Adolphus occiditur in lecto suo in Zegeberch, de mane circa Comitissam, quæ fuit filia fratris Ducis Magnopolensis.

¶ Rex Daciæ. Anno domini 1318. Ignauus Rex Daciæ Birger, ambos fratres suos Duces Erik & Wolmer, in Lincoping in Swecia, inuitatos amicabiliter ad luel in festo natiuitatis Christi incipauit, & antefestum Epiphaniæ Duces prædictos fame occidit, sed non impune.

¶ Thomas de Aquino. Anno domini 1323. 17. Kalend. Augusti sanctus Thomas de Aquino, de ordine Prædicatorum canonisatur, 70. anno post mortem suam, à Iohanne Papa xxii. in Auinione, anno papatus eius septimo. Et Albertus Magnus, magister sancti Thomæ de Aquino fuit.

¶ Ribbenitze. Anno domini 1319. fundatum est monasterium Sciuonialium in Ribbenitze.

¶ Clementinas. Anno domini 1320. Iohannes Papa xxii. publicauit Clementinas.

¶ Ditmarcia. Anno domini 1322. Gerhardus & Iohannes Comites Holfatorum cum manu forti & magno exercitu intrauerunt Ditmarciam, & ambo illi principes cum multis Baronibus & Nõbilibus ibi interfesti sunt, ita quod ultra 2000. perierunt.

¶ Rostok. Anno eodem Rex Daciæ Christophorus concessit ciuitatem Rostoken. Henrico Domino de Miklenborch iure hæreditario perpetuo possidendam.

¶ Nouella super decreta. Anno domini 1323. Dominus Iohannes Andreas Bononiæ in suis scholis publicauit Nouellã super decretales, & superuixit post hoc xv. annis, & defunctus est.

¶ Magdeburg. Anno domini 1327. ciues Magdeburgen. Episcopum suum Dominum Borchardum, virum nobilem, castum, sobrium & prudentem, & per omnia virum sanctum, in propria ciuitate contra mandatum de pace & amicitia perpetua crudeliter multum cum claua quadam sceleratissime interemerunt, propter defensionem iurium Ecclesiæ suæ, cuius Epithaphij superscriptio talis est. Hic iacet omnis homo, quidquid virtutis in illis particulariter fuit, hoc simul huius erat.

¶ Pestilentia. Anno domini 1348. & per aliquot annos pestilẽtia magna, quæ vulgariter mors magna appellabatur, vniuersum mundum depopulata est, ita quod anno domini 1370. venit in Teutoniam & omnes eius prouincias, Bauriam, Sueuiam, Franconiam, &c. Ita quod vbique luctus erant, & lacrymæ, & relinquebantur domus desertæ habitatoribus, solis catulis domus seruantibus,

& pecora manserunt in pascuis, nullo astante pastore: Fugiebant filij cadauera parentum insepultorum, & quis funeri obsequium præbebat, ipsum funus sine obsequio manebat. In Lubeke in peste obierunt 9000. hominum. Tanta enim copia hominum ibi erat, vt ciuitatem ampliari proponebant, & à vesperis primis sancti Laurentij vsque ad 11. vespas obierunt in Lubeke mille & 700. homines.

¶ **Carolus.** Anno eodem mortuo domino Lodevvico Imperatore, in discordia electi sunt Wenzlaus, qui post electionem vocatus est Carolus iv. & Ghunterus Comes de Svartzeburg, qui cum obsedisset ciuitatem Frankforden. 6. mensibus, intoxicatus interiit. Et sic concorditer eligebatur Carolus iv. Certificatus tamen fuit dictus Comes de certis censibus, quos receperunt adhuc sui heredes; & regnum Carolo in vita resignauit, & ipsum Regem salutauit.

¶ **Magnopolen.** Anno domini 1349. Dominus Carolus iv. in Praga Albertú & Iohannem, Dominos Magnopolen. in Duces cum magna solennitate sublimauit, & sic titulum nouum eis creauit, de dominis Duces faciendo.

¶ **Compania.** Anno domini 1370. surrexit illa grandis compania ex Teutonicis collecta Cruciferorum siue Flagellatorum, quia seipfos flagellauerunt, &c.

¶ **Henneberg.** Anno domini 1340. Bartoldus Comes de Henneberg impetrauit ab Imperatore Lodovvico Lubicen. auctoritatem faciendi auream monetam sub bulla aurea Imperatoriæ maiestatis.

¶ **Lubeke.** Anno domini 1360. Consistorium vrbis Lubicen. in toto combustum est per negligentiam illorum qui pulueres pro bombardis parabant.

¶ **Wittenborg.** Anno domini 1361. Dominus Iohannes Wittéborg proconsul Lubicen. per 11. annos in carceribus tentus decollatus est, quia cum ipse capitaneus esset exercitus Lubicen. ad Daciam, ciuitates Cogones sex maiores perdiderunt, quos Rex Woldemarus eis abstulit, quod factum sibi impingebatur.

¶ **Albertus Rex.** Anno domini 1362. Albertus filius Alberti Ducis Magnopolen. coronatus est in Regem Svveciæ, magno Rege Svveciæ deposito propter pacta non seruata Iohanni comiti Holtzatorum sub amissione regni.

¶ **Anno domini 1367.** Scholaris quidam in ciuitate Lubicen. in hospitio quodam receptus, in platea molendinaria, dormiuit per integrum septennium, ita fortiter quod suscitari non potuit, sed postea euigilans, superuixit multis annis.

¶ **Hildensem.** Anno domini 1367. Episcopus Hildensem. Gerhardus captiuauit in bello (à Virgine gloriosa victoriam obtinens, cuius imaginem in collo gessit) Ottonem, de Brunsvik Ducem Theodericum Archiepiscopum Magdeburgen. & Albertum Episcopum Halberstaden. qui cum esset doctor Parisien. magnam fecit loycam ad populum, ad quem fertur Episcopus Hildensem. (cum ipse esset Rethoricus, dum eum in cippo haberet) dixisse; iam rethorica vicit logicam garrulam.

¶ **Lubicen.** Anno eodem Lubicen. magnam guerram habentes cum nobilibus de terra Holtzatorum dictis, de Bokvvolde, eos de terra deiecissent & exterminassent, nisi tandem compositio amicabile interuenisset, demoliti tamen sunt plures ipsorum munitiones Widdole, Henningkstoppe, Snikrede, Svvinckule, Stonekamp, & Røtkerstoppe.

¶ **Schanca.** Anno domini 1369. Ciuitates de Hansa potenter fugarunt Woldemarum regem de regno suo, & Daciam fortiter impugnaverunt. Capto autem castro Kopenhagen cum pluribus aliis, nobiles regni dederunt ciuitatibus terram Schaniæ cum omni iure & obuentionibus per xvi. annos, quibus effluxis, redire deberet libere regnum ad regem, in recompensationem damni mercatoribus illati.

¶ **Brutzcow.** Anno eodem Nicolaus Brutzcow ob certas literas contra ipsum scri-

scriptas, in Ecclesia beatæ Mariæ virginis Lubicen. in choro, interfecit dominum Bernhardum Oldenborch consulem, & alios duos vulneravit. Qui apprehensus, rotatus est, & in quatuor partes diuisus, & super rotas quatuor positus, secundum quatuor ciuitatis portas.

¶ Luneburgen. Anno domini 1371. ciues Luneburgen. in vigilia purificationis Mariæ, ceperunt castrum illud fortissimum, quod erat in monte statim ante Luneburg, intrantes quasi oraturi & vesperas audituri, & sub mantellis arma ferentes: Et castro capto, incontinenti illud fregerunt & destruxerunt: Monachis vero dederunt locum in ciuitate, & ibidem eis monasterium nouum ædificauerunt, vbi adhuc hodie situm est.

¶ Luneburg. Anno eodem Dominus Iohānes de Homberg Baro & Sifridus de Salderen nobilis, cum septingentis armatis, cum scalis ad hoc aptis, in nocte vndecim millium Virginum, per murum intrauit Luneburg, vbi omnes erant capti & interfecti, & plures postea decollati. Dominus enim de Homberg captus fuit, Sifridus autem de Salderen interfectus est, & quam plures alij nobilitates.

¶ Magnopolen. Anno eodem Albertus, Dux Magnopolen. bellum durum habuit cum Duce de Wolegost, id est, Wolgast, & cum Duce Stetinensi prope villam Damgarde, & Dux Albertus cepit duos prædictos cum multis nobilibus: Eteodem tempore ab alia parte terræ Magnopolen. obtinuit magnum bellum contra Magnum ducem Brunswicen. ita quod Dux Magnus vix euasit, omnibus suis victis & captis, aut interfectis, & capti sunt ibidem inter ceteros, duo Comites de Deffhold.

¶ Bremen. Anno domini 1376. Albertus Archiepiscopus Bremen. frater Ducis Magni de Brunswik accusatur per Iohannem de Cesteruel, decanum suum tanquam hermophrodita, habens vtriusque sexus genitalia, & quod mulieribus vtatur ad libitum. Ob hanc causam examinatus primo in Hamborch: præsentibus multis prælatis & nobilibus. Sed quia aduersarij dixerunt examinationem non factam, via & ordine iuris seruatis. Ideo examinatus secundo in vrbe Sunden. & Osilien. Episcopis, & inuentus est innocens.

¶ Karolus. Anno eodem Imperator Karolus 4. sequenti die xi. millium virginum intrauit cum conthorali sua Imperatrice ciuitatem Lubicen. cum magna comitatiua principum, cū Archiepiscopo Colonien. Duce Magnopolen. Duce Luneborgen. Marchione Brandenborgen. Wilhelmo Marchione Misnen. Iodoco Marchione Morauia, Comitibus Holsatia, ac pluribus aliis Baronibus, militibus & militaribus, & cum maxima solennitate receptus est, & mansit ibi per x. dies, & hospitium cepit in domo angulari plateæ beati Iohannis quæ est Domicellorum de Dartzow dictorum, & deducti sunt ibi dies illi in latuitia magna & solennitate mirabili.

¶ Erford. Anno domini 1377. Carolus Imperator cum Wilhelmo Marchione Misnia & aliis comitibus multis & nobilibus obsedit urbem Erforden. habens in suo exercitu xl. millia armatorum, sed ciuitati nihil nocuerunt, licet villas & vineta circumquaque destruxerunt, Adolpho de Nassouwe postularo Moguntino, in vrbe exeunte contra Lodowicū fratrem Marchionis Wilhelmi, cui Papa Gregorius de Archiepiscopatu prouiderat.

¶ Ventus. Anno eodem in nocte Brichtij tam vehemens fuit ventus vt tectum cum tignis & regulis cum magna pecia plumbi de turri sancti Iacobi transferret ad cœmiterium sancti Spiritus in vrbe Lubicen.

¶ Schisma. Anno domini 1380. Urbanus 6. Papa arctans & restringens lenitates cardinalium eos contra se incitauit, in tantū quod ab eo recesserunt, & in Magina se transtulerunt, vbi alium in Antipapam elegerunt, quendam Robertum Gebenen. tit. Sanctorum Apostolorum Cardinalem, quem Clementem vii. nominauerunt, & sic incepit illud periculosum schisma, quod durauit vsq; ad annum 1417. inclusiue.

¶ Wenzlaus. Anno eodem obiit Carolus IV. Imperator, & incepit regnare Wenzlaus filius eius, qui regnavit annis XXI.

¶ Venetia. Anno eodem Lodowicus Rex Vngariæ vallavit urbem Venetiarum, & ciues cum auxilio Ducis Austriæ & ciuium Ianuensium in tantum angariavit, ut omni mense stipendiariis suis darent c. millia Ducatorum, & quod mutarent sigillum suum, ne amplius scriberent se Dominos maris, & quod sibi traderent Theruisium & Marchiam, & ultra soluerent omnes expensas suas & suorum ibidem factas, & libenter se subdidissent subiectioni suæ ad tempus vitæ suæ.

¶ Lubcke. Anno domini 1383. cum adolescens quidam in Lubek ad suspendium duceretur, imago sanctæ crucis coram qua orabat, ipso ab oratione surgente, erexit caput quod brachio habebat apodiatum, & post tergum suspendendi respexit, in loco ubi adhuc hodie capella parua in honore sanctæ crucis ædificata est.

¶ Magdeborch. Anno eodem Lodovicus Archiepiscopus Magdeburgen. frater Wilhelmi Marchionis Misnen. cum in oppido Kaluen cum pulcris dominabus per totam diem vsque ad medium noctis chorifasset, gradus cõsistorij cadere ceperunt, & sic ipse cum vna volens fugere, cadens de gradibus cum illa. fractis cervicibus mortuus est.

¶ Wilsnaco. Anno domini 1484. primo incepit concursus de omnibus fere Christianitatis partibus in Wilsnaco villa terræ Prignitz, propter hostiam quãdam sanguinolentam post incinerationem dictæ villæ & Ecclesiæ eius ibidem repertam.

¶ Lubcke. Anno domini 1387. quidam mechanici pessimi traditores in nocte sancti Lamberti tradere proponebant certis Holsatis Lubicen. ciuitatē, & cum eorum auxilio totum consulum interficere, & domus omnium mercatorum & domicellorum spoliare. Sed traditione illa periculossissima, per reuelationem vnus probi viri cum ipsa manifeste fuit prodita & in noticiam cõsulatus deducta, plures de ipsis traditoribus captiuati sunt, aliqui rotati, aliqui decollati, & multi de ciuitate bāniti. Et traditorum capitanei fuerunt quidam Henricus Paternostermeker, eiusdem officij, Arnoldus Fynnige Barifex, in cuius domo practicata fuit, Iohannes Caleveld, & Hermānus de Mynda pistores, qui Iohānes ante rotationem, stans in foro Lubicen. totam seriem prodicionis coram cuncto populo edixit, cunctis stupentibus.

¶ Lubek. Anno domini 1386. Quidam Detleuus Godendorp Holsatus, insidias posuit stipendiariis, & interfecit Heinonem Scarpenberch, aduocatum stipendiatorum, & aduocatum in Molne, & alios plures, sepultos in Ecclesia sancti Iacobi. Sed anno II. sequenti idem Detleuus per stipendiarios Lubicen. interficitur, & minutatim articulatur, in cœmiterio vno villæ suæ. ¶ Eodem anno Lippoldus Dux Austriæ cum 18. principibus interfectus est à Swiceris, habentibus 30. milia armatorum.

¶ Anno eodem XII. cæci loricati, in foro Lubicen. ad hoc asseribus aprato, cū clavis volentes interficere porcum, se mutuo mirabiliter verberando inuaserrunt, iocosum hominibus faciendo spectaculum. Sed tandem ad informationem vnus de illis, clavis positus ad vnum angulum, manibus porcum apprehēderunt, & sic tandem interfecerunt.

¶ Sleswik. Anno eodem Margareta relicta Haquini regis Norwegiæ & filia Waldemari regis Danorum, concessit comitibus Holsatiæ & suis successoribus ducatum Slesvicen. iure hereditario, dum tamen infeudationem à regno reciperent modo debito, & euocati sibi seruirent, & eandem concessionem anno domini 1388. in magno conuentu principum in Nuburg regni Danorum innotauit & confirmauit.

¶ Anno domini 1388. Margareta Daciæ & Norvvegiæ Regina, in bello cepit Albertum Regem Syveciæ, per capitaneum exercitus sui Henricum Parovv
mili-

militem, qui ibidem interfectus est, & filium regis Alberti Ericum, quos per septennium tenuit captiuos, aliis principibus captis, pro pecunia redemptis.

¶ Anno dñi 1390. Bonifacius IX. festum visitationis Mariæ celebrandum instituit cum indulgentiis concessis festo corporis Christi per Urbanum IV. ¶ Eodē anno Brigitta vidua de regno Sueorum orta, à Bonifacio canonisatur, sepulta in Wasteen monasterio, quod propriis sumptibus construxerat.

¶ Anno domini 1391. Lubicen. fossatum nouum valde sumptuosum fieri fecerunt inter Molne & flumen, de Linovve dictum, per quod naues possunt transire de Luneburg vsque Lubeke.

¶ Erford. Anno dñi 1392. incepit vniuersitas studij Erforden. in Turingia, confirmata per Bonifacium IX. ¶ Anno domini 1393. Wenzlaus Rex Romanorum & Bohemiæ captus est à nobilibus regni cum consilio fratris sui Sigismundi, & in castro Pragen. tentus, sed statim per fratrem suū Iohannē, Ducem de Gorlitze, colligentem fortem exercitum, & vrgentem nobiles regni ad dimittendum fratrem, liberatus est. ¶ Anno dñi 1394. VII. magnæ naues WisMarien. & Rostokcen. in mari glacie totaliter cinctæ ne de loco moveri possent, viriliter & ingeniose se defenderunt ad multa tempora, contra exercitum Danorum, donec glacies resoluere. ¶ Anno 1397. liberatus fuit à captiuitate Albertus Rex Sueorum, captus à Regina Daciæ sub hoc pacto, vt infra III. annos omnino cum regina concordaret, aut ciuitates eum & filium suum personaliter restitueret, vel pro eò LX. millia marcarum argenti soluerent, pro qua promissione ciuitates receperunt in pign^o vrbem Stokholmensem, & castrum eius, & ad ipsum pertinentia: quam vrbem postea Regina resignauit, & sic in toto liberatus est.

¶ Colonia. Anno dñi 1396. Colonien. ciues deposuerunt prorsus tam cōsulatū latum q̄ strictum ppter discōrdias, quas inter se periculosas habebant, & elegerunt nouum cōsulatum, & regimen ordinauerunt prout hodie ibidem seruatur.

¶ Vngaria. Anno eodem Turcæ triumphum obtinuerunt cōtra Regem Sigismundum Vngarorum propter superbiam principum Franciæ, quorum plures erant cum eo in prælio, & quasi flos de Francia ibi interiit, & captus est ibi Philippus Dux Burgundiæ.

¶ Arnsboken. Anno domini 1398. inceptum est monasterium Carthusien. in Arnsboken prope Lubek, & statim post eodem anno inceptū est monasterium Carthusien. prope Rostok. Anno eodem Comes virtutum dominus Ioannes Mediolanen. factus est Dux à Wenzlao rege Romanorum.

¶ Anglia. Anno domini 1399. Henricus Dux Lācastriæ patruus Richardi regis Angliæ, captiuauit ipsum regem, pacis Zelatorem, victoriosum, & in omnibus bonum, ac ipsum post paucos dies crudeliter strangulauit, & se in regem eligi procurauit. ¶ Anno eodē multitudo magna LXXX. millia hominum apparuit in Italia albis vestibus induta, in qua erant Episcopi, prælati, abbates, & alij plures, comites, barones, &c. & nuncupata est grandis compahia. Hi vitia hominum redarguebant, & promiserunt neminem de sua societate in epidemia moriturum, quæ tunc in illis partibus sæuiebat.

¶ Anno eodem, deposito Rege Wenzlao ob desidiam, negligentiam & inordinatam vitam suam, electus est in locum eius in Regem Rupertus Dux Bauariæ & comes Rheni.

¶ Fredericus. Anno domini 1400. Fredericus Dux Brunsvvicen. princeps pacis, verbo verax & hominibus affabilis interfectus est in vigilia Pentecostes prope Frislariam, dum esset in via ad visitandum nouum Regem Romanorum, gladio Frederici de Hertigeshusen, militis. ¶ Anno eodem Baltasar domin^o Slavorum villam Wislo prope siluam Sverin incinerauit, atq; vaccas vrbis Lubicen. absque resistantia abduxit.

¶ Praga. Anno domini 1401. Wilhelmus Monocul^o Marchio Misnen. & filij fratris sui Fredericus & Wilhelmus vrbem Pragen. cum maximo exercitu obsederunt, & damna non modica eidem intulerunt.

- ¶ Lubic. Anno eodem Baltazar dñs Slauorum & Barnham Dux de Wolgast cum cccc. lanceis uenerunt, prope Lubek, & incenderunt tabernam S. Christophori, sed ad ciuitatem fama ueniente, manus ciuium uix euaserunt per claustra domini Erici ducis de Louenborg, non tamen sine amissione plurimorum de suis, & dominus Barnham vulneratus fuit, licet non lethaliter.
- ¶ Hamburg. Anno domini 1402. Hamborgen. decapitauerunt plures piratas, scilicet Wigboldum Godfridū, Michaelē Stortebeker cum suis cōplicitibus. ¶ Anno eodem Margareta Regina trium regnorum cremari fecit publice in Valsterbode, quendam qui se dixit filium suum Olauum. ¶ Anno eodem Lubicen. cremauerunt quēdam fratrem Wilhelmum, qui albis uestibus indutus pro Apostolo se gessit, qui diuersis erroribus & hæresibus infectus fuit.
- ¶ Wismaria. Anno domini 1403. Wismarien. quendam militem dictum Iohan Goer, de ducatu Magnopolen. in patibulum cōmune suspenderunt, quia uxore Iohannis Schelp ciuis rapuit, & cum multis clenodiis abduxit. ¶ Anno domini 1404. Gherardus Dux de Sleswik & Comes Holtstatiæ cum 700. armatis intrauerunt Ditmarciam, & omnes ibi interfecti sunt.
- ¶ Anno domini 1407. Dux Hæricus de Brunsvvlg & Luneborch captus à Bernardo domino de Lippia & ualde inhumaniter ab eodem tentus, qui postea pro sui liberatione fideiussores dando centum millia florenorum Rhenen. promisit, sed liberatus, nihil soluit, multaq; damna Domino de Lippia intulit, & se à iuramento absolui fecit. Quidam tamen sui fideiussores soluerunt xv. millia florenorum.
- ¶ Sunden. Anno dñi 1407. in die Hieronymi Sunden. ligauerunt iii. honestos presbyteros ad scalas iii. & eos in ignem proiecerunt & cremauerunt, propria temeritate in nouo foro dicti oppidi, per baiulatores vrbs prædictæ.
- ¶ Lubeke. Anno dñi 1408. expulsi sunt p̄ communitatē vrbs Lubicen. iv. eorū procōsules & cōsulatus p̄ maiori parte, & elegit cōmunitas nouum cōsulatum, partim de mercatoribus, & partim de mechanicis, & de anno in annum cōsulatum innouauerunt.
- ¶ Leodien. Anno eodem Leodien. habētes bellum cū Iohāne, electo Leodien. duce Bauariæ, perdiderunt in bello illo xxxvi. millia, qui ibi interfecti fuerunt, ubi etiam interfectus est Dñs de Parvitzze, cum patre suo, qui intrusus fuit contra Iohānem prædictū. ¶ Anno eodē Cardinales utriusq; obediē. scilicet Gregorij xii. qui & Angelus de Corario dictus est, & Benedicti xiii. qui & Petrus de Luna dictus est, cōuocarunt concilium generale in vrbe Pisana, ubi citauerunt tã Gregorium quam Benedictum, quibus nō comparētibus, eos deposuerunt, & elegerunt ibidē quendam Petrum de Cādia, quem Alexādrum v. nominauerunt, qui statim post annū decessit, & tūc elegerunt Iohānem xxii. qui & Baltasar de Cōssa dictus est, & sic habebatur tunc schisma de tribus obediētibus.
- ¶ Anno domini 1409. erecta est vniuersitas Lipsensis, de Magistris Pragen per Fredericum Marchionem Misnen. & postea ducem Saxonie.
- ¶ Anno eodem dux Ericus de Louēburg cepit Molne, & oppidum incinerauit.
- ¶ Anno eodem Wismarien. & Rostokcen. deposito cōsulatu suo, nouos cōsules creauerunt, per omnia ad instar Lubicen.
- ¶ Anno dñi 1411. Magister Prussie commisit bellum cum Rege Polonorum, qui intrauit terrā Prussie cum magna multitudine paganorum Lituanoꝝ, & Christianoꝝ, fretus auxilio Ducis Vitoldi, sed Magister Prussie succubuit, & fratres ordinis sui, & plures alij de exercitu suo interempti sunt.
- ¶ Anno dñi 1412. obiit Margareta Regina iii. regnorum relicto Erico duce Pomeranorum, quem in uita sua in filium adoptiuum assumpsit, & in regem iii. regnorum coronari fecit, & obiit die iv. Nouembris.
- ¶ Anno Dñi 1413. igne cōsumptum est refectorium maioris Ecclesie Lubicen.
- ¶ Eodem anno Iohānes Papa xxiii. expulsus est de Roma per regem Neapolitanum, cum maximo damno & detrimēto curtisanorum. ¶ Anno eodem incipit

ptum fuit monasterium sanctæ Brigittæ prope Molne in Ducatu Louenburgen.

¶ Anno eodē obiit Rupertus Rex Romanus, & electus est in regem Romanorū Sigismundus Rex Vngariæ, filius Caroli iv. Imperatoris.

¶ Anno domini 1414. inceptum est Cōcilium generale in Constantia pro vniōne faciēda in festo omnium Sanctorum, vbi conuenerunt Iohannes Papa, & Cardinales sui, cum multis Episcopis, & prælati, similiter & Rex Sigismundus, cum multis principibus & dominis, & fuerunt in eodem Concilio Constantien. simul & eodem tempore 30. millia. 800. & xl. personæ curtisanorum.

¶ Anno domini 1417. Ericus Rex Danorum, ciues Lubicen. fere cccc. pro captura halecum in Scania exeuntes, captiuauit, & bona eorum ibidem arrestauit.

¶ Anno domini 1416. combustus est Cōstantiæ hæresiarcha Iohānes Hufz, Bohemus, resuscitans hæresim Iohannis Wicleff, plures articulos addendo. ¶ Anno eodem Stephan^o Rex Portugalliæ, cepit magnam illam Sarracenorum ciuitatem Seps, cum notabili Dei adiutorio & prodigioso. ¶ Anno eodē decapitati sunt per cōmunitatem Lubicen. Hermānus Rubow pistor, & Heyne Sobbe, aurifaber, & plures alij de ciuitate expulsi, pro eo quod fecerunt conuentiones cōtra prohibitionem regalium nunciorum sub pœna capitis hoc prohibētium.

¶ Anno eodem III. feria post Trinitatis, Cōsulares Lubicen. dudum expulsi, cū honore sunt reintroducti, & in locū & honorem pristinū quibus iniuriose priuati fuerāt integraliter repositi. ¶ Anno dñi 1417. in crastino Simonis & Iudæ, comes de Regensteen captus est prope oppidum Zorbeke, per Fredericum ducē Misnen. qui postea cū præsentauit Episcopo Merseburgen. cui^o terram idem comes deprædauerat, interim q̄ erat in Cōstantia ex parte dicti Ducis. ¶ Anno eodē, renūciante Gregorio xii. & depositis Benedicto xiii. & Iohanne xxiii. intrātes cōclauē in Cōstantia cardinales omnium obedientiarū, numero xxv. adiūctis sibi de qualibet natione v. elegerūt cōcorditer in vnicū pastorem Ottonē de Columna qui Martin^o v. dictus est, quia in die Martini cōsecratus, & sedit annis 14.

¶ Anno eodem Marchio Brandenburgen. Fredericus cepit castrum Plavve cū pluribus aliis castris, & expulit Teodericū Quitzo raptorem, & totaliter de Marchia fugauit.

¶ Anno dñi 1418. Comes Sabaudia factus est Dux in concilio Constan. per Sigismundū regem Romanorū. ¶ Anno eodē capta est vrbs Parisien. per exercitū Ducis Burgundiæ, qui personaliter erat apud regē Sigismundū in Constantia, & cepit ciuitatē per traditionem & auxilium carnificū vrbis, & capta est in die Barnabæ, & interfecti sunt illo die Doctorū, Magistrorum & scholarium numer^o magnus, cū pluribus Episcopis & prælati, & interfectus est Comes de Armiaco capitane^o regis, qui per iii. iacuit in platea inhumat^o, & interfecti sunt in ciuitate, viri & mulieres sine numero, vrbem defendere saragentes. ¶ Anno eodē rex Sigismundus in Wratislavia xvi. ciues fecit decapitari, eo quod cōsulatum suum crudeliter trucidarunt, & plures proseripsit.

¶ Anno dñi 1419. Philippus Dux Burgundiæ interfectus est in castro Delphini, in conspectu eius, licet statim ante, pacē inter se confirmarunt, hostiam in signū perpetuæ vniōnis & pacis in duas simul sumpserunt. ¶ Anno eodem Baltazar olim Papa Ioh. 23. à captiuitate dimissus est, & Papam Martinū in Florētia ad gratiam receptus, & in Episcopum & Cardinalē creatus. ¶ Anno eodem vniuersitas Rostokcen. fundata & incepta est. ¶ Anno eodem dñs Iohānes Dulman Doctor Decretorum Episc. Lubicen. obiit, in cuius locum electus est dñs Iohannes Schele. ¶ Anno eodem Ericus rex Dacia potenter intrans insulam Imbria, totam terram deuastauit, interfectis pluribus viris, presbyteris & mulieribus, mulieres multæ abductæ sunt, & magna crudelitas facta est, ita quod solæ vetulæ relictae sunt intactæ. ¶ Anno Lubicen. & Hamburgem. cum 800. equestribus & 11. millibus pedestribus, obsederunt castrum Bergerdorppe, & fortiter expugnaerunt, & oppidum ceperunt, similiter & castellum Ribeburg circa festum vii. fratrum, & Ericum Ducem de Louenburg, ad suam voluntatem compulerunt.

¶ Anno dñi 1418. Comes Sabaudia factus est Dux in concilio Constan. per Sigismundū regem Romanorū. ¶ Anno eodē capta est vrbs Parisien. per exercitū Ducis Burgundiæ, qui personaliter erat apud regē Sigismundū in Constantia, & cepit ciuitatē per traditionem & auxilium carnificū vrbis, & capta est in die Barnabæ, & interfecti sunt illo die Doctorū, Magistrorum & scholarium numer^o magnus, cū pluribus Episcopis & prælati, & interfectus est Comes de Armiaco capitane^o regis, qui per iii. iacuit in platea inhumat^o, & interfecti sunt in ciuitate, viri & mulieres sine numero, vrbem defendere saragentes. ¶ Anno eodē rex Sigismundus in Wratislavia xvi. ciues fecit decapitari, eo quod cōsulatum suum crudeliter trucidarunt, & plures proseripsit.

¶ Anno dñi 1419. Philippus Dux Burgundiæ interfectus est in castro Delphini, in conspectu eius, licet statim ante, pacē inter se confirmarunt, hostiam in signū perpetuæ vniōnis & pacis in duas simul sumpserunt. ¶ Anno eodem Baltazar olim Papa Ioh. 23. à captiuitate dimissus est, & Papam Martinū in Florētia ad gratiam receptus, & in Episcopum & Cardinalē creatus. ¶ Anno eodem vniuersitas Rostokcen. fundata & incepta est. ¶ Anno eodem dñs Iohānes Dulman Doctor Decretorum Episc. Lubicen. obiit, in cuius locum electus est dñs Iohannes Schele. ¶ Anno eodem Ericus rex Dacia potenter intrans insulam Imbria, totam terram deuastauit, interfectis pluribus viris, presbyteris & mulieribus, mulieres multæ abductæ sunt, & magna crudelitas facta est, ita quod solæ vetulæ relictae sunt intactæ. ¶ Anno Lubicen. & Hamburgem. cum 800. equestribus & 11. millibus pedestribus, obsederunt castrum Bergerdorppe, & fortiter expugnaerunt, & oppidum ceperunt, similiter & castellum Ribeburg circa festum vii. fratrum, & Ericum Ducem de Louenburg, ad suam voluntatem compulerunt.

¶ Anno dñi 1418. Comes Sabaudia factus est Dux in concilio Constan. per Sigismundū regem Romanorū. ¶ Anno eodē capta est vrbs Parisien. per exercitū Ducis Burgundiæ, qui personaliter erat apud regē Sigismundū in Constantia, & cepit ciuitatē per traditionem & auxilium carnificū vrbis, & capta est in die Barnabæ, & interfecti sunt illo die Doctorū, Magistrorum & scholarium numer^o magnus, cū pluribus Episcopis & prælati, & interfectus est Comes de Armiaco capitane^o regis, qui per iii. iacuit in platea inhumat^o, & interfecti sunt in ciuitate, viri & mulieres sine numero, vrbem defendere saragentes. ¶ Anno eodē rex Sigismundus in Wratislavia xvi. ciues fecit decapitari, eo quod cōsulatum suum crudeliter trucidarunt, & plures proseripsit.

¶ Anno dñi 1419. Philippus Dux Burgundiæ interfectus est in castro Delphini, in conspectu eius, licet statim ante, pacē inter se confirmarunt, hostiam in signū perpetuæ vniōnis & pacis in duas simul sumpserunt. ¶ Anno eodem Baltazar olim Papa Ioh. 23. à captiuitate dimissus est, & Papam Martinū in Florētia ad gratiam receptus, & in Episcopum & Cardinalē creatus. ¶ Anno eodem vniuersitas Rostokcen. fundata & incepta est. ¶ Anno eodem dñs Iohānes Dulman Doctor Decretorum Episc. Lubicen. obiit, in cuius locum electus est dñs Iohannes Schele. ¶ Anno eodem Ericus rex Dacia potenter intrans insulam Imbria, totam terram deuastauit, interfectis pluribus viris, presbyteris & mulieribus, mulieres multæ abductæ sunt, & magna crudelitas facta est, ita quod solæ vetulæ relictae sunt intactæ. ¶ Anno Lubicen. & Hamburgem. cum 800. equestribus & 11. millibus pedestribus, obsederunt castrum Bergerdorppe, & fortiter expugnaerunt, & oppidum ceperunt, similiter & castellum Ribeburg circa festum vii. fratrum, & Ericum Ducem de Louenburg, ad suam voluntatem compulerunt.

¶ Anno dñi 1418. Comes Sabaudia factus est Dux in concilio Constan. per Sigismundū regem Romanorū. ¶ Anno eodē capta est vrbs Parisien. per exercitū Ducis Burgundiæ, qui personaliter erat apud regē Sigismundū in Constantia, & cepit ciuitatē per traditionem & auxilium carnificū vrbis, & capta est in die Barnabæ, & interfecti sunt illo die Doctorū, Magistrorum & scholarium numer^o magnus, cū pluribus Episcopis & prælati, & interfectus est Comes de Armiaco capitane^o regis, qui per iii. iacuit in platea inhumat^o, & interfecti sunt in ciuitate, viri & mulieres sine numero, vrbem defendere saragentes. ¶ Anno eodē rex Sigismundus in Wratislavia xvi. ciues fecit decapitari, eo quod cōsulatum suum crudeliter trucidarunt, & plures proseripsit.

- ¶ Anno eodem dominica 1. post Trinitatis festinata est in Lubek prima processio cum corpore Christi per ciuitatem. Institutionem vero eius sollicitauerunt domini Iordanus Pleszcovve proconsul, & Nicolaus Sachow Canonicus Lubicen. & pactum est per capitulum & consularum, quod iuniores de consularu portare deberet papilionem supra corpus dominicum, & canonici legere deberet iv. euangelia per angulos ciuitatis, q; si quando q; absit consularu hoc non seruaret, extunc clerus ad processionem non teneretur. ¶ Anno eodem Henricus Rex Angliæ compositionem iniit cum Carolo Rege Franciæ, in vxorem ducens Catharinam, eius filiam, sub certis pactis postea non seruatis. ¶ Anno domini 1421. Fredericus & Wilhelmus, duces Misnen. bellum commiserunt cum hereticis ppe Bryx in Bohemia, & multis interfectis, ceperunt capum & castrum, vrbe autem iam habebat. ¶ Anno eodem Dux Mediolanen. Philippus, per traditionem quorundam ciuium, cepit solemnem ciuitatem Ianuam, partialitate ciuium causante.
- ¶ Anno domini 1422. Wilhelmus & Otto Duces de Brunsvik & Luneburg, in die coenae dñi praelium durum agentes cum Hildensem. coram castro Grone victores facti sunt, & ultra c. armigeros de nobilibus dictae dioecesis in capo obtulerunt, & Albertus natus Dux de Louenborg canonicus interfectus est, & plures canonici alij & Comes de Spiegelberch capti sunt. ¶ Anno eodem plures raptores de Prignitz, quorum capitanei fuerunt Reymarus de Plesse, Baldevvinus von deme Kroghe, Iohannes Quitzovve, Nicolaus Ror, per Lubicen. & Hamburgem. capti sunt III. feria post Palmarum, numero centum & LXXX.
- ¶ Frisia. Anno eodem Lubicen. quorum capitanei fuerunt domini Tidemanus Steen, & Lodovicus Krul, & Hamburgem. cum mille armatis intrauerunt nauigio Frisiam, & ceperunt oppidum Dockem, plenum raptoribus. Ipsi tamen raptores nauigio per fugam euaserunt. Similiter quoddam castrum forte expugnauerunt, in quo c. & LX. virgines ceperunt.
- ¶ Rumpoldus. Anno domini 1423. Dux Rumpoldus de Slesia missus in Daciam per Regem Sigismundum pro concordia facienda inter regem Daciae & Duces Slesvicen. in tm effecit q; Rex Daciae Ducem Henricum in gratiam suam recepit, & ad singularem amicitiam retraxit, & similiter familiarē confederationem cum ciuitatibus maritimis iniit, & Rex filiam Ducis Pomeraniae dicto Duci Rumpoldo desponsauit, qui cum omnia ad firmam pacem reduxisset, statim postea pestilentia tactus in Dacia multis dolentibus decessit.
- ¶ Klempow. Anno domini 1424. Sifridus magister Liouoniae, euocatus ad tribunal Christi per quendam Marquardum Klempow, quem ex odio & rancore iniuste suspendere voluit, sicut & fecit, ex eo quod quandam mulierem dicti magistri concubinam ducere noluit in vxorem, nomine Odelauiam ciuissam Rigen. ¶ Anno eodem interfectus est in bello per stipendarios Papae Martini & Roannos Braecius potens miles, qui Ecclesiam Dei & Papam quem humiliare in tantum gloriabatur: vt pro duobus quadrinis missam diceret debere, multis tribulationibus vexauit.
- ¶ Anno eodem Ericus Rex Daciae circa festum Assumptionis exiit regnum suum versus Vngariam, vbi in vrbe regia Offen, citato Henrico duce Slesvicen. sententiam vnam, iniustam tamen contra eum obtinuit Rex, & tandem vltimus ad terram sanctam processit.
- ¶ Anno domini 1427. dñs Iordanus Sleskouve, proconsul Lubicen. valentissimus obiit in epidemia, qui gloria fuit cunctarum ciuitatum stagnalium.
- ¶ Anno domini 1426. Hussitae Bohemi magnum praelium habentes cum exercitu dñi Frederici Marchionis Misnen. coram oppido Vthzik in Norenberga exeunte, obtinuerunt triumphum, interfectis de exercitu Marchionis circa XII. millia hominum, vbi plures notabiles comites & barones terrae Misnen. & Thuringiae interempti sunt.
- ¶ Bremen. Anno eodem, Nicolaus Archiepiscopus Bremensis conductus per cuniis Okkonis intrauit cum magno exercitu Frisiam, vbi ipse vulneratus est
grau-

grauiter & captus, & plures nobiles & militares interempti sunt, paucis de suis euadentibus.

¶ Rex Dacia. Anno eodem, Erico Rege Danorū in obsidione ciuitatis Sleswicen. constituto, & castri Gottorpe vna die & hora omnes ciuitates de Hansa paucis exceptis pacem interdixerunt per litteras suas, quibus literis ilico omnes in obsidione constituti, vallum quem fecerunt reliquerunt, & obsidionem soluerunt.

¶ Sleswicen. Anno domini 1427. Henricus Dux Sleswicen, miserabiliter interemptus est ante castrum Vlenzeborg, quod obsidione vallabat potenter ciuitates maritimæ & ipse, in nocte ascensionis domini.

¶ Anno eodem ciues Hamburgen. ad domum bedelli posuerunt captum, Iohannem Kletzeke cōsulem suum, pro eo quod in expeditione contra castrum Vlenzeborg contra laudatum principum & ciuitatum, in nocte ascensionis domini insultum fecisset cum suis contra castrum, cuius occasione, Henricus Dux Sleswicen. interfectus fuit miserabiliter, & post in conuersione Pauli, ipsum ad publicum forum perduxerunt & decapitauerunt.

¶ Hamburgen. Anno eodem circa festum Magdalene cum ciuitates intrauerunt Nortfund, Hamburgen. à Danis victi sunt, & captus est proconsul eorū Henricus Hoyer, & Iohannes Vos consul, & plures alij ciues, & multi interfecti sunt. ¶ Anno eodem Anglici exiuerunt cum c. & xl. nauibus versus Britanniam, vbi prope portum Rotzil obuiam habuerunt Britones & Hispanos, qui cum eis præliantes interfecerunt de exercitu Anglicorum ultra viii. milia, eorum nauibus in Britanniam deductis.

¶ Anno eodem communitas Wisnarien. in aduentu Dñi incarcerationem proconsulem eorum Dominum Iohannem Bantzkooven, & Dominum Hericum de Haren, & eos crudeliter publice in foro decapitauerunt.

¶ Rostokcen. Anno eodem Rostokcen. & Wisnarien. deposuerunt consularum eorum, & novos consulatus creauerunt, & Rostokcen expulerunt. ¶ Sunden. Anno domini 1428. quidam ciues Sunden. braxatores conspirationem fecerunt in mortem consulatus, quorum sex comprehensi, & suum facinus confessi, publice in foro decapitati sunt.

¶ Anno eodem quidam frater ordinis Teutonicorum in partibus Liuoniae, nomine Gosvynus Asscheberch, apprehendit prope flumen Dune, Decanum Reualien. & alios xvi. clericos, missos per Rigen. prouinciam versus curiam Romanā, & primo ipsos spoliavit rebus & vestibus, & postea miserabiliter trucidauit, & aliquos submersit.

¶ Anglici. Anno domini 1429. coram vrbe Aurelianen. in Francia quam Anglici obsederunt, per Dominum de Armiagh vna cum ciuibus vrbis, interfecti sunt ultra vii. millia armatorum, vbi & Dux Sariberien. interfectus est.

¶ Anno eodem Sunden. cum vii. nauibus expugnarūt lxxv. naues Danorum qui ante portum Sunden. eorum naues spoliauerunt, & captiuauerunt de illis ultra ccc. pluribus interfectis.

¶ Iohanna. Anno eodem surrexit in Ducatu Lotharingæ quaedam puella xiv. annorum Iohanna nomine, cuius auxilio & consilio fretus Carolus Delphinus Franciæ, Anglicos vicit, regnum recuperavit, se in vita & moribus reformauit, & in vrbe Remen. in regem Franciæ vinctus fuit. At illo anno terra ingētia bella (quibus virgo illa interfuit, & vexillum manu propria portauit) habita sunt, in quibus semper victoria Francigenis à celo concessa est.

¶ Stetinen. Anno eodem duo proconsules vrbis Stetinen Dominus Iohanes Grabovv & Gerhardus Rode, per communitatem expulsi, per Duces eorū reintroducti sunt, & duo Capitanei cōmunitatis, sc. Gerhardus von Assen, & quidam pistor publice rotati sunt.

¶ Anno eodem vrbs Imperialis Aquisgranum turpiter tradita est per quosdam

- eius ciues, in manus trium principum, qui dictam urbem intraverunt, & eam sibi subiecerunt, Romanorū tamen Regi principale homagium in ea reservato.
- ¶ Anno domini 1430. Philippa Regina Dacia, Syvecia & Norvvegia obiit in vigilia III. Regum, & sepulta est in Wasten monasterio sanctæ Brigittæ.
- ¶ Anno eodem obiit dominus Henricus Wangelin, Episcopus Sverinæ. & in locum eius electus est Hermannus Coppen canonicus eiusdem Ecclesiæ.
- ¶ Hussitæ. Anno eodem hæretici Hussitæ cum grādi exercitu intraverunt Misnam, & multa damna intulerūt, & fuerunt ante oppidum Lipsense licet scirent multos principes cum centum fere millib⁹ armatorum in ipso esse, qui exire non audebant, aut potius nolebant, à Marchionibus irrationabilia postulantes.
- ¶ Anno eodem antiquus consulatus WisMarien. in honorem pristinum & sedem repositi sunt, facta solenni emenda pro interfectione domini Iohannis Bårzowen proconsulis, ac damnis sibi illatis filio refusis ad plenum.
- ¶ Rostok. Anno eodem Rostokcen. & Suden. viliter & contra honorem & confederationes habitas se ab aliis IV. ciuitatibus diuiserunt, & pacem cum Rege Dacia inierunt.
- ¶ Vitoldus. Anno eodem Vitoldus alio nomine Alexāder dictus, Dux Lithuanorum obiit, interim quod Archiepiscopus Magdeburgen. & alij legati in via erant constituti in legationem domini Sigismundi Regis Romanorum ad coronandum ipsum, pro qua coronatione promiserat se centum millia lancearum propriis expensis missurum contra hæreticos Bohemos.
- ¶ Eugenius. Anno domini 1431. Martinus Papa diem suum clausit extremum, die vltima mensis Februarij, in cuius sedem electus est Eugenius IV. qui ante Gabriel dictus est, cardinalis Senen. IV. die mensis Martij.
- ¶ Svartekop. Anno eodem Martinus Svartekop, consul Hamburgensis interfectus est in Ditmarcia à Ditmarcis: missus à ciuitate sua in subsidium nauium suarum.
- ¶ Hussitæ. Anno eodem Dux Austriae cum adiutorio Vngarorum bellum agēs cum Hussitis Bohemis interemit in duplici confictu vltra XIV. millia hominum prope urbem Vienen. residua pars in Marchia Brandenburgens. plura oppida destruxit, inter cetera etiam oppidum Gobyn.
- ¶ Vlenzeborg. Anno eodē Duces Slesvvicen. post medium quadragesimæ ceperūt viriliter oppidū Vlenzeborg, & cum magna multitudine armatorum cum auxilio ciuitatum obsederunt castrū vsq; ad festum natiuitatis Mariæ, & tūc Dani illud dederunt ad manus ducum, saluis personis eorum & rebus, & erant in castro circa centum & xl. viri.
- ¶ Iohanna. Anno eodem Dux Philippus Burgundiæ cepit Iohannam puellam Franciæ, & eam Anglicis misit, qui eam post diuersas iniurias igne cremauerunt, & captiuitatem illam proprio vaticinio & mortem dudum ante prædixerat.
- ¶ Basilea. Anno eodem inceptum fuit gloriose auctoritate & mandato domini Eugenij IV. per Iulianum Cardinalem sancti Angeli concilium Basilien. deputatus tamen erat prius per dominum Martinum Papam V. in præsentem concilij.
- ¶ Wuluesbüttel. Anno eodem Wilhelmo Duce Brunsvvicen. apud Fredericum Ducem Austriae exeunte, Henricus frater suus in absentia fratris dolose occupauit castrum Wuluesbüttel, vxorem dicti Wilhelmi de castro expellendo, & illud sibi violenter vsurpando.
- ¶ Hussitæ. Anno eodem Papius, tunc caput hæreticorum Hussitarum cū pluribus aliis hæreticis intrauit ciuitatem Basilien. & licet hæretici crebris disputationibus cum confusione & rubore sapius essent victi, indurati tamen in salutato hospite recesserunt absque sine sperato.
- ¶ Magdeburg. Anno Domini 1432. Magdeburgen. expulerūt canonicos Ecclesiæ principalis, & tandem etiam Archiepiscopum eorum dominum Ghunterum.

rerum de tota terra diœcesis suæ debellando, & expugnando vnum castrum post aliud.

¶ Broderus. Anno eodem Lubicen. in mari ceperunt militem quendam Regis Daciæ nomine Broderum Swen cum dc. & xl. viris: reliquis submersis qui in naui sua erant, domino Erico Krummedik fugiente cum suis.

¶ Reualia. Anno eodem Reualien. ciuitas ex proprio igne horribiliter quasi ex integro cum Ecclesiis suis combûsta est.

¶ Sigismundus. Anno domini 1433. Sigismundus Rex Romanorû Romam veniens à Domino Eugenio Papa iv. imperiali corona gloriose coronatus est.

¶ Bremen. Anno eodem Bremen. cõsulatus antiquus de ciuitate dudum expulsus, reintroducti sunt in ciuitatem, & ad sedē eorum & honorem pristinum restituti.

¶ Anno eodem Adolphus Dux Slesyvicen. vxorem duxit, sorotem Comitis de Honsten. fratribus suis iam defunctis. Eodē anno Lodovvicus Lantgravius Hassiæ in vxorem duxit sorotem Ducum Saxoniz & Marchionum Misniæ.

¶ Portugalia. Anno domini 1434. Rex Portugaliæ ii. præliis capitalib⁹ cum Rege Granati victorose commissis, in prælio in ipsum Regem personaliter cepit, propter quod Rex captus, cum toto regno suo sacrum baptisma suscepit.

¶ Anno eodem obiit dominus Conradus Archiepiscopus Moguntinus, in cuius locum electus est dominus Theodoricus Schenke de Erbach. ¶ Eodem anno Eugenius Papa, clam nauigio à Roma recessit & in Florentiam se recepit, curtisanis infinitis periculis per mare & terram passis.

¶ Pragen. Anno eodem Pragen. ciues antiquæ ciuitatis, in qua plures adhuc erant boni Christiani, vna cum Baronibus & nobilibus terræ inuaserunt nouam ciuitatem Pragen. & interfecerunt omnes in ea reptos, nec sexui, nec ætati parcentes. Deinde egredientes ciuitates, prælium commiserunt cum orphanorum & Taboritarum exercitibus, & eos vicerunt, ac ipsum Procopium cum omnibus aliis capitaneis eorum & cum omnibus suis, numero xvi. millia viorum in campo interfecerunt, vltra septingentos captiuantes. Et sic Bohemi domino disponente se mutuo destruxerunt, quos alij principes pactis eorum exigentibus, cum maximo populo non potuerunt compescere.

¶ Anno eodem, nobiles & rustici regni Svveciæ, crexerunt pro capitaneo quēdam militarem nomine Engelbertum, hominem industriusum, qui cõtra Regem Dacię Ericum se erigens ac magnum populum cõgregans, singulas vrbes & castra regis expugnauit, eiiciendo omnes capitaneos Dacos de toto regno, scil. Daciæ.

¶ Boldevvinus. Anno domini 1437. Boldevvinus, Abbas sancti Michaelis in Luneborch electus est, & consecratus in Archiepiscopum Bremen. retenta ab bacia in commendam.

¶ Diuesz. Anno domini 1436. in die Mariæ Magdalenz prope leprosarium in Svvarovve captus est venerabilis ac celebris vir dominus Bertoldus Diuesz, in Svvarovve captus est venerabilis ac celebris vir dominus Bertoldus Diuesz, prepositus Ecclesiæ Lubicen. homo dapilis & in eleemosinis largus, ac in vniuersa morum honestate præclarus, per satellites quosdam Magnopolen. ordinatione cuiusdam Mathiæ Axkovv militis, tunc temporis ducatum Magnopolensem gubernantis, qui in castro Svvan Svverinen. diœcesis propter ecclesiasticæ libertatis defensionem, non longe post carcerali angustia vita functus est, & in medio Ecclesiæ Lubicen. honorifice tumulatus, translatus tamen postea ad capellam beatę Virginis, de suis bonis retro chorum solenniter constructam. In qua & duo beneficia in emendam mortis eius à Ducibus dicti ducatus fundata sunt, in perpetuam huius rei memoriam.

¶ Albertus Rex. Anno domini 1438. vita functo diuo Imperatore Sigismundo in Moravia, ac in Alba Regali apud Vngaros sepulto, Albertus Dux Austriæ, eius gener mira felicitate lubito eleuatus, intra sex mēses Vngariæ ac Bohemiæ regna, & deinde Imperium consequutus est, sed quia celeritate creuit,

eadem defecit. Peponibus etenim in Vngaria delectatus, dissenteriam incidit, ex qua in secundo anno regnorum suorum mortuus apud focerum suum Sigismundum tumulatus est, relicta vxore sua, filia Imperatoris Sigismundi pręgnante, ex qua Ladislaus Vngarię & Bohemię Rex post mortem patris sui natus est. Qui anno domini 1478. non sine suspitione sumpti veneni in xviii. atatis suę anno interiit.

¶ Christophorus. Anno domini 1439. Male confidente Erico Rege Dacię, Svecię & Norvvegię de fidelitate procerum regni, postquam Sveci quędam Engelbertum cōtra eum erexissent, ac ipso cum regni thesauro versus Prussiam recedente, vocatus ab eisdem regni proceribus, Christophorus Dux Baviarię filius sororis Erici regis, tanquam proximior heres, intrauit circa festum Paschę cum decenti apparatu urbem Lubicem. vbi ab eisdem proceribus in regem Dacię receptus est, Erico adhuc viuente, ac per eos ad regni castra adductus est, & solenniter coronatus. Qui quidem Ericus postea anno lxx. in quodam castro ducatus Pomeranię mortuus est, regnis per eum nunquam recuperatis.

¶ Rostok. Anno eodem variis habitis tractatibus per ciuitates maritimas siue Stagnales cum ciuibus Rostokcen. tandem circa festum Michaelis antiqui consularis Rostokcen. ad sedes eorum & honorem pristinum restituti sunt, nonis tamen consularibus cum eis permixtim in eisdem sedibus & honoribus manentibus, quod ante tempora illa fuerat prorsus in illis ciuitatibus inauditum.

¶ Fredericus. Anno domini 1440. Fredericus Dux Austrię, patris Alberti nouiter defuncti in quadragesima, ad imperij gubernacula in 26. atatis suę anno, ab Electoribus Imperij concorditer euectus est. Qui statim semota neutralitate, qua germanica natio gaudebat, ac sua ordinatione, Duce Subaudię qui pro Papa Felice v. se gerebat, resignante; concilium quoque Basiliense dissolvente Ecclesiam ad integram vnionem feliciter reduxit.

¶ Adolphus. Anno eodę dominica 4. post Pascha homagium pręstitit Adolphus Dux Slesvicens. & Comes Holsatię Christophoro Regi Dacię, recipiendo ducatum suum ab eodem in feudum, restitutis eidem Duci omnibus vřq; ad pontem in Koldingen, ad ducatum Slesvicens. spectantibus, per reginam Margaretam violenter sibi & fratribus suis ante tempora aliqua ablatis.

¶ Berlyn. Anno domini 1441. Fredericus Marchio Brandenburgens. in oppido Berlyn potenter nouum castrum erexit, discordia ciuium cum eorum consulari causam prębente.

¶ Osnabruggis. Anno domini 1442. propter tyrannidem Comitissę Iohannis de Hoya, fratris domini Erici Episcopi Osnabruggen. expulso per capitulum & ciuites eodem Erico eorum Episcopo de diocesi, captiuauerunt iidem ciues comitem Iohannem, qui pluribus annis in quadam cauea, in qua ad standum se erigere non poterat, dure satis per eos tentus est.

¶ Lucia. Anno eodem villani terrę Lucię cum militaribus terrę in discordiam quędam venientes, quendam potentem militem Ezekonem Brok, qui tyrannice pluribus annis eos oppresserat, in pecias diuiserunt. Rex quoq; Christophorus actum illum dure ferens congregato exercitu, villanos illos bello aggreditur, in quo 600. de rusticis interfectis, ceteros captiuando ad debitam obedientiam compulit.

¶ Prętorium. Anno eodem consularatus Lubicem. prętorium eorum extendendo versus forum, nouum ædificium erexit cum celario pręcioso, pro ceruisia Håborgen. in eo ducillanda.

¶ Christophorus. Anno domini 1443. conuocatis per Regem Christophorū ad Wilsnacum oppidum Prignitz Frederico Marchione Brandenburgens. Henrico Duce Magnopolen. Ottone, Wilhelmo & Henrico Ducibus Brunsvicens. ac multis aliis principibus ad faciendum confederationem mutuam contra ciuitates, quibus dictus rex infestissimus fuit. Circa festum Purificationis in habitu peregrini cum lxxx. equis intrauit ciuitatem Lubicem. continuato vterius
itipe-

itinere. Sed Adolpho Duce Slesvicens. etiam vocato, venire renuente, frustrati fuerunt principes in malo eorum proposito.

¶ **Susatum.** Anno domini 1444. Ciues Susacienses propera sua temeritate, spreto fidelitatis iuramento à domino eorum Archiepiscopo & ab Ecclesia Colonien. recedentes Adolpho duci Cliuensi homagium prestiterunt, se simpliciter vt suo domino subdendo. Postquam sub dominio Ecclesie Colonien. à tempore Frederici primi Imperatoris per cc. & lxxx. annos fideliter perstiterunt, propter eorum priuilegia per Archiepiscopum vt asseruerunt ipsis violata.

¶ **Armiacen.** Anno eodem Delphinus primogenitus Regis Francie cum graui multitudine lx. millia hominum pessimorum, Armiacen. nuncupatorum, non absque scitu, vt ferebatur Frederici Regis Romanorum, intrauit partes Rheni, vbi & in Alsatia prope Argentinam, & circumcirca non modica damna intulit, prope Basileam de Swicensibus vltra sexcentos crudeliter mactando, ad humiliandum vocatus per Regem ciuitates Imperiales, vt communiter famabatur.

¶ **Rex Polonorum.** Anno eodem, intrante Rege Polonorum pro Rege Vngarie contra Ladislaum filium Regis Alberti vero regni herede se gerente, vna cum domino Iuliano Cardinali sancte Sabinæ, legato Papæ, qui ad plures annos nomine Papæ in Basilien. concilio præsidebat dominium Imperatoris Turcarum, tam Rex quam Legatus crudeliter à Turcis trucidati sunt, non tamen sine graui suspitione traditionis occulte Venetorum. Caput quoque Regis mortui abscissum, Imperatori Turcarum præsentatum, in alta pertica, litteris aureis desuper scriptis. Caput regis Polonia Christianorum, haut in non modicum dedecus Christiane religionis, Domino permittente, per terram suam circumductum est.

¶ **Christophorus.** Anno domini 1447. Christophorus Rex Dacie Svecie & Norwegie in vxorem duxit filiam Iohannis Marchionis Brandenburg. in præsentia plurimorum principum, scil. Iohannis patris sponsæ, Wilhelmi Ducis Brunswicen. Lodouici Lantgrauij Hassie, Frederici Ducis Bavarie, Baltasaris Ducis de Slesia, Comitibus Ernesti de Honsten, ac aliorum plurimorum dominorum militarium & ciuitatum, nuptiis in Copenhauen solenniter regalimore celebratis.

¶ **Luneburg.** Anno eodem Ecclesia beati Iohannis in Luneburg in non modicum præiudicium prælatorum in salina ibidem redditus habentium, cauteiose fuit auctoritate sedis Apostolicæ à iurisdictione Archidiaconi in Modestorp separata, & in præposituram erecta.

¶ **Otto.** Anno eodem obiit animosus princeps Otto Dux Brunswicen. & Lunenburg. Ortaque suspitione contra dominum Bertrammum Præpositum in Ebbestorp de veneno propinato, per purgationem canonicam cum pluribus prælatis per eum factam suspicio sublata est.

¶ **Christophorus.** Anno eodem rege Christophoro cum magno thesauro à regno Svecie ibidem congregato nauigio recedente, naufragium satis periculosum perpeffus est, pluribus de suis submersis, thesauris omnibus & elenodiis secundum commune verbum, ad valorem c. millia florenorum, totaliter in mari deperditis.

¶ **Quale.** Anno eodem celebratis nuptialibus festiuitatibus per quendam villanum in villa Quale, terræ Holsatie, pluribus etiam ciuibus Lubicen. ibidem inuitatis, incendio orto in tecto domus, ac præ nimio fumo inuitatis ostia domus inuenire non valentibus, ac se præ pressura mutuo impredientibus circa centum & lxxx. homines vtriusque sexus miserabiliter plurimum à fumo suffocati & à tecto cadente sunt interempti, ac sequenti die pro maiori parte integris ac inustus corporibus à cineribus mortui extracti ac ibidem sepulti, sponso ac sponsa per paruam fenestram cameræ vix nudis euadentibus.

¶ **Nico-**

¶ Nicolaus Papa. Anno domini 1447. Eugenius Papa quintus, postquā plures persecutiones à Concilio Basiliensi passus est, qui eo citato & deposito Duce Sabaudia Amodeum Felicem quintum se nominantem, contra eum in Antipapam elegerunt. Verus & vnicus Papa mortuus est xxii. die mensis Februarij, postquam fedit annis xv. In cuius sedē electus est Nicolaus Papa quintus Ianuensis intra annum in Episcopum Bononiensem Cardinalem & Papam euectus.

¶ Susatum. Anno eodem, Didericus de Morfa Archiepiscopus Colonien. dolens de perfidia Susatien. vocato sub maximis expensis Wilhelmo duce Saxonia & Langraui Thuringia, habente in exercitu suo 2700. Bohemorum hominum crudelium & pessimorum: Qui in itinere Iohannem comitem de Hoya à captiuitate Osnabruggen, solis minis liberauerunt, obsedit Susatum oppidum cum 6000. hominum armatorum, & postquam stetit in obsidione ad quatuor hebdomadas, feria quarta ante festum Mariae Magdalena cum 120. scalis ad hoc paratis murum ascendere tentabat. Sed ciuibus cum bombardis plures lapillos simul emittentibus, ac simul vno ictu plures laedentibus ultra 120. homines de gente propria Archiepiscopi Bohemis dolose à remotis manentibus. At statim Archiepiscopus non sine graui iactura, ac dedecore haud paruo, obsidionem dissoluit, oppido non recuperato.

¶ Christophorus Rex. Anno domini 1448. Christophorus rex Dacia, &c. finistrum gerens animum contra Lubicenses, absque eorum culpa sicut domino placuit, in castro Helsmborgh, diem clausit extremum, Lubicēsis & suis propriis militaribus non paucis de obitu eius parum dolentibus.

¶ Swecia. Anno eodem, conuenientibus pro electione regis futuri, in ciuitate Upsalensi consiliariis regni Swecia & aliorum duorum regnorum nobilitate, contra tamen praemissa penitus inconsultis, nec requisitis, quendam potentem militem, thesauris magnis abundantem, Carolum Kanuti per impressionem aliter facere non audentes in suum regem elegerunt, Erico rege adhuc viuente.

¶ Dacia. Anno eodem, cernentibus periculis regni Dacia per nobiles Swecia pacta promissa de non eligendo rege, nisi de cōmuni consensu regni vtriusque, minime seruata, ad electionem, termino inter se statuto procederes elegerunt vnanimiter in eorum regem Christianum comitem de Oldenborch & Delmenhorst, filium sororis domini Adolphi Ducis Sleswicensis, Cristiernum eum nominantes, qui solenniter regio more coronatus, dominam Reginam Christophori relictam sibi de communi omnium nobilium regni consensu, matrimonio copulauit, quae statim ab eo impraegnata sequenti anno Olauum primogenitum suum peperit, pluribus postea ex eisdem filiis genitis, opprobrium sterilitatis, quod ad sexaginta annos & amplius durabat, à domo regali Dacia remouendo.

¶ Wisbu. Anno domini 1449. Rex Cristiernus castrum Wisbu, & totam terram Godlandia potenter obtinuit, expulso rege Erico cum Swecis, qui terram illam toto tempore Christophori regis vi obtinuit, ipsum simpliciter à regnis exulando, Duce Adolpho Slesuiceni. cum magno populo regi Cristierno auxilium praebente.

¶ Norenberga. Anno eodem Albertus Marchio Brandenborgen. durā mouit guerram ciuitati Norenbergen. confederatus pluribus potentibus principibus: Sed multis damnis sibi mutuo illatis, postquam per duos durauit annos, tractatibus interuenientibus, lis ipsa sedata est Marchione contra ciuitatem in nullo valente proficere.

¶ Arnoldus Episcopus. Anno eodem xi. die mensis Octobris obiit dominus Nicolaus Episcopus Lubicen. vir industrius, ac magna experientia, in cuius locum electus est dominus Arnoldus Westual, Decretorum Doctor ac Licentiatius in Legibus, eiusdem Ecclesiae decanus in ciuitate Lubicen, oriundus.

¶ Frede-

¶ Fredericus. Anno domini 1472. Fredericus Rex Romanorum in xii. anno regni sui, ducēs secum in Italiam Ladislaum Vngariæ ac Bohemię Regem, Albertum Ducem Austrię fratrem suum ac magnam nobilitatem, vxorem sibi ex Portugalia duxit Iconoram, regio sanguine & moribus inclitam honestis, quæ secum Romæ à Nicolao v. imperiali diademate coronata est. Ac cum fastu magno postquam cum ea apud Neapolim, Alfonso regem Arragonum imperatricis consanguineum visitauerat ad propria cum ea feliciter est reuersus.

¶ Gend. Anno domini 1472. inter Philippum, Burgundiæ & Brabantia Ducem ac Hollandiæ & Flandriæ Comitem, multarumque terrarum dominum ac suam ciuitatem Gandauen. potentē valde comitatus Flandriæ, propter certas insolitas exactiones atque accisas quas in emptione salis Flandrensis nitebantur imponere, durissima guerra orta est. Et in pluribus bellis inter eos acriter actis, super Gandauenses feliciter triumpharunt. Plures nobiles & etiam filium Ducis Bastardum, capitaneum potentem terræ Lurzelenburg, tenerime ab eo dilectum atrociter interimendo. Traditione tandem occulta interueniente in bello quodam magno, ciues ipsi fugati sunt, & plures interfecti, & in aquis suffocati, actaque est cōcordia finito bello inter eos in campo satis secreta. De qua edicto pœnali emisso, nemo conferre ausus est, dubium manente nonnullis annis postea de vita dicti Ducis, cum sui præsentiam palam non exhibebat. Ex qua causa, adhuc hodie ignoratur.

¶ Prussia. Anno domini 1473. Orta graui discordia inter Magistrum generalem & Commendatores ordinis fratrum hospitalis beatæ Mariæ virginis domus Teutonicorum in Prussia regnantium, & inter militares & ciuitates terræ eiusdem, super litera quadam confederationis mutux ciuitatum & militarium, casu quo contra iustitiam ab ordine violenter opprimerentur. Super quâ materia coram Imperatore Frederico aliquamdiu contendentes, cum sententiam contra se ab Imperatore ciuitates reportassent: Magistro & Commendatoribus in vim sententiæ literam ab eis petentibus, vna die ciuitatibus fortiora castra totius terræ sine aliqua pene resistentia capientibus, dempto castro capitali ordinis Marienburg, & quibusdam aliis, ac illa penitus destruentibus, regem Casimiarum Poloniæ in Dominum receperunt, sibi homagium sub certis modis & pactis faciendo; postquam Cruciferi terram illam centum & lxxii. annis potenter possedissent, superbia nimia fratrum ordinis causam præbente.

¶ Constantinopol. Anno eodem Turcarum Imperator tenēs campum lxxvi. diebus ante ciuitatem Cōstantinopolitanam, habens in exercitu suo ccc. millia hominum per terram, cum tentoriis l. millibus, & per mare 37. millia hominum cum trecentis velis oppugnans ciuitatem, quolibet die ter, tandem obtinuit eandem, Imperatore Græcorum ac Patriarcha cum omnibus Christianis viris ad instar pecudum trucidatis, mulieribus abductis, raptisque virginibus 28. die Martij. Dataque fuit ciuitas sackmannis in prædam duobus diebus.

¶ Lunenburg. Anno domini 1474. circa festum Lucie communitas oppidi Luneburgen. requisita per ecclesiasticos, per consulum eorum suis bonis familiaribus violenter spoliatos, cum litteris apostolicis, quibus inter cetera eis præcipiebatur proconsules eorum & consules ab eorum consularibus officiis, velut infames abiicere, & alios loco eorum surrogare, sub certis gratibus pœnis, tractatibus certis cum eis habitis, à consularibus officio eos destituerunt, nosque proconsules & consules elegerunt, ac lxx. viros ex parte communitatis instituerunt. Nonnullos quoque ex proconsulibus, consulibus postea incarcerationauerunt, in quibus carceribus vnus proconsulum mortuus fuit, ac de post pro maiori parte proconsules & cōsules antiqui de ciuitate timore mortis recesserunt. prius tamen per nouum consulum, iuxta apostolici mandati tenorem, in subsidium debitorum dure satis exactionati.

¶ Calistus. Anno domini 1477. in vigilia annunciationis Mariæ, obiit Romę Nicola^o Papa v. in cuius sedem electus fuit Calistus xii. homo decrepitu & ex-
hau-

haustus lxxxv. ætatis suæ anno, Catelanus cardinalis, Valentinus cõmuniter nuncupatus.

¶ Berghen. Anno eodem mercatores Berghenses, quorum mercatã in strumulis versantur, in tumultu quodam & rumore occiderunt quendam militem Olauum Negelssen. potentem & diuitem in Bergis, qui diuersa eis & maxima ante tempora intulit damna, & nouissime duas naues, mercibus onustas mercatorum deprædauerat. Episcopum quoq; Bergensem ab eodem Olauo com-patre suo se separare nolentem, Oldermãnis tamen eorum ac potioribus ignorantibus, ante summum altare crudeliter trucidarunt. Monasterium monialium ordinis sanctæ Brigittæ, ad cuius campanile idem miles fugerat, casualiter eos cum fumo ad exeundum turrim artare volentibus, totaliter cum Ecclesia incinerauerunt, quod tamen statim postea sumptuose satis reedificauerunt, damna monialibus competenter refundendo.

¶ Plone. Anno domini 1476. circa festum Pentecostes oppidum Plone paucis domibus exceptis, cibus ignis factum est, malitia cuiusdam Daci ignem ponentis, ad se vindicandum de iniuria ab oppidano quodam recenter sibi illata.

¶ Marienburg. Anno eodem dimisso castro Marienborch cum oppido & attinentiis suis per Magistrum Ordinis & suos commendatores & alios certis capitaneis suorum stipendiatorum pro stipendiis & damnis eorum quæ se extendebant ad 4000. & 3000. florenorum Vngaricalium. Præfati capitanei ad scatum pro eadem summa vendiderunt castrum Regi Polonia & ciuitatibus Prussia & realiter eis possessionem tradiderunt, Magistro generali ordinis de castro cum suis lacrymando recedentibus, non tamen longe post oppidum ante castrum tradente, quodam proconsule potenter recuperauerunt & diu tenuerunt, sed tandem iterum perdidit.

¶ Turci. Anno eodem Imperatore Turcorum cum magno populo & forti castrum quoddam in regno Vngariæ expugnare volente, de nocte occulte ordinatione capitanei Vngariæ, castrum ipsum xl. militibus armatis intrantibus, & sequenti die ter in oppido ante castrum bellum cum Turcis gerentibus, Deo auxilium suis ferente, desuper Turci prostrati sunt, de suis ultra centum millia interfectis, Imperatore Turcorum cum paucis turpiter vix euadente, Viceimperatore cum omnibus nobilioribus Turcarum occisis, bombardas maximas, currus cum victualibus in campis dimittendo. Religioso illo fratre de ordine reuerenti loco castri stante, & crucifixum in altum erigente, ac clamante flebili iulatu. O Deus meus, ô Iesu vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, ô veni, veni in adiutorium genti tuæ, noli tardare, ne dicant gentes: vbi est Deus eorum, & c. populum Christianum plurimum confortante.

¶ Luneborch. Anno eodem, cum circa festum sancti Martini noui consules Luneborgen. prælatos in salina redditus habentes, ad diartam certam ibidem tenendam conuocassent, & communitate ignorante Wilhelmus & Henricus, Duces Brunswicenses, clam per certos de consulatu vocati ibidem intrassent, Dux Bernardus, filius Frederici, naturalis eorum dominus, & cõmunitas resu-spectam habentes, nouis proconsulibus & consulibus, ac sexaginta viris repente à suis officiis destitutis, antiquos proconsules & consules ad pristina loca cõsularia de facto reposuerunt, apostolica mandata contraria minime curantes. Non longe post proconsules nouos, & aliquos consules & quosdam de lx. viris incarcerantes, quosdam de ciuitate sub certis iuramentis proscribentes, & tandem duos decapitantes.

¶ Anno domini 1477. Nicolao Episcopo Syverinen. episcopatum in manus Papæ resignante, per procuratorem, papa Calixtus III. de Ecclesia prouidit domino Godfrido Langen Decretorum Doctore, filio Henrici Langen pro-consulis Luneburgen. prouidendo domino Nicolao, olim Episcopo, de cano-nica-

nicatu & præbenda Ecclesiæ Lubicensis, quos idem Godfridus tenuit, & de e. florenis Rhenensibus annuis, in redditibus Episcopatus Swerinen. Qui quidem dominus Godfridus ante annum completum, pestilentiali igne vexatus, interit, electo in locum suum Magistro Wernero Wolmerffs, eiusdem Ecclesiæ præposito.

¶ Anno eodem in æstate, Wilhelmus Dux Brunfwicensis, valida manu armatorum intrauit diocesim Verden. incinerando optimas villas Ecclesiæ Verden. Ad quas propter siccitatem magnam anni illius, accessum habere potuit, totâ diocesim pene destruendo, allegando se Episcopum Iohannem Verden. ad obedientiam Papæ velle reducere, ac in fide debita instruere.

¶ Anno eodem Carolus Rex Sueciæ, clericis, militaribus ac omnibus regnicolis, propter tyrannicum suum regimen odiosus, collecto thesauro suo, quem copiosum habuit, ad vnam nauim, dominica carnis priuij de regno occulte recedendo, intrauit Prussiam. Nobiles quoq; regni cum Episcopis & prælatis vocato, per suos solennes nuncios, serenissimo Christierno rege Daciæ, concorditer ipsum & legitime in regem suum elegerunt, & per Archiepiscopum Vpsalen. in Stockholmis, more regio solenniter coronarunt, homagium sibi faciendo; & sic iterum illa tria regna sub vno rege gaudebant.

¶ Anno domini 1478. circa Iacobi Iohannes Episcopus Verden. adiunctis sibi Bernardo Duce Brunswicen. ciuibus Luneburgen. ac multis militaribus terræ Prignitze, & de diocesi Bremen. in multitudine copiosa intrauit terrâ Wilhelmi Ducis Brunswicen. incinerando villam Rodewolt, habentem vltra centum mansionarios; ac plures alias villas terræ suæ, maximâ sibi damna inferendo.

Quod dure satis idem Wilhelmus vindicauit in terra Bernardi Ducis, statim postea. ¶ Eodem anno in mense Iulij obiit Romæ Calistus Papa III. in cuius sedē, per cardinales concorditer electus est Pius papa II. prius dictus Æneas, tempore primæ coronationis Frederici, Imperatoris III. per eum in laureatum potam coronatus, & in suum Cancellarium assumptus, & per eius promotionem in cardinalem tituli sanctæ Sabinæ per Calistum creatus, vulgariter Senensis appellatus.

¶ Anno dñi 1479. ipso die Barbaræ virtuosus ille princeps, zelator pacis singularisque protector Ecclesiastici status Adolphus Dux Sleswicen. ac Holsatiæ comes, ab hoc exilio migrando, vniuersæ carnis debitum soluit, nullis relictis liberis: Sacramentis diuinis vt Catholicum decet principem, deuotissime munitus, cuius anima in perpetua pace requiescat.

Sequitur summarius Pontificum Aldenburgen. & Lubicen. Ecclesiarum.

PRIMVS Aldenburgenfis Episcopus fuit Marco. Secundus dictus est Berwardus. Tertius vocatus est Wago. Quartus Ezeco. Quintus Folquardus. Sextus Reymbertus. Septimus Benno. Octauus Meynerus. Nonus Abelinus. Decimus Ezo, & illo defuncto, cessauit Episcopatus 84. annis in multa tribulatione, vt dictum est supra c. xiv. post medium. Post multa igitur consecratus est vndecimus, dictus Vicelinus, vt dictum est supra. c. xv. Duodecimus fuit Gheroldus, vel Bertoldus, qui fuit primus Lubicensis, introductus per dñm Henricum Ducem, vt patet c. xxix. sc. anno dñi 1174. Secundus Lubicen. fuit Conradus, vt patet c. xxx. & c. xxxiii. Cui successit Henricus, quondam Abbas in Brunswik vt habetur c. xxxiii. Illo vero defuncto successit Conradus secundus iv. Lubicen. Cui successit Theodoricus, præpositus in Zegeberch, vt dicitur c. xxxiv. quintus Lubicen. Post quē intrauit Bertoldus Lubicen. vi. vt patet c. xxxv. Post quem Iohānes, dictus de Lübek, vt supra cap. xxxvii. Hinc Albertus, Lubicen. viii. vt patet eodē cap. Nonus fuit frater Iohannes de Deyst, vt dicitur eodem cap. Decimus fuit Iohānes de Tralow, qui cepit anno domini 1260. Iste ædificauit magnā domum lapideam in Vthin, gratia cuius magna cōtraxit debita, & emit villā Malente, &

alias proprietates. Sedit annis xvi. Cui successit Borchardus de Serken, cantor Lubicen. homo octogenarius, anno domini 1276. electus. Iste mira gessit: Sedit annis xli. Iste banniuit & sub interdico pressit totā ciuitatem Lubicen. Cui successit Henricus dictus de Bokholte xlii. Lubicen. anno dñi 1317. multa bona Ecclesiæ fecit. Sedit annis xxiiii. Huic successit Iohannes Muel xliii. Lubicensis, Scholasticus Ecclesiæ eiusdem anno dñi 1341. vir perutilis fuit, annis sedit ix. Iste ædificauit magnam capellam prope armarium, & cōparauit rura circa Dōdow. Quartusdecimus fuit Bertramus Cremonen, electus anno domini 1371. vir per omnia utilis, emit enim Raetkow & Horneftorp villas, & Roberstorp cum stagno, & multa alia ruralia, sedit annis xxvii. Decimusquintus dictus fuit Nicolaus de Miszna, ordinis Prædicatorum, datus in pontificem à Papa, anno domini 1378. qui dum accepit, quod non haberet dominium temporale super ciuitatem Lubicanam, recessit, & postea factus est pontifex Misznen. Decimus sextus Conradus de Ghisenheim, surrogatus in locum præfati Nicolai per Pāpam ad instantiam Caroli Quarti Imperatoris, cuius Secretarius extitit, sedit annis 8. Post quem xvii. Iohannes Cleynedenst, Lubicen. natus, & Decanus veteranus, cepit anno domini 1386. anno tamen integro non sedit. Decimus octauus fuit Euerhardus Attendorn, electus anno domini 1388. multa bona fecit, eius frater, consul Lubicen. fuit, & soror eius Abbatissa ad sanctum Iohannem in Lubek, sedit annis xi. Decimusnonus Iohannes de Dulmen, Decretorum Doctor, & Apostolici palatij causarum Auditor, pontificatus est anno domini 1399. vir miræ erat probitatis & pacis, bona multa fecit diœcesi, sedit annis xi. Vicesimus Episcopus Iohannes Schele, multarum Ecclesiarum prælatus, cepit anno domini 1419. tempore Martini Pape, & Sigismundi Imperatoris, cuius fuit Secretarius & Ambasiator in concilio Basilien. multa bona fecit diœcesi, sedit annis xix. & more solito ad patres iuit, mortu⁹ in Vngaria, febribus exhaustus. Vicesimus primus fuit Nicolaus Sachow, Lubicen. natus, vir valde oculatus & expertus, fere innumera bona in diœcesi fecit & in Lubek, sedit annis x. & mortuus est in febribus, anno domini 1449. Arthemij. Vicesimus secundus Lubicensis Episcopus fuit Arnoldus Wistfael, decretorum Doctor, & Legum Licentiatus valentissimus, vir miræ deuotionis, qui sæpius in officio suo fleuit amarissime. Cepit anno domini 1449. ipso die Pentecostes consecratus est, magnam & fortem domum in Vthin ad orientem castri ædificauit, & nouam sacristiam in Lubeke, tandem post multos virtutis actus, histericia correptus, in profesto Purificationis obiit, annorum lxxvii. anno domini 1466. sedit annis xvii. Vicesimustertius dictus est Albertus Krummedyek, curulium & nobilium Hofatorum de sanguine, electus anno domini 1466. post Inuocauit. Qui adhuc isto anno scil. 1484. Deo propicio, auras humanas ducit, vir benignus, dapilis & munificus. Hic pro castri muntione Vthinensis, turres construxit, preciosam in factura crucein, in maiori Ecclesia Lubicen. sumptibus multis, scil. duorum millium marcarum & amplius, vna cum beneficio, in medio maioris Ecclesiæ erexit, anno domini 1477. quam ibidem benedixit. Hic etiam multa alia bona fecit Ecclesiæ, sed nondum finis, quia adhuc auras spirat humanas. Hic quendam Presbyterum, dictum Bertoldum de Oubo, sibi & toti capitulo rebellem, de Romana curia venientem, comprehensum per fratrem Episcopi & vinculatum, iudicialiter conuictum per suum officialem Volkmarum Andertē, canonicum Lubicen. perpetuis damnauit carceribus. Hic etiam permisit imprimere libros horarum canonicarum, anno domini 1477. ne quisquam excusaretur à debita & vera solutione verissimi ordinis Lubicen. iuxta omne mandatum libri ordinarij Ecclesiæ maioris, hoc ipsum dispensante & ordinante quodam vicario in Ecclesia beatæ Mariæ virginis in Lubeke. Hic in vigilia Michaelis, quæ fuit dominica, consecratus est, & magnas fecit expensas, prælatis eum coronantibus. Vide infra, anno domini 1466. Hæc summarie de pontificibus Ecclesiæ Lubicensis dicta sufficiant, vt simul in vno habeantur fasciculo: Alia vero ha-

ro habetur in registris Pontificum & dominorum de capitulo; quæ vulgo non sunt propalanda.

Sequitur nunc continuatio temporum.

ANNO Domini 1460. Vincentij martyris, mortuo glorioso principe Adolpho, illi de sanguine militari Holfatorum habebat diætam in Nigemunster, super principe eligendo, præsentibus Comite Ottone de Schouwenburg, cum filio suo Ernesto, & Episcopo Hildensem. Ernesto, sed sine fine discesserunt, quia quidam præferebant regem Daciæ Christiernû, quem quidam postea clanculo lucri causâ sibi in dominum elegerunt, eis in mala hora.

¶ Anno eodem, ad quindenâ post festa paschalia erat diætâ in Lubek, per eodem, & eadem de causa, sed in differentia recesserunt abinuicem. Non magno tēporis interuallo fuit concordia celebrata in Odeslo per Episcopum Lubicen. Arnoldum, & consulatū Lubicen. atque per consiliarios Holfatiæ, ut rex Daciæ Christiernus, daret ipsis de Schouyvéburg, XLIII. milia florenorū Rhenensium, & de cetero nunquam causarent super eadem patria, & ibi quies. Dicebat enim idē rex Christiernus: Merito quidē mihi ista patria debetur, quia ego cum Gherardo & Mauritio fratribus meis, sumus filij sororis domini Adolphi defuncti, & infeudatio ducatus spectat ad me tanquā ad regem Daciæ. Dehinc cōtentavit idem rex Christiernus fratres suos Gherardum & Mauricium, & patriam ipsam obtinuit.

¶ Anno eodem post Michaelis decapitati sunt xxxv. piratæ ante Lubek, quos illi de Dantisco miserunt ad mare pro pace; sed ipsi ribaldi, spoliaverunt vnumquemque, Hos pro maxima parte decapitavit quidam magister bedellorum, dictus Potterzilie, qui prius in eodem officio stabat in Dantisco, vnus tamen iuenculus libertati fuit datus.

¶ Iisdem diebus litigabant Capitulares Lubicenses contra consulatū Luneburgensem, propter non solutionem certorum reddituum salinarium, sed cum magna iactura partis vtriusque.

¶ Eodem anno circa festum sancti Michaelis Commendator de Eluinghe, insidiosè & proditorie occidit cccc. viros de Dantisco, nanque venit quidam proditor ad Dantiscum dicens consulatui. Iam finis belli inter vos & ordinem est ad manus, quia Commendator de Eluinghe prope est cum valde paucis. Illi autem nimis creduli verbis mendacibus, sparsim & agitanter exhibant, & necabantur, atque ducti sunt captivi.

¶ Anno eodem occiderunt Ditmertici satellitem Holfatiæ Henricum Reuentlouwen cum vno seruo, propter pratium quoddam quod metebant Ditmertici tanquam suum, quibus occisis, alij in fugam conuersi sunt, Ditmertici vero pro pace ad regem miserunt.

¶ Eodem anno qui fuit annus secundus pontificatus Pij secundi, Nicolaus Cusa Romanæ Ecclesiæ sancti Petri ad vincula cardinalis, vir omni doctrina clarus, dum Ecclesiæ suæ Birenēsis iura actius tueretur, à Sigismundo Austria Duce capitur, & in decenti custodia tenetur. Hic est annus Frederici tertij xxi.

¶ Eodem anno Maumetes Turcarum Imperator, Christianis multa dispendia intulit.

¶ Anno domini 1461. fecerunt homagium ipsi Hamburgenses, regi Christierno quod Hamburgenses homagium vocari recusabant, sed tantum obedientiam, quia noluerunt subire iuramentum, sed tantum obedientiæ promissionem.

¶ Eodem anno Episcopus Verdensis, fautor prophanorum Luneburgensium in causa cōtra Capitulū Lubicense, cū haberet saluum conductū à Rege Christierno & à Håburgensibus, postquā recessit à Rege de Reyneuede, quidā sacerdotēs, scholares & pueri piccerunt lutū & lapides in eum tanquam in pphanum, in

Hamburg, quod indigne tulit, & ibidem consulatui, & similiter prædicto Regi desuper querimoniam fecit: Rex quoque pro eo ad Capitulum Hamburgense dure scripsit, sed sine vindicta transiit, quia actus puerilis fuit.

¶ Anno eodem Rex Danorum Christiernus venit in Suecia, in Stockesholmis, inquirere thesaurum quem Carolus iens in Dantiscum, ibidem apud prædicatores reliquit: Et fratres verbis Regis territi, prodiderunt thesaurum, & inuenit, vulgi relatione in certo nummismate, septemmillia marcarum, & vigintiduo vasa argentea, magna & parua.

¶ Eodem tempore fuit quidam legatus in Suecia, in causa contra Turcas, nomine Marinus, homo valde captiosus, à quo idem Rex Christiernus certo arrepto extorsit vltra octomillia marcarum, in finem, vt ipsius regis litteris & auctoritate, posset mulgere Suecos atque Normannos, salua media parte totius extorsionis pro Rege, Quod & factum est. O Hierusalem Hierusalem, das vniciq; partem, tunicamq; miro modo conscissam. O quales pastores, Idem Marinus Postea pontificatus est in Camyn, mala quidem sibi in hora, vt infra dicitur.

¶ Anno eodem, Magdalena, partim sopita & extincta est lis inter Capitulum Lubicense & Luneburgenses, sine lucro partis vtriusque. Sabbato tamen proximo post Luciae, omnia sunt planata, vt infra dicitur.

¶ Eodem anno decollatus est quidam minister consulatus Lubicen. & serator prætorij, dictus Wiszkendorp, propter subtile furtum, sub bona fide in consulatum commissum. Tenuit enim burcellos in aris effusione per angulos coram dominis, & quod manibus sic conclusit, furtim abstulit.

¶ Eodem anno, Assumptionis, Rex Poloniae venit in Prussiam, stipatus populo multo, quasi debellaturus vrbes & ciuitates ipsius ordinis, sed nihil factum est nisi in terrorem, & vt fieret verbum & fama per regiones de aduentu eius contra ordinem, propterea multas sustinuit oblocutiones, ideo in sui expurgationem remeavit, permanens ibi ad sex menses, insinuanque ordini, ipse esset ibi vt pugnaturus, si liberet eos venire, sed nihil fiebat.

¶ Eodem tempore, circa Michaelis, factus est insultus maximus in Dantisco contra consulatum. Habebant enim scriptorem, secretorum eorum ipsi ordini proditorem, quo punito, plures prodidit ciues, eiusdem criminis operatores, ideo scriptor idem cum certis ciuibus necatus est.

¶ Eodem anno, Fredericus Dux Brunswicen. cepit iv. currus de Lubek cum multis bonis, inter quæ erat argentum multum, quod erat legati Marini, de quo supra. Hæc facta sunt inter Northem & Gotinghe. Fuerunt & alij iv. currus, quasi eiusdem valoris, quos fere cepisset, sed decem ciuitates erant eis tuitioni. Dicebat ei Dux quod bona ista erant de Luneburg, ciuitate plena excommunicatione & maledictione, igitur, &c. Plures factæ fuerunt diætæ propter huiusmodi faciinus Frederici, sed ipse & pater eius, semper fingeabant se longius ituros.

¶ Anno domini 1462. Latare, Rex Christiernus plures conuocauit principes in Wisnaco propter suppressere ciuitates, tunc Lubek intraturus, petiit saluum conductum omnibus secum venientibus, quod consulas ei quasi disuictum negauit, sed tantum cccc. aut quingentis saluum dabat conductum, & cautissime ciuitatem suam custodiebant, non propter Regis discredentiam, sed propter regis & suorum custodiam, quos in saluum conductum recipiebant, Rex tamen contrarium obiecit proconsulibus in exitu ciuitatis, cum irent cum eo.

¶ Eodem anno habebant ciuitates Slauiçæ diætam cum Rege Christierno in Copenhauis. Trinitatis, vbi causabant super multis spoliis, eis & illis de Dantisco factis, sed nihil eis, sed tantum priuilegia vetera sigillauit.

¶ Eodem tempore pugnabant Bremen. contra Gherardum de Oldenborch, qui semper ciuitatum exitit pinguedinis deflorator, sed Rex Dacie eundem sine ope non dimisit, & multi ducti sunt captiui, & quam plures occisi ex vtrisque partibus, iuuante domino Comite Ottone de Hoya Bremenses contra Gherardum & Mauricium fratrem

fratrem eius, & circa Margaretæ obsidebant Bremen. castrum Delmenhorst ad preces & ad promissa Cſtriftierni regis Danorum. Succurrebant caſtro Wilhelmus de Brunſvik, & Episcopus Monasterienſis.

¶ Hoc anno habuit Moguntia pontifices binos ſimul & ſemel, eis in mala hora, vnum de Iſenburg, electum & confirmatum, qui non potuit ſoluere immenſam annatam quam Papa exegit ab eo, cum eſſet diœceſis exſplumata, voluit etiam Papa, vt iuraret quod nunquam conſentiret in conſilium futurum, quæ dum ſeruare noluit, dedit Papa diœceſim Philippo de Naſſov, & confirmationem, vnde ſtrages, magna Simonis & Iudæ, in Moguntia ſecuta eſt, per illum de Naſſow, poſtquam paſſus fuit ſuorum iacturam in campo, tribus proconſulibus Moguntinis conſciis criminibus ſuis vt veniret in ciuitatem ad populum perdendum.

¶ Hoc anno ædificauit conſulatus Lubicen. nouum horreum laterum circa Trauenam prope Eenſedelinghen, pro vtilitate ciuitatis.

¶ Eodem anno, circa Michaelis, illi de Dantiſco bellantes cõtra ordinem, gratia Dei freti occiderunt vltra mille viros, inter quos quidam miles ſamofus Vritze Runech, amicus ordinis occubuit, & plures captiuati ſunt ciues de Komgeſberghe, & aliunde.

¶ Anno eodem Sabbatho poſt Lucix pacificati ſunt, Lubicenſe Capitulum & Iuz litis conſortes, cum Luneburgenſibus, arbitris partis vtriuſque exiſtentibus, Episcopus de Lubek, & Episcopus de Svverin & Rege Daciæ Chriſtierno in Reyneuelde monaſterio.

¶ Anno eodem, Maumetes Turcorum Imperator, Chriſtianis multa mala inferit Mytilenem expugnat, & diripit, anno imperij ſui XII. & Pij Papæ anno IV. Frederici vero III. Imperatoris Chriſtianorum anno XXI. Anno autem ab initio mundi ſecundum Bedam, ſextomilleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo.

¶ Anno domini 1463. poſt trium Regum exibant inneruati Luneburgenſes de vinculis, & deducebantur in curribus vſque Viſen, quia nolebant ſubire ſententiam, vt ſemper manerent in domibus ſuis.

¶ Anno eodem Valentini obiit Theodoricus Colonienſis præſul, Comes de Morſe. Sedit annis L. poſt cuius mortem electus eſt Rupertus Comes Palatinus & Dux de Bauaria, quem Papa noluit confirmare, eo quod iam dederat duci Burgundiæ auctoritatem electionis & ordinationis Episcopi, ideo capitulum & vaſalli tradiderunt Ruperto caſtra & munitiones per diœceſim. Iſte Rupertus adhuc multa contra eccleſiam fecit, Burgundum adduxit, qui Nuſiam obſedit & fere diruit. ¶ Eodem anno Chriſtiernus Rex Daciæ, perſuaſus vt Sueciam intraret, plures ibi ictus ſuſtinuit cum ſuis, quia plures Hoſſati ibi fuerant captiuati, nondum liberi.

¶ Anno eodem facti ſunt amici Bremen. Comes Mauricius, Dux Wilhelmus, & Otto de Hoya, de quibus ſupra. Hæc diata facta eſt in oppido Verdenſi.

¶ Eodem anno feria IV. Paſchatis obiit Gherardus Archiepiſcopus Bremen. Comes de Hoya natus, homo ſimplex & pacificus. Deinde electus eſt per capitulum, Henricus comes de Swertzeburg: Iſ miſit ad urbem pro confirmatione, qua habita, glorioſe introductus eſt per xv. principes & alios plures vaſallos, victorioſus fuit, ſicut decet principem honeſtum.

¶ Anno eodem Dux Henricus de Pomerania, conductus præce ac precio, intrauit Gripſwaldis cum paucis, conſulatu ibidem conſcio, retro habens plures kumpannos militiæ, & coarcuit ciues ad ſibi homagiandum, & hoc totum factum eſt, ne vindicaretur occiſio traditoria ipſius Doctõris Rubenouven, hominis docti & valde discreti, qui præterita hyeme occiſus fuit in ciuitate, quia vitia quorundam detestabatur, voluit etiam idem eiicere ſuo mandato ad clandestinum conſulatus inſtinctum, omnes de ſanguine eiufdem doctõris, ſed recuſabant, donec eis obijceret legationum rationem, quare hoc fieri debebat.

¶ Anno eodem plures vaſalli Hoſſatorum facti ſunt profugi de patria, quia nõ

poterant soluere redditus, in suos manfos receptos, ideo ipsi iussores, scil. qui iubebant & fideiubere fecerant alios, immiserunt manus bonis eorum, vt se eriperent de dispendio irrecuperabili. Rex enim fuit in Svvecia, ideo ipsimet iudices erant, & vnusquisque fecit quod ei placuit.

¶ Anno eodem, Dux Saxonum Wilhelmus & Lantgravius Turingie duxit concubinam suam in vxorem, affirmans quod ante nunquam cognouit eam carnaliter, sed procurator non credit. Ante eam habuit in vxorem, Imperatoris Alberti filiam, qui & fuit Rex Vngariæ & Bohemiæ. ¶ Eodem anno facti sunt amici, comes Gherardus & Mauritius, frater eius, consociis Bremenibus, & tradidit Gherardus Mauricio Delmenhorst cum suis attinentiis, & ipse obtinuit Oldenborch, iam enim idem Gherardus multa fecerat de Delmenhorst Kopmanis. Et ideo ista concordia facta est, vt via regia coram Delmenhorst fieret pacifica.

¶ Anno eodem, altera die Margareta obiit Dux de Louenborch Bernhardus, sepultus in Ratzenburg. Hic suis in nouissimis iussit & mandauit Iohanni filio suo, vt seruaret pacem cum ciuitatensibus vicinis suis, alias eum deuoraret, quod tamen sæpe transgressus est, sed parsum est sibi propter pauperes villanos.

¶ Eodem anno Papa Pius, iunctis cum Philippo Burgundionum Duce, Venetisque foederibus, aduocata principum concione, Turcæ Christi hosti, bellum publice indicit, misitque legatos ad diuersas mundi partes, cum plenaria peccatorum remissione pro subsidio, vnde multi vasalli de partibus inferioribus proxima ætate urbem Romanam & ad Anconam ascenderunt, simul & plebei cum villanis, & Papa ista ætate, scil. anni 1464. iuit Anconam eadem de causa, sed Burgundus cum aliis principibus ibi non est visus. Ibi que Papa spiritum efflauit, & apud Deum non sine fructu mansit, dedit etiam potestatem viris religiosis exequendi ad huiusmodi bellum, literis suis indulgentialibus. Summus Pötifex, beatissimi Andreae caput antequam exiuit, processionaliter cum clero ad urbem tulit, magna cum deuotione, quod Thomas Palæologus obtulit.

¶ Anno eodẽ, circa Margareta, cõmunitas in Dantisco, clanculo voluit occidere cõsulatum, q̄ vir magnæ p̄bitatis indicauit cõsulatu in sede cõsulatus, & capti sunt principales huiusmodi facinoris, & cõfessi sunt q̄ huiusmodi tradimẽtũ tractauerunt mutuo iv. annis plusquam cum quadringẽtis ciuibus, vnde plusquam lxx. decapitati sunt, præsertim potentiõres, deinde cõsulatus vnumquemq̄ talem monuit, vt conscij facinoris talis, ciuitatem indilate exirent. Postea obsederunt castrum & opidum Mewe, quod vicerunt circumcissionis Domini.

¶ Eodem tempore, Laurentij, duo proconsules Gripiswalden, Dieterich Lange, & Nicolaus von der Oesten, conscij mortis domini Henrici Doctoris Rubenouwen proconsulis volebãt dare saluum conductum duobus nequam, occisoribus eiusdem Doctoris, iussu præfatorum proconsulum, ad quod cõmunitas cõsentire noluit, vnde disponebãt illi duo proconsules decapitare xiv. de sanguine Rubenouwen, igitur fautores eiusdem Rubenouwen vocata cõmunitate vna cum certis de cõsulatu concluderunt, vt occiderent illos ambos proconsules, quod & factum est, postea rotauerunt eos, vt boni cõmunis proditores. Ecce, en sanguis eius exquiritur.

¶ Anno eodem venit Martin⁹ Legatus de Suecia, vbi in tertium morabatur annum, & pergens de Wismaria Lubek, perdidit ante Greuesmolen sacculum cum iv. millibus cc. & xl. florenis Rhenensibus, quos quædam paupercula inuenit, offerens viro suo, vnde ambo iocundati sunt, se vestientes & debita sua soluentes, & inde eis otiebat suspicio, vnde Dux Henricus de Mekelenburg fecit pecuniam ab eis exigere, & præstabant. Venit ergo Legatus ad Ducem, repetens pecuniam, & dicens quia esset Papæ & Ecclesiæ contra Turcam: Respondit Dux: Quid me monetis? cum nihil in manibus meis dederitis. Legatus ergo licet esset argutus, nihil tamen profecit, sed nuda manu rediit.

¶ Eodem anno, circa festum Thomæ Apostoli volebant Pomerani traditorie
cum

cum mille & sexcentis equis adunati, vsurpasse ciuitatem Kolberghe, cum non esset nisi pax inter eos, quod innotuisset ciuitati. Cum autem misissent 17. scallas ad muros, proconsul Peter Sleaf ascendit turre cum ciuibus & cum lapidibus, abegit eos multum dolentes, scalis in muro dimissis, proiectis armis, lignibus, fossoriis, dolabris, & aliis ferramentis. Huius facinoris caput fuit Dionysius de Oesten miles. Hæc proxima nocte post diem Thomæ, recedentes autem de ciuitate, incenderunt ciuitatem, & bona omnia diripuerunt. Cum autem Kolbergenses essent se vindicaturi exercitu multo, vicinæ ciuitates, Stargard & Stolpe, se interposuerunt, & pacem fecerunt.

¶ Anno eodem, altera die Lucia, consulatus Wisuarien. seniore proconsule nomine Petrum Langelohan deposuerunt, dicentes quia falsas literas cõfecisset, qui diu in Lubek morabatur, Wisuarienses vero filium suum clericum, qui postea factus est decanus Suerinen. miserunt in turrim, sed ipse Deo sibi propicio, eis dormientibus exiuit, & Romam ascendit. Postmodum Lubicen. eundem Petrum reintroduxerunt, & filius eius ab actione quieuit, & facta est concordia. Dux patriæ etiam fouit eum.

¶ Anno domini 1464. ipso die circuncisionis illi de Dantisco acceperunt castrum & ciuitatem Meluinghe, quia intus exeuntes propensius retinere non poterant in fauorem ordinis, exhibant autem, saluis corporibus & bonis.

¶ Eodem anno circa carnispriuium Iohannes Dux de Louenborch, matrimonio duxit filiam Frederici, Marchionis de Brandenborch, quã introduxit Hæticus Dux de Mekelenborch cum sua Duxissa, & matre ipsius sponse, Marchio vero cum suis non comparuit.

¶ Anno eodem, venit Lubek Episcopus Cretens. missus à Papa Pio, cum magnis indulgentiis, vt fieret expeditio contra Turcam Maumetem, & multo nisu intentum obtinuit. Et ditiores ciues de Lubek proxima æstate plures armatos miserunt ad Italiam, ascenderunt etiam quidam maiores de Lubek, & quidam vasalli, cum multis aliis, sed eis venientibus in urbem, & demum in Ancenam, inuenerunt Papam infirmitate grauatam, expectantem Regem Franciæ: Ducem Burgundiæ, &c. qui promiserunt se venturos, sed auolauerunt in antiquam siluam, quia scriptum est, Nolite confidere in principibus. Tandem Pa-pæ ex mœrore obiit, data populo licentia, & indulgentiis confirmatis, vt redirent ad propria, principes ei non ascenderunt, nec naues expeditæ erant, ideo facta est confusio.

¶ Eodem anno reductus est Archiepiscopus Vpsalen. in Sueciam, quem captiuum abduxerat Rex Christiernus in Daciam, sine causa, vt dicebatur, quia dilexit regem, sed susurrone tunc sicut nunc floruerunt, & Sueci reuocauerunt regem Carolum de Dantisco, petentes veniam ab eo, eo quod abiecerant eum. Qui reuersus, fidem non inuenit, ideo requie se dedit, & de regno amplius se non intromisit, quia Episcopus Vpsalen. plus fecit eos adhærere Christierno.

¶ Anno eodem, post octauas Paschæ, Episcopus Lubicen. Arnoldus, consulatus ibidem, cum certis de capitulo Lubicensi, iuerunt Dantiscum nauigio, expensis multis, pro pace firmãda inter dominum Regem Polonia, & Ordinem, & ciuitates Prutenas, & vsque Assumptionis tractarunt, sed nihil profecerunt, quia illi de Dantisco Regem informabant quod missi à consulu Lubicen. fouerent ordinem plusquã iustitiam, ideo non permisit eos in suam venire præsentiam. Postea tamen sub eisdem articulis tunc exaratis, concordati sunt. Ciuitates maritimæ Slauicæ, quæ huiusmodi dictam instruxerunt, prælati præfatis aduocatis morabantur in Thorne quasi in umbilico, sed in cassum laborabant.

¶ Eodem anno, & præcedenti immediate erat grauis pestilentia in Lubek, ac in omnibus finibus Alemanicæ, & in Dacia, Suecia, Liuonia & Prussia. Descendit enim de Rheno anno LXIII. nec recepit ista pestis curã medicinæ, sed sepius cõtrariis infirmi curabantur vltra spem, & durauit in Lubeke vsq; post Martini.

¶ Anno eodem miserunt Bremenses, illi de vulgo, circa natiuitatis Mariæ, tres proconsoles in turrin, & vnum consulem artauerunt in domum propriam sine exitu, dicentes quod proderent secreta ciuitatis ipsi Comiti Gherardo de Oldenborch, quia emittentes soldatos contra Gherardum, sepe vlulando remeabant, habebant adhuc plures causas contra eos. In proximo tamen ieiunio eruebantur, non sine tallis, licet delictum non fatebantur.

¶ Circa idem tempus obiit Otto Dux Stettinen. & Frederic⁹ Marchio Brädenburgen. obtinuit patriam ab Imperatore Frederico III. dicens non alios esse heredes, & cum reuersus esset, & homagium peteret, obstiterunt sibi Dux Ericus de Pomerania, & Dux Wartslaff de Wolghast, prohibentes vasallos, nec ei homagium prestarent, quia ipsi heredes patriæ existerent, quamobrem postea plura bella commissa sunt.

¶ Eodem anno post Michaelis obiit Fredericus Episcopus Magdeburgen. natus Comes de Bichelinghe, vir simplex & bonus & multæ deuotionis reformans multa monasteria, vtriusq; sexus, post cuius mortem electus & vocatus est in Episcopum, Episcopus Monasterien. Dux Bauariæ, vir bonus, & modestus, quia sic fieri petiit idem venerandus pater Fredericus, suæ egritudinis in lecto. Iste Monasterien. fuit vir bonus sed indebitatus, ideo indignati sunt Capitulares in eius recessu, sperabant enim quod cum eis perpetue voluisset pernoctasse.

¶ Anno isto eodem, Cosmas de Medicis suæ ætatis eius Florentinus maximus, operibus permaxime felix, obiit in villa Coragio prope Florentiam, qui fuit pater omnium Florentinorum atque patricius, maxime pauperum.

¶ Pius quoque, Pontificum summus, itineris iactatione & febre fatigatus, Anconæ x. Kalend. Septembris, gloria ingenti vita functus, Romam solenni funere offertur, ad quem, eo adhuc spirante, Dux Venetorum cum multis Venetorum maioribus solennibus nauibus venit.

¶ Eodem tempore circa Michaelis, cum Wernerus de Bulow, castrum Hitzker circa Albeam inhabitaret, & prædonibus Magnopolen. iter tutum suis etiam nauibus præberet in terram Luneburgensium, venit Dux Otto de Luneburg. Wenero absente, & vsurpauit idem castrum, quod & finaliter obtinuit, multis tamen depredationibus vicissim commissis, sed proximo in ieiunio firmata est pax.

¶ Anno domini 1467. Paulus secundus, natione Venetus, in summum electus est pontificem, in numero pontificum c cxx. annis sedit VII. elegantis staturæ fuit, libens aurum vidit. Iste est annus imperij Frederici tertij xxvi. ætatis vero totius mundi, sextusmillesimus sexcentessimus LXIV.

¶ Eodem tempore Sundenses multa perpeffi mala à Duce Pomeraniæ & vasallis diuersis, creauerunt novos proconsoles xv. ad arma valentes, quia alij xv. gradæui erant, equitare non valentes. Exierunt ergo potenter cum Gripiswaldensibus, & multa prædonum latibula destruxerunt, & combusserunt, castrum etiam Torghelow, prædonibus plenum, eis valde nociuum, solo æquarunt, & malignis de medio sublatis, facta est pax, pacem quærentibus. Habebant enim campiductorem validum de ducatu Luneburgensi.

¶ Anno eodem circa carnispruium venit Gherardus Comes de Oldenborch in Holsatiam, & monitis vasallis, suis fideiussoribus, vt darèt sibi xl. millia marcarum de patria, quia sic diffinitum fuit, quando frater eius Christiernus factus est Dux in ducatu, & Comes in Holsatia, qui dum non haberent vt soluerent vsurpauit sibi castra patriæ, connuente sibi clanculo Christierno, dicens quia ipse verus haberetur heres, & dulci affatu contraxit fauores & amicitias quasi cum omnibus. Veniente ergo Rege post Pascha ad scripta Holsatorum, coram Kilonæque diætâ seruata, cum ciuitatibus & militia patriæ, facta est Gherardo noua cautio super certis terminis, & quieuit paululum.

¶ Eodem tempore Rex Poloniæ cepit Marinum legatum, & multis cum explumauit thesauris, quo audito arrestata sunt bona sua in Lubek existentia per fiscarium

rium Papæ Henricum Pomert, canonicum Lubicen. Demum per Regem Dacia. Habuit inter cetera plures libros, quos à Danis & Suecis argute abstulit. Hos credebantur Gothi abstulisse de vrbe Romana & circumcirca, quando urbem deuastrarunt, anno domini cccclxxviii. Finaliter tamen cessauit fiscarius Papæ & nuncius Regis omnia obtinuit in Lubeke & Luneburg, ponēs fideiussores commissariis bonorum de indemnitate Marinus nō dedit Regi quartam partem prouentuum, vt promisit, igitur, &c.

¶ Anno eodem Assumptionis Mariæ, Bremenses vna cum Episcopo Monasterien. inuasērunt populose terram Gherardi de Oldenburg, & vsurpabāt vnam Ecclesiam, quam sibi Gherardus firmavit in fortalitium & domū refugij, muneribus enim & precibus allexerunt Bremenses eundem Episcopum sibi in litis consortem. Gherardus vero timore concussus, treugas petiit, compromittens in Episcopum Verdensē, & ducem Ottonem de Luneburg, timuit enim obsidionem ipsius Oldenburg sed tamen in conclusione fuit minus bene contentus, sed obstrictus quieuit.

¶ Eadem ætate cepit Benedictus de Aleuelde quendam Comitem de Mansfeld, in ducatu, qui quidem Comes associauit dominā ingenuam Dorotheam, relictā Ducis Adolphi, quando reuersa est de partibus Turingiæ in Holsatiam. Fuit enim consanguineus eius, ideo ob eius reuerentiam iuit cum ea. Eadem Dorothea fecit querimoniam coram Rege Christierno, qui præcepit verbo, vt dimitteretur, sed Benedictus nouit Regis mentem, & requisit ab eodem comite iv. millia florenorum. Sic reddita sunt mala pro bonis, ipsa enim educavit Regem, Gherardū & Mauriciū fratres, tempore eorum iuuentutis, in domo Adolphi. In fine licentiatus est, vt partes peteret, pro pecunia colligenda, quod & fecit, & diu in Lubek mansit.

¶ Eodem tempore fuit portus in Trauemunde emendatus, multis cistis cōnexis, cum lapidibus in aquis mersis, & euidenter portus profundatus est. Hoc exemplar visum fuit à legatis in portu Dantischi.

¶ Anno eodem placitarunt Lubicenses & Anglici in Håborch, super damnis, quæ passus fuit Kopmannus in Anglia, sed Anglici nolebant tractari, ideo alia diata instructa est.

¶ Circa idem tempus venit in Lubek Dux Iohannes de Louenborch, cum Episcopo Razeburgensi & quibusdam aliis, vt audiret litteras sigillatas quas habuit consulatus super Molne, quibus lectis, contristatus est, intelligēs quod ius suum esset breue, postea adduxit patrem vxoris suæ, Marchionem Fredericum, qui cū audisset literas, silenter recessit, consulatu non salutato, statim post inuentionis sanctę crucis, vt infra anno domini 1467.

¶ Eodem anno erat tumultus maximus in Gallia, ita vt in ciuitate Parisiensi vno die vltra trecenta millia populi sumerent arma, Carolus enim iunior regni, fauente sibi militia, egit contra regem.

¶ Anno domini 1466. in vigilia purificationis Mariæ, quæ fuit Veneris obiit dominus Arnoldus Wistfael, Decretorum Doctor, & Legum Licentiatus valentissimus, Episcopus Lubicensis xxii. vit perutilis diœcesi, & deuotus, qui sæpius in officio suo amarissime fleuit, & electus est magister Albert⁹ Krummediek, de sanguine militari Holsatorum, vt dictum est in summario pontificum, Hic in vigilia Michaelis quæ fuit dominica, consecratus est, & magnas fecit expensas, prælatis eū coronantibus, toti capitulo, toti consulatui, & vasallis Holsatis & Magnopolensibus iiii. & amplius diebus, in curia Episcopali.

¶ Eodem anno in ieiunio receptus est Comes Mauritius de Permud, à Lubicēsis in armiductorem, fuit enim firmissimus equi ascensor atque sessor, post mortem ipsius Clamoris Busch, militis de Wistfalia, qui obiit in Lubek, anno 1464. in peste, qui recepturus cereum in agone dixit, da mihi nunc hastam finalem.

¶ Anno eodem spoliati sunt currus in Røzeborch, in hospicio, circa Albeam, qui

qui venerant de Frankfordia, à quibusdam vasallis de Magnopoli, non tamen duce Henrico confcio, vt dicebatur, licet quidam serui sui intererāt, & distraeta sunt bona pretiosa, coralli, piper, cericum, margaritæ, &c. Et Lubicenses irati sunt valde, eo quod hæc in foribus fierent, timuitque Dux, & consternatus scripsit domino Duci Iohanni de Louenborch, vt exordiretur cum Luneburgensibus diatam eadem de causa, ne Lubicenses ad modum formicarum effunderentur. Et post multa pacificati sunt, bonis soluendis certis temporibus, præsentibus ciuitatensibus in Slukop, fideiussoribus à Duce datis. Dehinc relata sunt bona illa partim à vasallis in Schoneberch, pro dispersis vero bonis dixerunt fidem solutionis ipsi fideiussores, vt dictum est.

¶ Eodem tempore multa mala intulit Dux Fredericus ipsis ciuitatibus trans Albeam. Ideo post Paschalia firmissimum inierunt mutuo foedus ipsi ciuitatenses, & econtra multa damna & incommoda, soldatis vocatis ipsi Frederico intulerunt.

¶ Anno eodem inneruatus est Magister Iohannes Lange Iohan à Wismarginibus, qui postea factus est Suerinen. Decanus.

¶ Eodem anno domina Dorothea, relicta domini Adolphi Comitis de Holsatia, intrauit Turingiam, vnde orta fuit, committens Rendisborch, & omnia sua, ipsi Nicolao de Prato, vasallo & aduocato suo. Ea enim absente, venit Gherardus Comes de Oldenborch, & vsurpauit omnia eiusdem nobilis dominæ bona, vitalitia in tota Holsatia, immemor omnium bonorum sibi & fratribus suis ab eadem ingenua domina impensis. Quæ cum reuerteretur, flens & ciuilans querulando apud Regem Daciæ Christiernum vix obtinuit, vt eidem singulis annis aliqua pecunia mitteretur de eisdem bonis, & dehinc reuersa est ad Turingiam.

¶ Anno eodem circa festum Michaelis pacificati sunt Pruteni & Ordo, & Rex Danorum Christiernus extorsit graues precarias ab ipsis Holsatis, licet in sua electione seriose promiserit, in multis annis suis primis, non sic se facturum.

¶ Eodem tempore erit consulatus Lubicen. Ritzerouwe curiam cum suis attinentiis, à Iohanne Ritzerouw, qui meru Ducis de Louenborch huiusmodi bona alienauit, quia multa mala sibi intulit idem Dux.

¶ Anno eodem, circa festum sancti Andreæ ciuitates trans Albeam diffederāt ipsi Wilhelmo duci de Brunswik, eo quod fouit ducem Fredericū filium suum, valde hostilem ipsis ciuitatibus.

¶ Eodem anno, Primores Florentini concertabant de prioratu, & vulgus in horribiles scinditur partes.

¶ Isto eodem anno, Summus pontifex Paulus secundus, publico consistorio Georgium siue Ghericum Bohemiæ regem hæresi damnat, dignitatemque à regno priuat.

¶ Anno domini 1467. Comes Palatinus cum multis principibus voluit carnifriuate in Colonia, in finem, vt traditorie vsurparent ciuitatem, sed eis saluo conductu dato à consulatu, diuina dispositione euenit, vt quidam ibidem infirmaretur Lantgrauus de Ghemen, qui faciens sibi conscientiam magnam de huiusmodi tradimento, confitebatur sacerdoti huiusmodi delictum, iniungens sibi quod statim eo sublato, admoneret consulatum, quod & factum est, vnde ortum est murmur magnum, quod dum innotuit principibus, negatiuam dabant, consulatus tamen singulis noctibus vltra quadringentos armatos ordinauit custodiæ ciuitatis, & Astroth obtulit.

¶ Eodem anno dominabatur Comes Gherardus de Oldenborch in Holsatia, vt Marscalcus domini Regis Daciæ, & Rex obligabatur Lubicensibus in magna summa pecuniæ, præstitis fideiussoribus de Holsatia sub certo pacto. Reuoluto autem termino moniti sunt, vt intrarent Lubek, nec exirent, nisi solutione facta prout pacti sunt, & sic factum est.

¶ Anno eodem reuertebatur Marinus de Frageno Legatus, vt reciperet bona,
ciui-

ciuibus in Lubek & Luneborch commissis, & nemo sibi dabit, quia Rex Dacie approximaui huiusmodi sibi per cancellarium suum vt supra patuit, anno lxxv. comminabatur Marinus sententias excommunicationis, sed nihil profecit, quia mulgere desistere noluit.

¶ Eodem anno, inuentionis crucis, venit Lubek Marchio Fredericus cum Iohanne de Louenborch, propter Molne, vt dictum est supra anno lxxv. Fecit tamen consularatus custodiri per soldados Molne, & circumfodit vallo nouo Bergherdorp.

¶ Anno eodem post Paschalia, ciuitates trans Albeam, hostiles ipsi Wilhelmo de Brunswik, propter Fredericum filium eius, exeuntes destruxerunt fortalium Welkenborg vsque ad solum, & oppidum Gherden ceperunt cum multis vasallis, rusticis & diuersis bonis. Principes in circuitu comperto ciuitatum serio, instruxerunt diætam inter eos. Dehinc in Quedelenborg firmata est pax, & Wilhelmus constituit pacis fideiussores.

¶ Eodem anno post Petri & Pauli reintroductus est Petrus Lange Iohan proconsul, cum omni honore in Wismariam, & filius eius cessauit ab actione contra Wismarien.

¶ Anno eodem, cum comes Gherardus de Oldenborch, vsurpasset Godtorpe, Hanrouwe, Zegeberch, Rendisborch, &c. insurrexerunt maiores patriæ contra eum, aliis regi vt domino, aliis Gherardo adhærentibus. Tandem Rex compulsus venit, & facta diætâ, Gherardus caute ante Zegheberch tenetur, & vt castrum ascendat in custodiam, iubetur, quod sibi satis displicuit, ibi diu in custodia permansit.

¶ Eodem anno Iacobi magna fuit diætâ in Nurenberga, misit enim ibi Papa Legatum vnum Cardinalem, & vnum Episcopum, vt admonerent Electores Imperij, ac principes & ciuitates, vt Turcæ resistentia fieret cum primis. Hoc ipsum scripsit & Imperatori Frederico Tertio, qui huiusmodi sepius obaudiuit, quia militiam non coluit. Plures tamen principes non venerunt. Ideo præfixa est alia diætâ trium Regum.

¶ Isto eodem anno circa festum, Matthæi Apostoli, ipsi Luneburgenses, adinventionibus studiosi, de scitu domini Ducis sui Ottonis, horribile erexerunt theloneum de omnibus bonis, eis vt ipsi affirmabant, ab Imperatore Frederico concessum, sed diu non durauit, quia contra omnem rationem fuit.

¶ Eodem anno post Michaelis dominus Otto Dux Luneburgensis, duxit in vxorē, filiam Comitis de Assouw, morantis in Brabantia, cum xxx. milibus marcarum, in quodam castro Zelle.

¶ Anno domini 1468. Lubicenses, Hamburgenses, Luneburgenses, atq; Wismarginenses nouum nummismâ grossorū fecerunt. Et Rex Danorum Christiernus circa Iohannis Baptistæ, cepit quatuor onustas preciosasque naues ipsis Anglis, cum multis bonis, eo quod occidissent eiusdē præfectum anno præterito, in Islandia.

¶ Eodem anno Bohemi pugnabant populose contra Imperatorem Fredericū Tertium in Austria, sua paterna hæreditate. Ecce aquilæ volatus quomodo est accurtatus, vt proprium non defendat nidum. In fine tamen finali congregauit Imperator Fredericus vltra quatuordecim populi millia, quibus cognitis Gersicus, siue Georgius Rex Bohemiæ, factus est profugus cum suis filiis duobus, & cum toto exercitu suo. Rex quoque Vngariæ insecutus est eos, & plurimos occidit, dominus tamen de Myfzna & Comes Thuringiæ & dominus Albertus Marchio, minus oderunt Bohemos hæreticos istos, licet contra mandatum domini Papæ Pauli, non sine culpa eorum, alias rex Mathias, Rex Vngariæ, omnes hæreticos istos, in quodam incendiasset monasterio, quod cum iactura populi sui obsedit. Da munera summis, id wert wol recht dat dar krum is, & econtra.

¶ Anno eodem, circa Magdalenz Rex Danorum Christiernus, quosdam piratas mi-

tas misit ad mare, quasi contra Suecos ituros, qui honoris immemores, spoliabant quoscunque, vnde inter ceteras rapuerunt duas naues onustas cum bonis Lubicensium, vnam ex Suecia de Stokkesholmis, aliam ex Liuonia de Rigis venientes. Miserunt ergo Lubicenses prothonotarium pro eisdem bonis, sed quia complacuit Regi & Reginae in eisdem bonis, nihil abstulit idem Prothonotarius. Potentes potenter tormenta patientur. Sapientiae vi. Monuit igitur consulatus institores suos in Liuonia, & permansit vnusquisque in loco suo, quo viso, maledicti isti mare deseruerunt.

¶ Eodem tempore ante festum natiuitatis Mariae, dominus Fredericus Marchio Brandenburgensis, intrauit terram Pomeraniae manu valida, vt supra anno domini 1464. & per tradimentum molendinatoris obtinuit castrum Veerrade, & Torgelouw castrum, & oppidum Ghaertze. Et in fauorem eiusdem Frederici Marchionis praedicti venit dominus Henricus Dux Magnopolen. & obsedit oppidum Trepetouw, iaciens ignea iacula, sed nihil profecit, quia erat oppidum bene munitum vasallis, ac victualibus & fossatis. Ignibus tamen in fine circumquaue vallati, intromiserunt ducem Magnopolensem Henricum, qui vero dimissis ducentis vasallis & soldatis in oppido praedicto, remeauit, qui omnes per Ducem Pomeraniae sunt captiuati atque occisi. Nam curru sophistice in porta contracto, intrauerunt Pomerani.

¶ Eodem tempore, Comes Gherardus de Oldenborch, frater Christierni Regis Danorum, leuauit immensam pecuniam in terra Holsatiae, sed tamen simplicitate vulpina.

¶ Item eodem tempore, post festum Martini Episcopi, merfus est quidam nauata dictus Vrome, iturus Reualiam cum multis institoribus diuitibus, & plusquam ducentis therlingis panni. Et factus est ingens luctus in Lubek.

¶ Eodem tempore ante Christi natalem venerunt xxx. Ditmartici Lubek, & nomine totius patriae eorum cum Lubicen. foedus inierunt ad x. annos.

¶ Anno eodem Leodium vrbs Germaniae populosissima, a Carolo Burgundionum Duce, praesente & fauente Lodowico Francorum rege, expugnatur, diripitur, & incenditur, quoniam suum ex sorore nepotem eorum praetulem in vincula coniecissent.

¶ Eodem anno, summus Pontifex Paulus metu ipsius Turciae patres Italiae pacificare sub poena excommunicationis enisus est.

¶ Item, Maumetes Turcatum Imperator & Machometi cultor, Syrios, Aegyptiosque magno praelio superat, regni sui anno xiiii.

¶ Anno domini 1469. Imperator Fredericus religionis gratia, media hyeme Romam veniens, magnificentissime a summo Pontifice susceptus, donatusque existerat.

¶ Item, eadem hyeme Iwanus Axel miles Suecus, obsidens duo castra Sueciae, in quibus erant fautores Daciae Regis, profugatus est a rege, deinde in Daciam veniens abstulit ei Rex Daciae ultra ccc. viros, inter quos multi de sanguine militari.

¶ Eodem tempore Palmarum, Holsatorum maiores queritabant de violentia ipsius Gherardi comitis in Holsatia, ipsi consulatui Lubicensi, & nisi Lubicenses resisterent, mansos etiam eorum & villas inuaderet. Inuit ergo consulatus foedus cum eis, vt eis esset auxilio defensionis, sed in fine finali extiterunt consulatui satis ingrati.

¶ Eodem anno Philippi & Iacobi erat communis diata in Lubek, fere omnium ciuitatum de Hansa, causas propter diuersas.

¶ Anno eodem dedit Papa Paulus magnas & plenarias indulgentias, omnibus auxilia ferentibus contra maledictum Georgium Regem Bohemiae, & Matthias Vngariae Rex magnam eiusdem exercitus partem concutit, ac regni plurima parte priuat, iuuantibus eum certis Germaniae, Pannoniaeque principibus, Pannonia, pars est Hungariae, conterminaque illi. Collecta est enim magna pecunia

cunia ad cistam in maiori Ecclesia, sed noctu, validi mendicantes exteri aculeo viscoso, omnem istam pecuniam piscati sunt, ideo quidam de illis postea in aliis partibus rotati sunt.

¶ Item eodem anno Petri & Pauli Apostolorum maiores Holfati, & Ditmartici, inierunt fœdus cum Lubicensibus.

¶ Anno eodem venit Marchio Fredericus de Brandenburg, circa festum Iacobi iterum populose in terram Stettyn, licet minus iuste, occurritque illi fautor eius Henricus, Dux de Mekelenborch, turma cum multa, similiter & Dux Stargardie Vlricus, cum militia & vulgo, & obsederunt multa debellandi & destruendi sperantia oppidum Vkermunde, super Oderam situm, in hunc finē, ne ipsi Stettinenses frequentarent mare. Duces vero Pomeraniæ, scilicet & Bardenfes fratres, habebant multam militiam in Vkermunde, protelabatur autem obsidio usque post festum natiuitatis Marię virginis, cum fame & miseria satis magna ipsorum obsidentium. Miserunt autem pro victualibus sexaginta currus, quos omnes cum soldatis iunctis, apprehenderunt illi de Ankelem, quibusdam occisis, aliis vero captiuatis, inter quos consulum erat vnus Wismargensis. Fuit enim in prædicto Vkermunde oppido monachus vnus multum ribaldus lagicus, nigromanticus, magister bombardarum, valens sagittare omnia quę voluit, licet inuisa. Tandem autem Rex Poloniæ misit ad partes vtrasque vt cessarent, quia esset eos concordaturus amicabili compositione, aut ipso iure, quod & fecerunt. Et proximo anno sequenti idem Fredericus, Marchio de Brandeburch, incurrit amentiam ex vecordia, eo quod non egit prospere.

¶ Anno eodem, Michaëlis, venit Christiernus Rex Dacię Lubek, cum Gherardo fratre suo, cum tribus Episcopis & militia multa, sperans quod Sueci essent venturi, vt ordinatum fuerat per Lubicen. vt eum in regem pacifice susciperent, & morabatur octo & amplius diebus ibi, quibus sæpius tractatum est, vt institutoribus refunderet magna, eis per se & suos illata, & noluit, tamen perseverantia consulatus permotus, cessit vt daret xxv. millia marcarum, quibus protunc caruit, ideo impignoravit eis Kilonem, cum suis proventibus, in finem, vt darent adhuc Iohanni Rantzouwen, tunc morati in vrbe Kilonis v. millia marcarum, vt eis cederet, & sic factum est, & venerunt proconsules de Kilone, Rege præsentem, facientes homagium Lubicensibus, sic & vulgus lapsu alicuius temporis in Kilone fecit, & hoc totum factum est, vt Lubicen. dominarentur portui Kilonensi, casu quo orirentur bella. Nouissime tamen venerunt Sueci, sed cum Rege Christierno concordare non poterant, quia Regem Carolū abdicare simpliciter noluerunt ad vota regis.

¶ Eodem tempore dedit Rex fratribus Minoribus de obseruantia, de selle, vt construerent in monte ante Odeslo, quod postea eum pœnituit, & sic post multa cessatum est. Construxerant enim primum tuguria in oppido Odeslo, quod non licētiauit Rex. Pium & bonum est pios & timoratos hospitare, vt tamen Ecclesię parochiales veteres non pessudentur.

¶ Anno domini 1470. Rex Dacię Christiernus clanculo intraturus Sueciam tempore niuis, quod dum Sueuis innotuit, congregati sunt, & de populo Christierni vltra quingentos viros in via stricta siluatica occiderunt, inter quos multi erant militares.

¶ Eodem fere tempore, & ante, Turca fecit multos ex Christicolis abduci, flentes miro modo & eiulantes.

¶ Anno eodem venerunt in Lubek duo Comites, de Hennenberghe, & Mansveld cum literis imperialibus contra Gherardum de Oldenborch, qui spoliavit cognatam eorum Dorotheam, vxorem ducis Adolphi, dominā ingenuam suis vitalitiis, vocabatur ergo Gherardus ad Lubek pro audiendis litteris, sed ipse litteris auditis, satisfacere non curauit. Sed petiit sibi homagium fieri modico temporis interuallo, ab ipsis Frisonibus de Eydersteden, & circumeirca, ostensa qua-

dam litera Christierni Regis, fratris sui, continente vt iidem Frisones eum recognoscerent vt suum dominum naturalem, statim tamen post, scil. Philippi & Iacobi, scripsit Rex contrarium, in vna autem ipsarum anguis delirebat literarum, commune vulgus sibi homagium fecit, sed non illi de militia. Trinitatis ergo ad scripta Regina venit Rex, & certa diata seruata, & Rege querimoniam coram ciuitatensibus & militia, de re huiusmodi proponente, dixit Gherardus: Et ego sum heres patriæ. Iniiit ergo Rex concilium cum ciuitatensibus & consiliariis, & Gherardus nocte per inuia & deuia, hospite non salutato clam recessit, quia vidit contra se turbam tumultuantem, recessit ergo, & nunquam est ad eandem patriam reuersus. Hic quidam dicunt eum prius tentum captiuum in Zegheberch, in camera lapidea, longo tempore, vt dictum est. Et finaliter sub iuramento recusauit omni iuri & proprietati, quam in patria ista habere prius se asseruit, & sic ad proprios meauit mansos suos, nec tamen multum emendatus fuit. Confoederatis igitur, Rege, Holsatis & ciuitatensibus, liga fortissima, postea Rex iterum cepit homagium terræ, quod tamen Frisones præfati facere noluerunt, & illi ex Krempermersch, nisi arduo ciuitatensium persuasum, quia Gherardum inuiscerabant. Sic ergo adiutorio ciuitatum, factus est iterum rex Christiernus, dominus totius terræ, sed lapsu temporum obliuiscatur aliquantulum huius beneficij. Gherardus autem de Oldenborch reuersus ad lares non emendatus, construxit fortalium super Weseram, ad appellans soldados ad de prædandum Daciam, Sueciam, Holsatiam, Lubek, & Hamburg, immemor promissi & iuramenti, quod fecerat regi Daciæ fratri suo. Quo comperto, scripsit illi Rex quod desisteret, ne infamis fieret, & tota posteritas sua exul. Quia staret cum ciuitatibus in foedere contra Gherardum, fecitq; eis fidem, vt ea de causa indemnis permanerent, & sic timore seruili concussus, quiescit.

¶ Eodem anno ante Pentecostes obiit Rex Sueciæ senior, nomine Carolus, & factæ sunt dissentiones magnæ de Rege eligendo inter Suecos, quidam enim diligebant Christiernum, alij vero eum odio habebant, quasi verbis suis vigorem non tribuentem.

¶ Eodem tempore Fredericus Marchio incurrit melancholiam maximam, eo quod ad vota sua actum non fuit in terra Stettin, persuasum ergo suorum adiit Fræconiam, vbi Albertus frater suus, Burchgrauus de Nurenberg, dedit sibi annuos redditus, & partem terræ illius, & Iohannes filius Alberti descendit in terram Frederici, ad gubernandam eam in sua absentia vsque ad hyemem, quando reuertebatur, sed capucium tenue de capite suo non recessit, postea voluit querimoniam dare coram Imperatore, eo quod non obtinuisset terram Stettinensium, & vita functus, efflauit spiritum in alienis partibus, anno LXXXI. post trium Regum.

¶ Anno eodem Regina Dorothea iniit concordiam cum vxore domini Adolphi defuncti ducis Holsatiæ, vt acciperet eius vitalitia, scil. Rendisborch, & alia, & solueret retardata, scil. duo millia & c. florenos, ex parte Gherardi de Oldenborch, tempore occupationis illorum bonorum, dehinc annue octingentos florenos Rhenenses ad vitam relictæ domini Adolphi.

¶ Eodem anno Dux Iohannes de Louenborg excussit duas villas in diocesi Razeburgensi, & in Holsatia diripuit certa bona villanorum ipsius Valradi Ritzeouw. Fine finali oportuit eum damna refundere.

¶ Anno domini 1471. Turca Maumetes horrenda fecit in Christianos, ideo Papa Paulus multas processiones & stationes in propria persona pro Christianorum consolatione & redemptione Romæ seruauit.

¶ Eodem anno post trium Regum obiit Otto dux Luneburgen dimittens statum vnius & dimidij anni, & terra violentiis pressa est.

¶ Eodem tempore petiit Gherardus de Oldenborg Lubicen. & Hamburgem. vt ad placitandum properaret Bremis cum eo, eis vero ibi exeuntibus, petiit vt venirent

nirent ad eum extra ciuitatis munitiōem, sed ipsi dolum attendentes, noluerūt exire, voluit eos inneruasse eo quod interfuerunt, quando resignauit Holsatiam.

¶ Eodem tempore circa carnispriuium, accepit Rex Christiernus magnas præcarias à terra Holsatiæ, non contentus quod frater suus Gherardus, idem præterito fecerit anno, & venit Lubek in ieiunio, & conduxit soldados, & in Sueciam post Pascha iuit cum eis, & pauci reuersi sunt, quia maximū agebatur ibi bellum ita æstate.

¶ Anno eodem, Georgij, fuit magna diætā inſtaurata à Papa Paulo & Imperatore Frederico Tertio. Miſit ergo Paulus cardinalem Senen. Picolonincum in Ratisbonam, & multa pro Christi fide vtilia ibi tractata sunt, vna cum principibus aliis, notauit tamen Imperator non aliud, nisi decimam.

¶ Eodem tempore Bohemiæ occupator, non verus rex, Georgi⁹ morbo periit.

¶ Anno eodem concordati sunt Dux Wilhelmus senior, & filius ei⁹ Fredericus, ex vna, & Luneburgenses ex alia, qui diu stabant in differentia.

¶ Eodem anno obiit Vlricus Dux Stargardiæ circa festum Martini, & successit ei in hereditate Henricus dux Magnopolensis, nam Dux Vlricus posteritate caruit, quia sic concordabant ambo principes tempore valitudinis.

¶ Anno eodem circa Iacobi Henricus Episcopus Bremensis, domin⁹ de Swertzeburg, & Ecclesiæ Monasteriensis administrator, indixit bellum ipsi Gherardo de Oldenborch, propter interesse ipsius castri Delmenhorst. Tum quia deprædatus est idem Gherardus de castro Delmenhorst viam regiam, obsedit ergo populobunde per fratrem suum Ernestum Delmenhorst, & fecit etiam Lubicenses & Hamburgenses propter viæ regiæ pacem, litis consortes, cibatum est tamen castrum contra velle ipsorum obsidentium, ideo pater Episcopi treugas fecit, in finem vt Gherardus mundam viam seruaret: Quod tamen non fecit.

¶ Eodem anno, circa Assumptionis Mariæ facti sunt duo Episcopi in Ecclesia Hildensemensi in mala hora, scil. Lantgravius de Hassia Hermannus, & Henningus de domo, qui fuit Decanus Hildensemensis, quem Papa confirmauit, quia in propria persona, Romam ascendit, & in vrbe consecrationē meruit, quo reuerso, militares eiusdem diœcesis conspirauerunt contra eum, nolentes eum pro Episcopo habere, Capitulum tamen & ciuitas, Episcopus Verdensis, Dux Fredericus, fraterque eius Wilhelmus, antiqui Wilhelmi filij, adhæserunt sibi, sed Fredericus ex corde non diœcesim, sed seipsum dilexit. Ideo ex his & similibus postea in vesanum & amentem factus est, ita vt cōpeditus seruaretur à Wilhelmo fratre suo.

¶ Anno eodem Bartholomæi coronatus est Pragæ in regem Bohemiæ N. filius regis Poloniæ, quod indigne tulit Matthias Rex Vngariæ. Nam Papa & Imperator fecerunt sibi fidem de isto regno, eo quod mira fecit contra Turcam pro Ecclesia, ideo magnum exortum est bellum inter eos.

¶ Eodem anno Frederico Marchione extra patriam mortuo, venit Albertus frater eius circa Michaelis in Brandenborch, & honorifice receptus est vt verus heres. Voluitque occupare terram Stettinensem, sed concordatum est, multa enim mala postea fecit clero & exactiōes ita quod dictarent contra eum passionem, prout Euangelistæ scribunt de Pilato contra Christum, quod valde tulit indigne.

¶ Anno eodem, sexta Augusti, in diei crepusculo, solis post occasum, Pontifex c cxx. in numero, Paulus, in cubiculo, morbo apoplectico vexatus extinguitur, in cuius locum, nonis Augusti electus est Franciscus, Saona oriundus, vir vita & doctrina clarus, qui in ordine minorum, per oēs dignitatis gradus ad Cardinalatum peruenerat, & Sixtus iv. appellatus est, Ligur⁹ natione, anno Frederici Imperatoris xxxii. sedit annis fere xiv. multa bona in vrbe fecit, vicos amplificando & plateas omnes lapidibus quadratis sternendo, domusque Romanorum gloriose ædificando, adiutorio ciuium.

¶ Anno dñi 1472. post trium Regū, Gherardus de Oldenborg, acceptis l. florenis

renis Rhenensibus pro saluo conductu ab institoribus, qui multos pannos deuehebant vsque in Wildershufen, in Delmenhorst omnia retinuit, ac si saluum conductu non dedisset, eo quod Lubicen. ei damno fuissent, quando Holfatiam dereliquit, vt asseruit. Sed perdentur omnes qui loquuntur mendacium.

¶ Circa idem tempus apparuit cometes magnus per mensem Ianuarium, dirigens comam versus Zephyrtm, quem alij pericam, alij ascon dicunt. Hic miro modo mortales affecit præsertim in Francia, in Burgundia & circa Rhenum, de hinc fere per totam Europam, in fame, peste & bellis.

¶ Istis diebus, Luneburgenses ad inuentionibus studiosi, inuenerunt vt omnes qui habebant apud eos dominium vnius sartaginis, vel plurium, contribuerent pro sartagine nongentis marcas, aut annue tot marcarum darent consulatu redditus, scil. pro centum marcis, quatuor, & statim perciperet omnem fructum sartaginis in perpetuum, quod confirmauerunt iuramento, & q. omnes assumendi in consules essent huiusmodi iuraturi, nec decetero consulates violèter acciperet de quolibet sartagine sexaginta marcarum, sicut consueuerat, sed totum cederet possessori. Tali ergo ingenio subtili plures redemerunt sartagines suos, & vulpecula cautelose domunculam daxi siue Melote intrauit, quam non effodit. Insuper ipsi Luneburgenses in ieiunio, in exemplum corruptionis principum erexerunt magnum & dissuetum thelon, siue vectigal de omnibus bonis ibi venditis, aut traductis, auctoritate Imperatoria, sed Ephemera piscis modico tempore vixit.

¶ Eadem æstate miserunt Lubicen. multa preciosa bona, in certis nauibus per mare Balticum in Flandriam, iungentes eisdem bonis tres alias naues ciuitatis defensorias, multum egregias, sed in partibus occidētis, id est, in der Welinghe, traditorie & nequiter perierunt & combustæ sunt, nauium ministris existentibus in terris ad se inebriandum, per Anglos clam cum populo multo. Duas igitur secum duxerunt in Angliam, sed tertiam, scil. Mariæ Draconem, quia magna & difficulter mobilis erat, incenderunt, merces tamen in aliis nauibus preciosæ, venditæ & distractæ sunt.

¶ In proximo festo Pentecostes misit Imperator ardua scripta ad Lubek, vt tam spirituales quam seculares pagarent decimam, vt fieret iter contra paganos, verbo, sed obsarauerunt, & nemo illi dabat, quia scriptum est: Nolite sanctum dare canibus.

¶ Item circa idem tempus erectum est nouum vectigal in Greuesmolen, per dominum Ducem Magnopolensem Henricum, super bonis institorum, sed Lubicenses paulopost ab huiusmodi se eruèrunt.

¶ Eadem æstate incinerata est ciuitas Erfordia in magna parte, cū beatæ Mariæ virginis & sancti Seueri Ecclesiis, damnose valde. Lantgravius quidem Turingiæ exhereditauit quendam militem, nomine Abel Vicedom, iste conduxit xrv. incensores inter quos principalis erat monachus ordinis sancti Benedicti, comprehensi enim sunt & horribiliter puniti, & necati prout merebantur, inquisitio etiam facta est pro Abel, sed eminus ambulabat.

¶ Anno eodē, circa natiuitatis Mariæ venit Lubek, filia Imperatoris, vt dicebatur Constantinopolitani, cum equis & curribus iam despōlata regi Moschauræ, nec patebat ei iter securum per Vngariam & Poloniam, honores & propinæ factæ sunt ei, sed dum in regnum venit, immemor fuit omnis beneficii impensū, nā animauit regem contra totam Liuoniam & Kopmannum, cauta, ingeniosa & arguta fuit, sed colore fusco, nauigio iuit Reualiam, deinde itinere Torpatum in cuius confinibus exceperunt eam honorifice Rutheni.

¶ Anno eodem, circa natiuitatis Mariæ Frisones clam vocauerunt Comitem Gherardum de Oldenburg, vt, si veniret Hussem fieret dominus terræ, venit ergo cum armis & populo, nauigio, & domibus ædificatis de magnis truncis, sed in fine victoria non est potitus, quia venit Rex sine mora, & petitis auxiliis à Duce Magnopolensī, & ciuitatibus Lubek & Hamburg, expulsus est Gherardus,

rardus, & nocte clanculo recessit, huius vero mali autores, fecit Rex quosdam rotari, quosdam decapitari, & quosdam deplumavit.

¶ Anno domini 1473. circumcissionis Domini fuerunt maximæ niues longo tempore. Eodem tempore orta est dissensio Lubicensium & Hamburgensium contra Luneburgen. ex parte vectigalis erecti, pro quo dabant Imperatori decem millia florenorum, & Alberto Marchioni de Brandenburg, quinque millia florenorum. Rex etiam Daciæ vetavit sal Luneburgensium vendendum in regno suo. Hoc audito, Luneburgen. suamiserunt musicalia in saccum, & cessavit tempestas vectigalis.

¶ Anno eodem circa festum Pentecostes, Dux Burgundionum Carolus fecit multas strages in terra Ghelrye, in Zutvelde, Nymweghen & Vynlo.

¶ Eodem tempore Paul^o Beneke de Prussia accepit preciosam nauem siue triremem, id est, eine Galleen, ante portum Swen, eo quod visitare voluit Anglos. Nemo ergo voluit huiusmodi nauem intrmittere, nisi Stadenses, quo bona ista sunt pro leuiori precio distracta, in fine principalis eiusdem nauis aufugit, quia callidus Lombardus fuit. Depost omnes sunt excommunicati, qui huiusmodi preciosos pannos & alia nobilia de nauis emerunt, licet hoc fieri ciuitates sub magna prohibuerunt pena, sed Euę pomum est interdictum, & tamen ab ea comestum, in mala hora.

¶ Anno eodem ciuitates maritimæ & Pruteni habebant diætam in Traiecto circa festum Pentecostes cum Anglis, & facta est pax cum Rege Franciæ, deinde cum Anglis.

¶ Item eadem æstate Elerus Stake vasallus Holfaticus, est coram Lubeke propter depradationem in sua iuuentute factam, decapitatus, & sepultus apud prædicatores in vrbe circuitu.

¶ Anno eodem ante Michaelis, Imperator Fredericus III. & Burgundionum Dux Carolus, conuenerunt in Treueri, valde preciose cum multis principibus & militaribus, feceruntque moram ibidem quasi vno mense. Dux Carolus, postquam vsurpauit Ghelriam, ab Imperatore Frederico petiit sibi dari territorium Ghelrense, quod habuit pignori ab antiquo Duce Ghelrensi, vixit enim adhuc heres eiusdem patriæ iunior. Ergo Carolus captiose petiit, nihilominus obtinuit intentum. Petiit etiam coronari in Regem, quod quidem non obtinuit, sed clanculo facta sunt inter eos sponsalia, inter filium Imperatoris Maximilianum, & filiam Caroli, quod & effectum consecutum est, forsan in detrimentum ciuitatum, in fine tamen discesserunt cum displicentia, quantum ad oculum vulgi.

¶ Anno eodem post Andreæ, obiit pacificus & Illustris Dominus, Dux Henricus de Brunswik, postquam præfuit terræ suæ plusquam XL. annis in pace & mansuetudine, cuius opes stabant in ouibus & bobus: Ecce alter Iacob, post cuius mortem, electus est frater eius Wilhelmus, secundum quod idem Dux optauit in lecto ægritudinis suæ. Si tales foueret terra principes, cuprum verteretur in aurum, & non aurum in scoriam, & vinum in aquam, Isaia cap. I. sicut modo claret. Ideo veritate stante sacræ scripturæ, vix pauci inter mille saluabuntur.

¶ Anno domini 1474. post trium Regum Christiernus Rex Daciæ, & Dux de Louenburg ascenderunt curiam Romanam, ad Papam videndum, sic mutauerunt cælum, quantum ad corporum eorum motum, sed non corda, quia surgit Lazarus iam consuetudine foetidus, non nisi cum Christi magno clamore. Iohannis XI. cap. venerunt igitur ad Imperatorem Fredericum III. Regem Daciæ oppido venerantem, obtinuitque rex ab eo dominium Ditmarciæ, & vt Ditmarcia, Holfatia, & Stormaria, esset ducatus vnus ipsius eiusdem regis, & iterum concessit illi noua locanda vectigalia super bonis Kopmanni in districtu Regis, non obstantibus aliquibus priuilegiis Lubicensium, Hamburgensium siue Luneburgensium. Alberto Marchione existente in causa, vt in fine ciuitates diuorciarentur & humiliarentur. Nunquam tamē huiusmodi vsus est, nec Ditmartici eum

pro domino recognoscere voluerunt: Inde venerunt ad Ducem Mediolanum, cum multo honore, deinde ad Urbem, honore cum maximo, & Papa Sixtus IV. soluit eius expensas in curia. Manebat enim in palatio Imperatoris in vrbe, deditque illi Papa donaria multa preciosa, resamque conseruauit illi, quam latere impartiri consuevit. Fuit enim Romanis maximæ reuerentiæ, quia scuerunt eum esse Regem Gothorum, siue Gethorum, qui iam & Sueci sunt, à quibus olim vrbs deuicta est, anno scil. domini CCCLXXVIII. Sed iam senesces, vix equiualent troie duces. Descendendo ergo rediit ad Albertum Marchionem apud Francones, conuersando ibique vsque Iacobi. Ultra etiam omnia donatiua cōcessit mutuo magnam pecuniam in Mediolano, quam postea legatis post eum missis, non ridendo soluit.

¶ Eodem anno ad quindenam post Circumcisionis, facta est dieta inter ciuitates & Anglos in Traiecto, & sigillatum est iterum ciuitatibus à Rege Anglorum, vt institores Angliam libere suis cum mercibus peterent obtentis nouis priuilegiis cum veteribus: Rex namque iste, virtuosus fuit & dilector æquitatis.

¶ Anno eodem post Paschalia, decapitabatur vasallus quidam ante Lunenburg. Ludolphus de Bodendik vespilio, cum seruo suo Hasenbalch, captiuati primū ab illis de Vltzen: Multa etenim mala fecerunt in via regia.

¶ Eodem anno post Pentecostes cōfœderati sunt Henricus Episcopus Bremensis, Lubicensis, Hammaburgen. & Monasterienses, contra Comitem Gherardum de Oldenborch, tali pacto, vt fœdus non rumperetur, nisi Gherardus satisfaceret vnicique de damno passo, & indixerunt sibi bellum, vna cum Frisonibus, & tetram eius intrantes, multa ardua fecerunt, castrum vnum nouum super Wesera constructum, solo æquarunt, & ibidem XL. captiuarunt. Item aliud fortalitiū nomine Herpsted, Lubicensis magna vi intrâtes, ibidem custodias habentes deuicerunt. Tandem Oldenborch obsessum & oppugnatum est xlv. diebus. His visis rogabant Episcopum, comes de Tekelenborch, comes de Hoya, Episcopus Osnaburgensis, Episcopus Verdensis, ne funditus Gherardum euelleret, ipsi enim pro eo fidem essent daturi, quod ad diatam esset venturus in Wildershufen ipso die Egidij. Episcopus vero eis condescendit, sed in diata omnibus comparentibus, Gherardus, vulpina simplicitate refartus, minime comparuit, quia satisfacere noluit, protelata est igitur diata vsque Walburgis, sed Gherardus idem permanfit, & mala continuauit.

¶ Anno eodem altera die Panthaleonis Carolus dux Burgundiæ obsedit Nuliam ciuitatem trans Rhenum, infra Coloniā, siue Agrippinam ad v. millia, sibi in mala hora. Nec deuicit eam, licet parua fuerit, quia Deus cæli ei astutit, ita vt Dux miraretur, quia terra, aquisque eam obsedit durissime, sed cum multa iactura totius populi sui. Quando tamen & multum gaudiose visiterunt eum Rex Daciæ, reuersus ab vrbe Romana Fredericus de Brunswik, Magnus de Mekelenburg, Iohannes de Louenborch Duces, & Comes de Reppyn, vna cum Gherardo præfato, sperantes quod omnes ciuitates idem Carolus esset eradicaturus, sed pluribus expensis passis, quidam eorum, hospite non salutato, cum mœrore recesserunt. Occupauitque eodem tempore, ipse Carolus idem, castrum Lys in oris Rheni supra Coloniā, in finem vt Colonienses extenuaret, sed castro occupato parum profecit. Tandem Imperator imploratus à Coloniensibus, quasi eos defensurus, Coloniæ approximauit, cum suis principibus & ciuitatibus anno videlicet 1477. inter quos erant sexenti viti de Lubek bene expediti, & Imperatori bene visi, sed Carolus Alberto Marchioni, & Imperatori, ostendit effigies quasdam leoninas in certis florenorum monetis, & cessauit quassatio. Vnusquisque autem iussu Imperatoris ad propria remeauit, sed cum mœrore, quia Carolum deglutiuisent, si permissi fuissent Imperator, Legatus Papæ, Carolus, Dux Saxonie Albertus, & Marchio de Brandenborch Albertus, luserunt sub pileo, sed fumus inter Machabeos factum rei declarabat.

¶ Anno domini 1477. hospite non salutato Comes Gherardus reuersus de Colonia, maceratus vsque ad costas, prædam abstulit Frisonibus ad tempus, at ipsi iter strictum, vbi erant ipsi ribaldi exituri cum præda, obseruantes, occiderunt abigeos istos ducentos quinquaginta, reliqui quoq; euaserunt nisi valido, quod Gherardo displicuit, postea ædificatum forralitium ad Weseram per eum, ne Bremenenses mare intrarent, Bremenenses destruxerunt, & xxv. nequam ibidem re-
pertos, ad cælos mittentes decapitarunt.

¶ Eodem tempore multa bella gesta sunt in superiori Burgundia per Sueuos, cõtra Carolum Burgundionum ducem, & suos.

¶ Eodem anno Papa Sixtus quartus instituit celebrari iubileum de anno xxv. in xxv. vt omnis huiusmodi gratiam ætas mereretur, prout Paulus, suus prædeces-
sor æris dilector, concepit.

¶ Item Iudæi qui Tridenti degebãt, furtim quodam puero Christiano arrepto, cui nomen Symoni viii. Kalend. Aprilis, qui dies Christi passionis fuit, in eo omnia passionis mysteria operati sunt. Quo diuinitus cognito, iidem Iudæi variis suppliciiis necati sunt, vt bene meriti. Corpoti vero ipsi pueri, ob maxima, incre-
dibiliaque miracula, basilica erecta est.

¶ Anno domini 1476. continuata sunt bella in Burgundia superiori, & rediit Dux Lotoringiæ de Rege Franciæ, videns Carolum Burgundum fere terrã suam occupasse, & deuicisse in diebus pacis & amicitia, foedus iniit cum Sueuis, & vicissim multa ardua egerunt fere toto anno, cæsusque est vtrobique populus in-
numerus, vbique terrarum confluens.

¶ Eodem tempore quidam ribaldus nomine Blikwedel, seruus Lubicensium, ab eis rationabiliter à seruitio emancipatus, & licentiatus, cepit deprædari inter Lubec & Hamburg. Vidensque deos sibi fauore non esse, post multa vt fumus e-
uanuit, postquam in Zegeberh per præfectum castri in vinculis coniectus fuit, & inde satis oblique dimissus contra velle Lubicensium extitit, regina existente in causa, quæ dixit illi fidem conseruationis corporalis, vt dicebatur. Sed ptimas sub scamno, nõ dormiuit sine damno: beatus qui gerit in humeris sanctum Da-
uidum, misit consulates Lubicensis ad eum iudicandum cum suis complicibus, scriptorem iudicij inferioris cum bedellis, sed passeres in donato volauerunt in
antiquam siluam.

¶ Eodem anno Petrus Bentze, præfectus domini Ducis Iohannis de Louen-
borch, captiuus ductus in Lubek, in bedolia est examinatus vsque ad mortem exclusiue, & sepultus in cœmiterio beatæ Virginis, quia plures pauperes Lubi-
cerfes occidit in vinculis in Louenborch, & sic incidit in lacum quem tetendit.

¶ Eodem anno, circa Pentecostes, fuit diata maioris partis Hanse in Lubek, cū
Coloniensibus, qui eiekti fuerant de Hansa, propter damna ciuitatibus illata per
eos in Lunden in Anglia, sed recompenfare damnum in mandatis non habebãt,
ideo ad aliam dietam compromittebant, sed hoc tantum propter tempus redi-
mere, proxime tamen post, restituti sunt ad Hansam, ob rogatum Cæsaris & E-
piscopi Treuerensis.

¶ Eodem anno Ioachim Moltzaen vasallus de terra Bardensi, captiuus ductus à
Duce Magnopolensi Magno, ex leui causa, explumatus est à Duce fere ad mille
& octingentas marcas. Postea idem Magnus duxit in vxorem, filiam Erici Ducis
Pomeraniæ. Instantibus ergo nuptiis in Stettyn, promisit Magnus clenodia cir-
ca sex millia marcarum. Venit igitur idem vasallus cum suis, & tulit omnia, quod
distorte sonuit in auribus Magni præfati. Sic obesse potuit, qui tamen Duci pa-
rum aut nihil valuit.

¶ Eodem anno Henricus Episcopus Monasteriensis, & prouisor Ecclesiæ Bre-
menfis, populose intrauit Amerland terram Comitum Gherardi de Oldëborch,
& ad vota sua successit. sed in exitu Bremenenses, qui tunc cum eo erant, non sibi
obtemperantes, sed proprio capiti innitentes, iuerunt cum præda, per quoddã
cespi-

caespitiorum, & ibi per eos quos spoliauerat, plures trucidati sunt, alij captiui ducti sunt in Delmenhorst, & maxime exactionati.

¶ Eodem anno incendio perierunt fere omnia tuguria Kopmannorum Lubicensium in Bergis cum strumulis pictillis ceterisque piscibus infinitis, nõ sine luctu Kopmanni, quodam Kopmanno existente in causa, dicto Hans Calueswynkel, cultore Cereris & Bachi, & sui iuuenes incinerati sunt.

¶ Eodem anno cessauit Luneburgensium vectigal nouum, de quo supra metum diffidationis aliarum ciuitatum, ventus quoque validus Subsolanus vehemensque, Frisones, Merfchmannos, nauesque innumeras confregit, terrisque impulit.

¶ Hoc anno in Morauia, id est, Meerland repertus est quidam Heremita, totus hypocrita, nam clanculo occidit, & foeminas oppressit, singulis tamen diebus virginem Mariam deuote salutauit, tandem in campis vnã villanam virginem opprimere voluit, quæ dum constanter clamauit, ô Maria adiuua me, erubuit ipse, ac eam dimisit, accepta sponfione ne cuiquam huiusmodi diceret, sed illa minime tacuit, ideo ipse apprehensus, ad ignem iudicatus est, qui dum tertio in ignem proiiceretur, semper de igne excussus est, quia sæpe clamauit, ô Maria miserere mei, cunctis audientibus clamorem suum, tandem ob tantam gratiam dimissus est, cum pœna proscriptionis, ne scilicet in ista patria vnquam compareret, speratur quod emendatus sit, ex gratia beatæ Mariæ virginis.

¶ Eodem anno multa mala fecit, expugnando Carolus Burgundionum Dux in partibus Lotharingiæ, sine finali victus cecidit, anno LXVII. trium Regum, percussus à rusticis.

¶ Item Iohannes de Monte regio, summus sui temporis Astronomus, à Matthia Rege Pannoniæ à regno pellitur ob scientiam suam, venit igitur in Nurenbergam, & ibi bene visus & contentus post VII. annos mortuus est ibidẽ, cuius nunc Almanach distrahuntur per mundum.

¶ Item Venetiis, Petrus Mocenicus Dux moritur, in cuius locum Andreas Vedrammynnus sufficitur.

¶ Item circa natalis Christi obiit Comes Palatinus, frater Roberti Episcopi Coloniensis, quem tamen quidã recusabant sibi pro Episcopo quasi periurum, & per consequens indignum.

¶ Eodem anno occisus est Dux Mediolanen. Philippus, siue Galeacius Maria in templo & festo sancti Stephani Prothomartyris, eo quod detinuit in vsum lubricum cuiusdam ciuis nobilis vxorem, & ab eo rogatus & correptus, non cessauit.

¶ Eodem anno, Rex Vngariæ triumpho magno & notabili potitus est de Turcarum Imperatore, & multis occisis, obtinuit famosam Turciæ ciuitatẽ Mosan.

¶ Anno domini 1477. ciuitas Stolpe in Pomerania est incinerata, similiter & Heerneborch, prope Lubek.

¶ Eodem anno Rex Angliæ videns audaciam & triumphum Sueuorum contra Carolum, iniit fedus cum eis sex annis.

¶ Item hoc eodem anno Sueui destruxerunt Reymund castrum & ciuitatẽ, totumque comitatum, eo quod Comes huius patriæ, fame XII. Sueuos interemit, quorum corpora postmodum in cãpum sine honore duxit. Et in tota Italia maxima caristia fuit, tonitrua, fulgura & grandines, ex certa Dei vindicta, quia quidam eorum iuuerunt Carolum, mittentes sibi multa preciosa in caballis, quæ tamen captiose omnia Sueui tulerunt.

¶ Eodẽ anno, Rex Fraciæ bellabat contra Flandrenses, Carolo mortuo, cupiens sibi subiicere ea quæ prius de ditione erant regis Fraciæ, renitebantur Flandreses cum Duce Geldriæ, sed profugi facti sunt, & Dux ex certa Dei vindicta ibidẽ occisus est, eo quod proprium patrem captiuum tenuit.

¶ Eodem tempore pessime stabat Imperator cũ Rege Vngariæ, & vicissim multa mala egerunt, & hoc in ciuitatum suppressionem.

¶ Eodem tempore iudicio ignis quinque ribaldi iudicati sunt in Hamburg, eo

eo quod fecerunt argentum sophisticatum, & cum eis vna vetula, quæ docuit inuenculas viros contra phas condormire, quam dicimus ruffianam maledictã.

¶ Circa idem tempus consummata est porta noua Holfatorum ante Lubek, vt discretio consulatus prouideret etiam nondum natis.

¶ Eodem tempore, agger siue vallum congestum est ante Lubek ad occidentem, & lapsu tēporis firmatum est fortalitiis. Fuerunt ista duo opera, ciuitati valde proficua.

¶ Eodem tempore fecerunt Hamburgenses vallum ad ciuitatis plagam orientalem.

¶ Eodem anno incinerata sunt Trauemūdis nouem vigenæ ædificiorum, cum ciulatu magno incolarum. Similiter & in Odeslo multa ædificia ignis consumpsit. Ignis enim non dicit sufficit, per combustibilium appositionem.

¶ Eodem tempore cessauit vectigal graue Regis Daciæ, qui desiderauit à quolibet lasta ceruisiæ, mediam vnciam argēti, sed ciuitates maritiæ, post multa placita cessarunt. Succi etiam eodem tunc licentiarunt à Rege Christierno, dicentes in eadem diætã Koppēhauis, non velle amplius Regi obligari in homagio præstito, quia sigilla sua propria irritaret.

¶ Eodem anno circa Iserenloo, in quodam antro cuiusdam alti montis, inuenta sunt maxima ossa, & capita draconum, per quosdam venatores, quos vulpes fugiens direxit ad antrum, maximo lapide clausum.

¶ Eodem anno filius Imperatoris Frederici, III. hominis inertis, Maximilianus nomine, venit Gandauum, ducens Mariam in vxorem, filiam Caroli Ducis Burgūdionum, qui Carolus iam occisus fuit à Sueuis circa Nansi ciuitatem Lotharingiæ, eadem hyeme trium Regum vt memoratum est, & sic elucidata exitit res, versa inter Imperatorem & Carolum, qui ad oculum vulgi cum indignatione discesserunt, temporibus retroactis, circa Rhenum, licet sese dilexerant.

¶ Eodem anno, quidam furunculi, quendam occiderunt proconsulem Colomen. cum sua conthorali in lecto proprio, auferentes aurum & argentum, nec inuenti sunt.

¶ Eodem anno, monachi ordinis minorum bacchinalia celebrantes, occiderunt guarduanum proprium in Stockesholmis in medio noctis, sape increpantem quod nimis studiose Bacchum colerent, dum matutinum intrare deberēt.

¶ Eodem anno Rex Muscauiæ, inuitatos fere omnes maiores natu Nougardie coram Nougardia, cautelose captiuauit, & in Muscauiam compeditos perduxit, & ciuitatem Nougardiam occupauit, & potentiores Kopmannos fere infinito auro & argento explumauit, suosque præfectos ibidem præferens, flauos & miseros effecit.

¶ Eodem etiam anno Imperator & Rex Vngariæ pacificati sunt ad faciem vulgi, sed funem non diu pacis factæ seruarunt. Rex Vngariæ natus non fuit de sanguine regio, licet militari, sed Imperator dedit sibi Vngariam, pro sola sua persona, sed immemor forsan promissi, Rex duxit filiam Regis Neopolitani in vxorem, & possedit vt iure hereditario regnum, ex quo magna valde fecit pro Christianis contra Turcum, & nec Papa nec Imperator sibi quicquam recompenfarunt, ideo merito sibi bene visum est, Imperatori nõ debere seruare promissa. Cum tamen Papa & Imperator multa sibi promiserant, victoriositatem ob suam contra Turcam, videlicet regnum Bohemiæ, alia quoque multa.

¶ Anno domini 1478. inter illos qui salinam gubernabant in Halla & cõmunitatem, exorta est controuersia magna, ita vt eomunitate conscia, Dux Saxonix & Marchio Misznen. intrarent, & ciuitatem occupando & vsurpando, mittentes eosdem salinæ magistratus in custodiam, namque cæca nouerca totius pacis, discordia, natum nunquam felicem producit in orbem. Caueant ergo sibi ciuitates ab huiusmodi superbia & dissensione, quia Accon, Leodium, Zut-

Zutfeldia, Halla & quam plurimæ tales, per talismodi ancillantur, & more incedunt ancillarum usque in præsens, concordia enim nutrit amorem.

¶ Eodẽ anno Rupertus Comes Palatinus & Episcopus Colonienfis, noluit seruare promissa Ecclesiæ Colonienfis, ideo captiuum eũ duxit Comes, siue Lantgravius Hermannus, dehinc in Colonia Episcopatus, merito aut passus est idẽ Rupertus, quia eius medio intrauit hostiliter Carolus Burgundiæ Dux dicecissim Colonien. vbi multa commisit enormia, scil. ante Nulziam, in Zutueldia & Nymwegia, & sic de aliis vt dictum est.

¶ Eodem anno, Ioannes Dux de Louenborch, cepit quendam Danum militarem, & quendam monachum de ordine prædicatorum circa Albeam suo in districtu, volentes ire ad urbem Romanã pro peccatis, quaritur ergo vtrum Dux sit excommunicatus Etiam quia Simonem Lentzeman clericum, vicariorum Ecclesiarum Lubicensium executorem, in vinculis, iustissima in causa vicariorum, contra Deum & iustitiam occidit, & vt bestiam in reda ad sepulturam duci consensit.

¶ Eodem anno, Florentiæ sub summa missa, agnus Dei personante sacro choro, Franciscus de Patzem, famosus Florentinus, occidit virum optimum in Ecclesia sancti Liberti, Iulianum de Medicis, omnium Florentinorum præstantiorem, cuius frater nomine Laurentius vir toti orbi in optimis notus, vix euasit, armarium subintrans Fuit enim eodem tunc Florentiis Archiepiscopus Pisanus, cor suum nephandum, pelle ouina occulens, qui multos ordinauit armatos Florentias intraturos, in completionem tradimenti contra Florétinos, sed illi procrastinantes non venerunt, ideo idem Episcopus ibidem per Florentinos motu repentino sufflatus suspensus interiit. Vnde Papa Sixtus iv. indignatus, Florentinos luere fecit, sed bella post multa res sopita est, multo cum grauiamine ipsorum Florentinorum, qui licet iusti erant in causa, peccauerunt tamen in modo præcipites nimis.

¶ Eodem anno Iohannes Christierni regis Daciæ filius, & post patris mortem, Rex Daciæ factus, duxit in vxorẽ, Catharinam, filiam Ernesti, Ducis Saxoniz, & Electoris Imperij Lantgrauique Thuringiæ, circa natiuitatis Mariæ, quam Albertus, frater præfati Ernesti cum plurimis principibus, vna cum Episcopo Merseburgensi & militibus non modicis xxvi. curribus & equitibus variis, per Rostok duxit in Daciã. Et altera die Lucæ, die Lunæ reuertens, in Lubec famosam tenuit curiam diebus aliquantulis, hastiludens in foro, & ipso die Vrsulæ in propria persona in superiori prætorio, vespere hora viii. quod quasi inauditum fuit, equestre hastiludendo alium nobilem prostrauit. Lubicenses gloriose tractabant eum, satis tamen immemorem, cum ad proprios lares remearet. Altera die quæ fuit Veneris, recessit cum ccc. equitibus, per Magno-
polem & terram Prignitze repatrians.

¶ Eodem anno Archiepisc. Rigenf. Paulus, post multas iniurias passas, captus est à Magistro ordinis Bernharde de Borch, & custodiæ deputatus, postquam iam diu interdictum seruatum fuit in dicecesi, ob innumera ordinis mala, atque spolia in Ecclesiam Rigen. facta, cum iam diu causa pepēdisset in vrbe Romana, & lapsu temporis ferme tota dicecesis destructa est.

¶ Assambetus Hossion, Cassanus quoque, Rex Parthiæ, Persiæ, Mediæ, Mesopotamiæ, Armeniæ, &c. obiit, cuius filius maior, aliis fratribus interfectis regna patris suscepit. Veneti quoque, postquam annis xvi. Turcæ renitebantur, videntes eius audaciam atque fortunam, fœdus cum eo inierunt Nonas April. quod valde displicuit Papæ Sixto ix. Matthiæ Regi Vngariæ, Regique Neopolitano Ferdinando, patri Regiæ Vngariæ. Andreas quoque Venetiarius Dux, senio confectus, nonis Maij moritur. Cui xv. Kalend. Iunij, Iohannes Moccenicus successit. Sixtus vero Papa Florentinis aquam & ignem interdicit, quibus indies per Regem Neopolitanum & Comitem Hieronymum Papæ nepotem bella aptantur. Locustæ etiam per Italiam vagatæ, Brixiz agrum oppido deuastarunt;

starūt: Maxima autem lues per totam Italiam vagata est, adeo vt Venetiis, vltra xxx. millia hominum perierunt, & plura alia ibi sunt facta.

¶ Anno domini 1479. Maumeto Turcarum Asiæque minoris Imperatori, per omnia ad vota successit, Pannoniam, Hungariæ partem per maxime rapinis & spoliis rerum & hominum vexauit. Obsedit quoque castrum sancti Petri, quod in Licia Rhodiani possident, sed cum confusione propulsus est.

¶ Eodem anno ciues Eenbekcenses, semper in armis valentes, misere prostrati sunt, in fidiis malitiosis, à Henrico Lantgrauio de Hassia, domini Ducis Wilhelmi filio, & Comite de Staelberge, Comite quoque de Hoensteen, atq; Comite de Glichen.

¶ Rex quoque Franciæ Ludovicus, bellans contra Maximilianum Burgundiæ Ducem, perdidit de suis circa vii. millia, Maximilianus licet victor, duo millia virorum statim ad cælos misit, si tamen Sathanas non obstitit.

¶ Eodem anno, Matthias Rex Vngariæ pugnans contra Maumetem Turcarum Imperatorem occidit plusquam xl. millia Turcarum, quos Mahometus ilico in sinum Abrahæ destinauit, putas videbo? Matthias vero perdidit circa xv. millia, quorum pars maxima cælis est illata, quia pro fide & patria pugnabant.

¶ Eodem anno Rutheni Nougardenses multa mala commiserunt in partibus Liuoniæ, foeminas priuantes vberibus, & viros excentrantes, infantes palis sepium infigentes, quosdam in fornaces æstuentes mittentes, sed non longe post, Sueci de Wiborg intrantes Russiam, æquali lance plura soluerunt.

¶ Maumetes quoque classem in Apuliam misit, vnde plurimos homines, agris vastatis iumenta que abegit.

¶ Eodem anno Bernhardus Granensis Archiepisc. videns quod Matthias Vngariæ Rex duxit vxorem, filiam Ferdinandi Regis Neopolitani, contra promissum Imperatori Frederico Tertio factum, vt supra dictum est anno 1477. cum multo thesauro, ac corona, qua Pannoniæ reges coronantur, in Germaniam aufugit. Ideo Matthias Imperatori bellum mouit, sed nemo illi quid restituit, immensus enim thesaurus fuit.

¶ Maumetes etiam Turcarum Imperator ingenti classe, scil. octoginta sex triremibus siue galeydis, maximaque bellatorum vi Rhodum petens, nec quicquam iii. menses ibi moratus egit, tamen post multas castri, quod est in oriente, & ciuitatis, ecclesiæque sancti Anthonij impugnationes, partem sui exercitus maiorem amisit. Coelitus enim Christi edocti ministri, pugnâtes sine intermedio, maledictis Turcis fuere miraculo atque terrori maximo, vide infra anno proximo de indulgētiis desuper ad has partes inferiores datis. Passus est igitur Turca in isto bello iacturam xl. millium virorum & amplius.

¶ Eodem anno, in monasterio placitis seruatis, cōcordati & pacificati sunt ciuitates Sclauicæ, cum Hollandrinis de Amsterdā, & aliis ciuitatibus ibidem; propter multa damna quæ Hollandtini contra fas eis intulerunt: Initum est ergo fœdus & treugarum iter ad 24. annos, vt vicissim pacifice merces suas distraherent, quod Maximilianus sigillauit, roborans per omnem suum districtū, incipiendo treugas anno domini 1480. Philippi & Iacobi. Sine commutatione & mercium permutatione atque commercio, regna & ciuitates stare diu ibi eunde non possunt.

¶ Anno domini 1480. Bernhardus de vrbe Magister ordinis in Liuonia intrauit populose licet superuacue Russiam, tentoria sua expandens ante Pleseow, instinctu patris sui, multis malis imbuti, Simonis de Botch Episcopi Reualien. qui non notauit Ruthenos, sed episcopatum Tarpatensem, voluit enim esse vniuersalis Episcopus totius Liuoniæ, postquam multa mala egit in Ecclesia Hildensemensi, missus est à diabolo in Liuoniam. Sueci etiam intrauerūt Russiam ad 24. milliaria incendentes, depopulantes, & occidentes.

¶ Eodem tempore est pax firmata inter Papam Sixtum iij. & Florentinos, similiter quod & Veneti trium mensium spacio fœdus reuocarent, quod eū Turca fe-

ca fecerant, sub interminatione populi, & conuocatione ceterorum cōtra eos Christi fidelium.

¶ Eodem anno, præsentibus ciuitatibus in Rendisborg, ostendit Rex Daciæ Christiernus Ditmercicis infeudationem sibi factam totius Ditmerciæ ab Imperatore, qui responderunt Imperatorem male informatum esse, quia mortuo Comite ultimo illius patriæ sine herede, dedit Fredericus primus eundem comitatum, & comitatū Stadensem, Hartwico Archiepiscopo Bremensi, & suis successoribus, & sic non essent sine domino, & per consequens Rex male narrasset, & in perpetuum ibi essent mansuri, ideo firmatū est negocium ad vnum annum sub treugis, Rex tamen obiit, nec Ditmerciam intrauit.

¶ Eodem anno decapitarunt Hambrugen. xiv. piratas Comitis Gerardi, qui ypallagice, semper dilector pacis fuit, postea idem Comes captiuauit xxi. Kopmannos, à quibus sexmillia florenorum infiscavit, & vii. terlingos panni violenter obtinuit.

¶ Eodem anno, ante Kilonem, Rex Daciæ, ciuitatibus & militia patriæ præsentibus, strenue causauit contra quendam militarem, Henningum Poggewisch, qui inhabitauit castrum paruum Tundern in comitatu à Rege, pro xxv. millibus marcarum, quas ibidem inemit, eo quod iussit cuidam colono abscidinatum & aures, alios quoque capitari, eo quod contribuere nolebant ad vota sua, cuidam etiam mulierculæ villanæ, filius Henningi prædicti Wulfard^o nomine, abscidit vbera eo quod noluit proprium filium abdicare, & filium suum lactare, dicens, nec tibi, nec mihi lactabis. Idem Henningus veniam petiit, & facere emendam spondit, in quibuscunq; deliquit, etiam collo, sed gratiam non obtinuit, quia Rex furiose comminando equum ascendit, & Bardisholm adiit. Ipse vero Henningus cum paucis bonis Ducem Albertum in Gustrow adiit, sperans aliquando gratiam se accepturum interpositione principum, sed postquam se donis explumauit, ibidem quasi in exilio obiit. Rex vero omnia bona sua in Holsatia obtinuit, & possessionem suam delicatā valde, Verwe dictam, circa oppidum Oldenborg solo æquauit, non tamen sine pœnitentia. Cū poteris quod vis probat virtus te tua quid sis.

¶ Eodē anno deiecit Rex Ioachim Rantzouwen de castro Plone, quia diuerfas exercuit violentias, post mortem Nicolai patris sui, nec pecuniam recepit quam pater eius Nicolaus in Plone inemit, quando rex Christiernus receptus est per Holsatos in dominum terræ.

¶ Eodem anno Bartholomæi, Rex Christiernus præsente Episcopo Lubicensi Alberto & ciuitatibus, in Zegheberghe habuit calculum & rationem cum suis nobilibus, suas vrbes possidentibus & suis fideiussoribus, & inuentum est quod sceneratorie adauerunt calculo Regis contrafas ducenta millia quadragintaquinque millia marcarum, & dixit Rex: iustum debitum certis terminis soluā, vsuram vero nunquam, & sic factum est, quibusdam tamen modicum aut nihil soluit.

¶ Eodem anno ante Michaelis, venit quidam Iohannes de Cardona Comes & præceptor ordinis sancti Iohannis Baptistæ in Rhodo, non tamen principalis, cū plenariis indulgentiis, quas piissime Papa Sixtus iv. distribuit, propter Turcam fere in tota Europa, nec Papa exors huius collectæ permanfit, & merito, quia multos sumptus fecit vt Rhodianis proficerent in salutem. Est enim Rhodus insula per brachium maris à Licia, quam inter ceteras terras, pessimus Imperator Turcarum possidet, disiuncta, habēs in suis oris multas alias insulas, sub Rhodianorū ditione locatas, & est Rhodus quasi clausura & fortalitiū totius Christianitatis, distans ab Hierusalem ducētis milliaribus Teutonicalibus, inter Aquilonem & Subsolanum, vel paulo plus.

¶ Item Comes Hieronymus nepos Papæ, Ceruiam Venetorum oppidū proditione tentauit, postea Veneti vt Papam placarent, eum comitē cum præfato, sibi socios reddidere. Iudæi quoque Motam oppidum incolentes, quod est in fini-

finibus agri Taurizani & Fori Iulij, haud dissimiliter, quã annis superioribus Tridenti egerant, puerum mactauerunt, quorum tres Venetiis, atroci, sed merito supplicio, concremabantur.

¶ Eodem anno Matthias Pannoniæ Rex ingenti exercitu Misiam, quam nunc Walachiam dicunt, populose ingressus est, tamẽ nihil memoratu dignum fecit.

¶ Eodem anno exercitus Maumeti, valida classe, multisque hominum millibus Apuliam adiit, & ibi xvii. die Hydruntum expugnat, Episcopum quoque ciuitatis Stephanum prouectæ ætatis commendabilem virum, apprehensum in processione, corpusque Christi pro gratia Dei impetranda gerentem viuum excoeriant, totum clerum & senes, caballis subpeditant, iuuenes abducunt cum fœmellis innumeris, quibus ad sua vota vsi sunt. Ideo Pãpa totis contremiscens præcordiis, suis scriptis prouocat omnes principes sibi vicinos, vt propter viscera misericordiæ Dei, & consideratione nouissimi iudicij, contra Turcam exurgant. Sed heu plumbea corpora ingentia, nunquam aut difficulter mouentur.

¶ Eodem anno, Ludowicus, Gallorum, siue Franciæ Rex, mittens ad Burgundiam armatos fere innumeros contra Maximilianum Ducem Burgundiæ, postquam Doblenses fere hominum regis præfati necarunt circa xxx. millia, pluribus pecoribus missis, Doblam solo fecit adæquari. Matthias quoque Rex Vngariæ eodem tempore, multa memoratu optime digna gessit contra Turcam, vt tandem Boffinam, quæ olim Pannonia inferior dicebatur, à Maumeto eriperet.

¶ Anno eodem statim ante Christi natalem, illi de Wildershufen, quoddam fortalium Gerardi Comitis de Oldenborch dictũ de Vleschborch, obtinuerũt, & vnã Ecclesiam, quam soldati eiusdem Gerardi inhabitabãt, prædium siue fortalium solo æquabant, Ecclesiam autem cum multis nequã incendebant, & vltra xl. metu ignis fugientes captiuabant, nec propter hæc Gerardus se deuiantẽ reuocabat, similis merito lupo inueterato.

¶ Anno domini 1481. post Christi natalem Rex Scytharũ, qui & Muscauiæ Rex, factis treugis cum Imperatore Tartarorum, populum innumerũ misit in Liouoniam: Qui ibi dictũ horrenda in viros & fœminas facinora innumera commiserunt, quam plures viros & fœminas abduxerunt, etiam de sanguine militari, & forsan eorum exigentibus pactis quia ferme omnes militares Liouoniæ ciuitates destruere ibidem disponebant.

¶ Eodem anno Rex Muscauiæ, conuiuentiam habẽs cum principibus Litauia, effecit vt Rex Poloniæ, homo virtuosus, cũ Regina & filiis vnã cũ omnibus Christianis de ritu Ecclesiæ Romanæ, clanculo per principes Litauia occiderentur. Sed concilium Achitofel regi innotuit, & circa Michaelis plures de principibus fecit decapitari, cum esset eorum verus dñs semper Deum præ oculis habens, licet istud hominum genus, pluribus cõsuevit implicari vitiis. Ideo nemo feliciter audeat diutius in curiis conuersari principum. Nam Petrus Apostolus quam cito venit in atrium principis, multipliciter peccauit. Matthæi xxvi.

¶ Eadem æstate spiritus exutus cuiusdam ciuis Lubicentis, honestæ cõuersationis in platea Brunstrate dicta, sæpeuicib⁹ apparuit relictae suæ & domesticis suis, desiderans ab eis peregrinationes perfici, reuelans quod etiam piissima elemosyna non prodest, nisi fiat de iustis bonis, adiecit quoque, quod multi testamentarij condemnabuntur pro mora & obliquitate sua. Relicta vero eius vota ipsius cum multis impleuit, ideo de post non comparuit.

¶ Anno eodem Gregorij, quidam Gripswaldenses in cœmiterio digne lapidabant Episcopum suum Caminensem, qui fuit eis intrusus per Papam. Fuit enim diebus priscis legatus indulgentiarum in Daciam, Sueciam, & Holsatiam, & miro modo explumauit populum dominum, erat enim insatiabilis vorago, vt dictum est supra. Baptisabatur enim Marinus de Frageno Italus, & anhelauit ex Episcopatu ad Cardinalatum, eo quod Papæ manus pecunia indulgentiarum

repleuerat. Qui dum urbem remearet Romanam acturus contra suam dicecesim, dum diutius esset litispendentia, die octaua Iulij cum morore, spiritum in urbe efflauit, & Astaroth tenet eum. Fecit enim magnam sua in dicecesi parcialitatem.

¶ Eodem tempore Archiepiscopus Rigen. misit literas excommunicationum per quendam Lippoldum præpositum Rigen. contra Bernhardum de Borch Magistrum ordinis in Liuania, & suos cõplices, qui suis malitiis quasi totam Ecclesiam Rigen. deuastabant, & clericos cuiuscunq; religionis propulsabant, Episcopum seniorẽ in custodia tenebant. Qui quidem Lippoldus dum diligẽtiam executionis perageret in Lubic, & aliis ciuitatibus, tandem in Prussia veneno extinctus est. Monachus enim peruersus deficit præ omnibus deficientibus, & si proficit Monachus bonus, melior eo homo non est.

¶ Eodem anno Ferdinandus Rex Sicilia restituit omnia oppida Florẽtinis ablata, vno solo excepto, quo ab his fœderibus staretur. Filius quoq; eius Alfonso, multis prius acceptis cladibus, suis suorumque copiis Hidruntum q̄ tunc Turcõ occuparunt, valida obsidione cinxit.

¶ Eodem anno v. Nonas Maij, Maumetes Græcia Asiaq; minoris Imperator, dum in orientis expeditionem proficiscitur, post ingentia facinora, terra mariq; gesta, non sine veneni suspitione, in exercitu suo moritur, anno imperij Constantinopolitani xxvi. mense xi. die quinto, ad cuius exequias tota concio gaudet infernalis. Post cuius mortem, cladibus non modicis peractis, Baizetus maior natu filius eius, fratre suo Zaliabo fugato, vtrunq; imperium tam Constantino-
politanum, quam Asia minoris obtinuit.

¶ Istis diebus Matthias, Rex Pannoniæ, id est, Vngariæ, omne imperium Turcarum euicisset ex Danubio, si campiductor Frederici III. Imperatoris, eum nõ molestasset. Ideo oportuit eum redire, & se ab Imperatoris copiis defendere. O quam subtiliter ignit diabolus per principum superbiam, dicebat tamen Imperator, hæc se ignorasse. Spoliatus est tamen Baizetus Imperator Turcarum, per prædictum Matthiam, & Stephanum Misia, id est, Walachia inferioris Episcopum, tota Misia superiori. Qui dolens damno, Rifanum oppidum è manibus Pannoniæ Regis istud eripuit.

¶ Anno domini 1482. Aureus numerus, i. interuallum VII. cum v. diebus concurrentibus, litera dominicalis F. Ciclus indictionalis xv. Huius anni tempore hyemis Rex Hungariæ & Bohemiæ diffedarunt principes Misnen. propter motum nituis, mineram argenti continentis.

¶ Eodem tempore, in Februario treugas inierunt Rigen. cum ordine, postquam vicissim in multis se expugnabãt, turres, mœnia & ædificia bombardis & machinis dirimendo & conterendo, sed Ordo pacem non seruauit.

¶ Istis diebus calum valde extitit serenum, ita vt à septima Februarij, i. Esto mihi, vsq; post Pasche non plueret in his partibus, licet Palmarum modicum ningerat, ex quo Misna graui caristia est percussa, sed in partibus stagnalibus, postea frequentius pluit, ideo fertilis annus extitit, emebatur enim tonna butyri pro v. marcis, quæ anno præterito valuit xi. aut xii. marcas, pestis enim maxima fuerat in armentis.

¶ Eodem anno 14. Aprilis, ipsa dominica Quasi modo geniti, obtinuit Archiepiscopus Bremen. fortalitium à comite Gerardo, dictum Westerborch, tribus occisis soldatis de suis.

¶ Eodem anno, Dux Magnopolen. Magnus, nescio quo spiritu ductus, vsurpauit officium barbitonorum, præscindens multorum capillos, quod & sui attentare cum exteris volentes, sæpius sauciati, & aliquando occisi sunt.

¶ Eodem anno post initium Maij, obiit Episcopus Suerinen. N. de Pentze, claudicans, sed multa prudentia in temporalibus refulgens: Fuit enim de sanguine militari. In cuius locum in vigilia Visitationis electus est vtriusque Iuris Doctor

ator Conradus Losten, canonicus Lubicen. & Suerinen, qui postea dominica Latere consecratus est in Burzow.

¶ Eodem tempore 29. Aprilis facta est pax inter Maximilianum Ducem Burgundiae & Episcopum Bremen.

¶ Eodem tempore maxima fuit pestilentia in villanis Liutoniae, desolatis & exterminatis à Ruthenis, qui fugientes ob inedia in Reualiam, obierunt singulis diebus l. aut lx. vt bestiae desolatae, non sine culpa Magistri ordinis Bernhardi de Borch.

¶ Eodem anno xxxi. Aprilis iii. hebdomadis post Pascha, incipiebatur cancellaria Lubicen. antiqua destrui. Anno enim praeterito aprabatur lapides caesi pro fundamento postium & murorum.

¶ In eodem ieiunio captiuarunt Bremen. xl. piratas comitis Gherardi qui pacem eisdem promissit, sed minime seruauit.

¶ Eodem anno vii. Maij concordati sunt Dux Iohannes de Louenborch & Vicarij Lubicenses, quem iam diu excommunicatum denunciarunt propter non solutionem certorum reddituum de fortalio Tremelsbuttel, in Holsatia.

¶ Item xvii. Maij, hora vii. post prandium, die Veneris, fuit partialis solis Eclipsis, quam aestimauerunt Astrologi significare mortalitatem, qui tamen sapius parcunt veritati. Vnde dicit Polycratus, & post eum Rhodoricus, Episc. Zamorenf. in speculo humane vitæ c. xxxviii. quod ista ars est quaedam impietatis disciplina, quia in contumeliam Creatoris Astrologi planetis & constellationibus actus humanos, ab arbitrio dependentes impingunt, cum tamen secundum Ptolomeum, eorum magistrum, sapiens dominetur astris. Vnde quidam illorum habent aliquando vxores impudicas, qui tñ non de suis vxoribus, sed de aliarum mulierum impudicitia coniectant. Pompeius, Crassus & Iulius Caesar, ab omnibus fere Mathematicis, & Astrologis informati sunt, quod claro fine in propria morerentur, ferro tamen omnes caesi, duoque ex his longissime ab Italia inhumati sunt, ferarumque moribus expositi. Sed heu ab eorum disciplina & praenosticis mens humana, futurorum auida, auerti non vult, cum tamen sciat, quod si aliquo euentu veritati semel applaudant, centies mentiantur, vt latius declarat B. Gregor. in homilia super illo Matth. ii. Cum natus esset Iesus in Bethlehem.

¶ Eodem anno, cadens de caballo vxor Maximiliani Ducis Burgundiae, & filia Caroli à Suenis occisi, cum esset in venatione moritur. Homo cum in honore esset, non intellexit, & non dedit gloriam Deo.

¶ Eodem anno Christiernus Rex Daciae spiritum vltimum in Koppenhauenis efflauit xxii. Maij. non cum mœrore multorum, fuit tamen naturaliter mansuetus & bonus, sed lupi sibi praecinuerunt, & ipse succinuit, & in eius locum electus est Iohannes filius eius, tam in Dacia quam in Holsatia, sed Holsati elegerunt cum eo fratrem suum, vltimo natum, Fredericum nomine, sibi in Comites & Duces.

¶ Eodem anno circa Paschalia apprehensus & iudicatus est quidam archifur, ordine presbyter in Wismaria, qui paulatim sibi vendicauit furando, vltra l. millia marcarum in his partibus stagnalibus. Hunc Iohannes Perkentin Episcopus Rarceburgen. vit ingenuus iudicauit in Wismaria, & incarcerationi in Schoneberch, & distributa sunt bona in manus, testimonia sufficientia & inter signa exhibentium, de bonis sibi subtractis, non tamen omnes tales ad propria remeantes redibant, quia affatura macra, de qua nil pingue resultat.

¶ His diebus cepit caristia magna, ita vt modius siliginis pro vii. sz. emebatur, existētibus certis vasallis & Kopmannis auaris in causa, qui omnem annonam harum partium sibi ementes, miserunt in Flandriam, quo causa guerrarum & bellorum ingens caristia viguit, ita vt vna lasta tritici emebatur pro centum marcis & amplius.

¶ Eodem anno vi. Idus Augusti, Sixti, scil. Pape, canes Ecclesiae beatæ Virginis mordendo occiderunt tempore noctis puerum octennem, manentem in eadem Ecclesia dum serabatur.

¶ Eodem anno feria II. post Assumptionis, exiens Episc. Monasterien. depopulavit terram Gherardi de Oldenborg, dehinc post multa, Delmenhorst obsidetur ab eodem Episcopo, & fratre suo Guntero, prouisor diocesis, qui & ibidem occisus est. Rursum die Fabiani & Sebastiani, Episcopus castrum ad sua vota obtinuit, & facta est pax strata regiæ, & nisi rogatus fuisset idem Episcopus à certis principibus, eundem Gherardum cum filiis simpliciter exterminasset.

¶ Eodem tempore Calixti Traiecten. dura ab Hollandinis obsidione premūtur, ideo post multa erumpentes de ciuitate, quam plures occiderunt de hostib⁹ suis.

¶ Eodem tempore XI. millium martyru^m profesto hora VII. Episcopus & prouisor prædicti, oppidum Oldenborg vicerunt, & duo filij Gerardi & Iacobus filius Mauritiij, erant ibidem in arce, siue castro. Postea interpositione principum, Gerardus dimisso filio suo eodem castro, intrauit quoddam monasterium ad inhabitandum, sed cum religiosis non est reformatus vir effrenis, quia vsus est altera natura adhuc, postea multum obliquauit mari terraq^{ue}.

¶ Istitis diebus feria VI. ante Ægidij, dominus Wilhelmus de Arborch, captiuato Episcopo Leodien. eum bestialiter gladio trās fudit. Postea post multa bella, pulsus est patria per Maximilianum atque Tungrenses & Ducem Araniæ, qui matrimonio habuit sororem Episcopi Leodienis, per eum occisi.

¶ Eodem tempore, XIII. Augusti diætabāt ciuitates cum Duce Magnopoli Magno, in Wismaria, ex parte Rostochensium, qui sine causa legitima, ad redimendum vexationes dabant Duci, VII. millia marcarū & cccc. marcas Sunden monetæ, quia Magnus voluit eis multam imponere, quam sic redimebant, quod tamen ciuibus Rostochen. displicuit.

¶ Eodem anno, post Margaretæ, Wedigo Episc. Hauelsbergen. & quidā Wilhelmus miles in Tanghermundis, de commissione Marchionis de Brandenborch adiutorio ciuitatum de antiqua Marchia ob frequentatam nimis depredationē, humiliauerunt certos vasallos in Prignitze, incēdentes de eorum fortalitijs circa XV. à quibusdam vero tributum acceperunt, quosdam etiam decapitauerunt. Regna enim sine iustitia non sunt regna, sed quædam latrocinij domuncula, secundum August. IV. de ciuitate.

¶ Item Episcopus Magdeburgen. Dux Misnen. natus, vna cum Marchione requisit de ciuitate & clero talliam, tñ minus iuste, ad appellati sunt ciuitates circū circa, inter quos erant & Lubicen. sed finis ibi inuētus non fuit, quia dum rogāt dominum, denotant præcipe illi.

¶ Eodē anno XII. Septemb. ablatae sunt vaccae Molnen. qua de causa Luetzow, Cosinæ & Damiani tempore noctis capitur, & captiuus ductus est in Lubic, & permanfit ibi fere per integrum annum. Dux Magnus se interposuit sudorose, sed non iuuisset, si annona istis diebus in vrbe Lubicana fuisset, iam enim diffinitum fuit vt decollaretur, sed statim affuit Dux, non tamen cum damno suo, & protelata est res.

¶ Eodem anno XXIV. Septemb. Albertus Dux in Gustrow, frater Magni, cum sexcentis viris tulit vaccas de villis Capituli Hamburgem cum alijs bonis multis, conscio Benedicto de Aleueld, quem tunc idem Capitulum habebat excommunicatum. Idcirco eodem Capitulo sæpeuicibus grauius damna minus iuste intulit, proximo anno idem Albertus obiit in Suinancia, quia easdem carnes vaccinas minus bene masticas deglutiuit, & nemo audeat dicere quod sit idem excommunicatus.

¶ Istitis dieb⁹ vicissim fortiter pugnabant Fredericus III. Imperator, & Matthias Rex Vngariæ, siue Pannoniæ, nec vulgo notum fuit quid directe intendebant.

¶ Eodem anno conceptionis Mariæ diætabāt Dux Iohānes de Louenborch, & ciuitates in Marienwold, & cepit Dux suos excusare vasallos, quasi ignaros prædæ vaccarum ante Molne, metu enim dimiserunt habitationes suas, ne tempore noctis excitarentur exemplo Lutzowen. Conscius ipse sibi de se putat, &c.

¶ Item altera die Simonis & Iudæ diætabat Magn⁹, Dux Magnopolen. cū Lubicēsi-

senibus in Slukop, eo quod Hartwicum Lutzouwen tempore noctis sine pre-
auiamento tulissent de pradio, & lecto suo, iuxta priuilegia Imperialia, quæ ta-
men Duci eo tunc non fuerunt congrua, cucurrit enim communis popul^o mi-
ro modo in Slukop, nõ vocatus, isto die. Postulabat enim Dux vinculatũ Hart-
wicum, sed minime obtinuit, discesserunt ergo ab inuicem sub fœderis am-
biguo.

¶ Item, in octaua Martini, erat diæta vniuersalis patriæ & ciuitatum in Kilo-
ne, ad quindenam protelata, & ibi electi sunt in terræ dominos Iohannes, filius
Regis Christierni cum fratre suo Frederico, saluis priuilegiis sigillandis, mili-
tia & ciuitatibus. Ibidem amicati sunt, idem Iohannes filius regis, nondũ Rex
Daciæ electus, & filij Henninghi Pogghewischen, in finem vt certis terminis
daret eis idem Iohannes xxxi. millia marcarum vna cum possessione Verwe,
quam acceperant. Sed subtili ingenio aurum extorquetur à Barbaris. Causauit
enim contra eos Rex de post, & recusauit pecuniam dare.

¶ Anno domini 1483. post Christi natalem, reconciliati sunt, non sine mœro-
re Regis Angliæ, Rex Franciæ, & Maximilian^o, Dux Burgundiæ, qui à die mor-
tis Caroli, per Sueuos occisi, hostiles sibi mutuo erant: quia ignis auariciæ non
dicit sufficit, & statim diminuta est caristia hic & ibi. Fuisset enim quinquies
austerior, sed annus LXXXII. fertilis valde fuit vt dictum est, & hoc ex mera gra-
tia Dei, qui semper & cum temptatione gratiose facit prouentũ, iuxta Aposto-
lum ad Corinthios. Soluebatur enim in Lubek vna tonna ceruisiæ Hambur-
gen. de cellario pro II. marcis & VIII. solidis Lubicensibus, mensuratim tamen
dabatur de cellario stopa pro solido, eo quod consulatus Lubicensis iam prisca
annis sine damno ducillauit in suis cellariis eandem ceruisiam.

¶ Eodem anno feria iv. post Purificationis, interpositione Hamburgensium &
Luneburgensium, facta est diæta in Wismaria inter Ducem Magnum & Lubi-
cen. super causa Lutzouwen, vt fatum est, sed sine fine discessum est.

¶ Eodem tempore Leodienses occiderunt quendam ducem in Ecclesia, qui
eorum Episcopum ac procõsulem proditiose occidit, & fere totum clerum oc-
cidisset, nisi dominus ciuitatem custodisset.

¶ Eodem anno quidam pictor Lubicen. etrocliti capitis, Fredericus de Reno,
certo artificio xxviii. Aprilis, ambulauit super aquas, à porta Holsatorum, vs-
que ad locum qui vulgo dicitur, to der Vere, non sine frigore multo. Vtebatur
enim sacculo de coreo, quem corporis per medium ligauit, & tali ingenio sibi
lv. florenos atquisiuit.

¶ Eodem anno vii. Maij. quæ fuit vigilia ascensionis Domini, insultus factus
est ingens in Hamburg, communitatis contra consulatum, propter quendam
ciuem vinctum, quem vi de ergastulo fractis ianuis eduxerunt, & quidam eo-
rum Nicolaum de Swarn proconsulem exasperabant, impingebant sibi quod
blada clanculo faceret extraduci, quod communi edicto prohibitum fuit, ca-
ristia enim & fames erat in ciuitate, & hæc noua quibusdam principibus pla-
cuerunt.

¶ Eodem anno exiit nauis de Hamburg versus Compostellam, quæ heu periit
tempestate, cum omnibus in ea contentis.

¶ Eodem anno occisus est quidam deprædator periculosus, à Kopmannis, in
Pomerania dictus Manduel, ceterique complices sui in ciuitate proxima de-
capitati sunt, qui thronos ascenderunt cum clamore valido, sed Astroth habi-
tabat in via.

¶ Eodem anno fecit Maximilianus decollari proconsulem in Wluart, de Ant-
werpio eo quod clanculo certos fecerat tributarios, de quibus rationem nõ fe-
cit, quo peracto remisit cadauer decapitati ad propria.

¶ Eodem anno ante Pentecostes, Episcopus Traiecten. David regressus est in
ciuitatem eandem pacifice, vt sibi videbatur, quidam ergo procõsul, valde ma-
ne insidianter adduxit quendam domicellum Engelbertum litis consortem, &

captiuauit Episcopum, & idem proconsul occisus est cum multis aliis, & Episcopus fuisset abductus, sed illi de Campis, Suollis & Dauentria impediuerunt, & statim Hollandrini obsederunt ciuitatem.

¶ Eodem anno xi. Iunij nequiter occisus est à quodam ribaldo, dominus Iohannes Sasse Prior Carthusien. vir simplex & deuotus, circa gurgustum Carthusienium ante Plone, ubi eodem tempore habebat operarios & carpentarios, & occisor Dacus fuit, apprehensus est & rotatus ante idem oppidum, lamento dignum valde. Homo iste bonus dereliquit præbendam in Ozilia, intrans artam vitam Cartusie, & heu à filio diaboli occiditur.

¶ Nocte proxima fuit grande incēdium in Lubek, inter plateas Bekker grouen & Fischer grouen, quo etiam quinque viri suppressi & concremati sunt.

¶ Eodē anno xviii. Iulij Hamburgē. decapitarunt quosdam ciues, qui fuerūt in causa insultationis contra consulatū, inter quos fuit quidam principalis disertissimæ facundiæ, dictus N. van deme Loo, qui tamen fuit conditionis seruilis natus.

¶ Eodem anno xxi. Iulij facta est iterum diæta grauis inter Magnum, Ducem Magnopolis & Lubicensēs, in negotio Hartwici Lutzouwen, in loco qui dicitur Vredborg, ubi erat multitudo pontificum, ciuitaten. & nobilitarium de Magnopoli, Louenborg & Holsatia, & post multa, exorta est alia diæta in Wismaria seruanda, die Lunæ post assumptionis Mariæ, qua exorta postulauit Dux multam pecuniam à Lubicen. eo quod misissent magistrum militiæ suæ, dominum Wernerum Comitem de Handsteen, tempore noctis tollere eundem Lutzouwen, de domo sua & lecto, sed nemo sibi dabat muscam, quia quod factum fuit, vigore priuilegij Imperialis factum fuit à Lubicensibus, igitur, &c. dura enim uerba ibi uentilata sunt. Fine tamen finali conclusum, ut idem Hartwicus faceret cautionem per cognatos & amicos suos ipsis Lubicen. ideo his omnibus peractis & firmatis die Mercurij post decoilationis Iohannis in prætorio Lubicen. curru cum sua conthorali iuit ad propria, quod tamen pluribus displicuit ciuibus, cum scriptum sit, maleficos nõ sinas uiuere, sed in his omnibus timor affuit consulatui, quia non erat annona in ciuitate.

¶ Eodem tempore circa natiuitatis Mariæ, Dux Flandriæ Maximilianus intromissus est à Traiecten. quos diu iam obsedit propter Episcopum ut dictum est. Fecerunt igitur ibi honores sibi & homagium, & partem muri ciuitatis solo & quædam scripsum sit: Hoet dy nu hoet dy dan, hoet dy vor einen vterschen man.

¶ Eodem tempore feria iiii. post Michaelis hæretici Pragen. occiderunt fere innumeros Christianos, vna noctium in eadē ciuitate, monasteria dirimerunt, monachos & omnes spirituales propulerunt, & vsq; in annū 1487. sine vindicta humana perstiterunt.

¶ Eodem anno factum est horribile bellū post Michaelis in Anglia, Rege Anglorum mortuo, amico bono linguæ Germanicæ, qui voluit, ut eo defuncto primogenitus eius in Regem coronaretur, reliquit enim duos filios, & totidem filias, sed in die coronationis insidiis paratis, coronandus deperditus est, multique partis suæ occisi sunt, alij quoque profugi facti, quidam uenerunt in Flandriam, Franciam, & Britanniam, quidam in via exitus eorū submersi sunt, & factus est luctus multus partis illius qui coronandum diligebant.

¶ Eodem anno, circa Elizabeth, quidam missi sunt à Duce Magnopolis Magni, ad deprædandam curiam ante Rostok circa patibulum, quod Rostochicē. non latuit. Exeuntes ergo animose se vicissim tangebant ante introitum eiusdem curiæ, utraque parte perdente duos viros. Rostokhica. ei tunc temporis habebant familiarem, qui fuit filius incolæ curiæ præfatæ. Iste familiaris abduxit quendam clanculo de vinculis Ducis, ciuitate ignorante, idcirco Dux Magnus indignatus est huic colono & filio eius.

¶ Eodē anno amotus est Bernhardus de Borch, à regimine patriæ ipsi Liouoniæ pre-

propter suam tyrannidem in Ecclesiam Rigen. & ciuitatem, & fere totam patriam, Rigenses enim potiti sunt castro ordinis in Dunemunde, maxima cū iocunditate, & deinde dabat illis Dominus incrementa gratiarum, temporis interuallo. Simon quoque de Borch, patruus eiusdem Magistri ordinis, his auditis, musicale suum misit in peram. cui tamen in antea vix tota patria sufficiebat.

O Simon, Simon caueas, te dirimet dæmon.

¶ Eodem anno facta est diæta maxima in Vlendisborg, Catherinæ virginis, per regem Daciæ Iohannem, præsentibus ciuitatibus & tota militia, vbi tractatum est de priuilegiis comitatus & ciuitatum, quæ tamen Rex non sigillauerat, sed in precariis laborabat, vt quilibet vilianus, vomerem habens, daret duos florenos, & intentum obtinuit, & omnibus florenis istis congregatis, irruit ventus vehemens à facie Aquilonis, & ventilauit omnes, ita vt Rex paucos aut nullos videret. Item, tractatum est ibidem de causa filiorum Henninghi Pogghewischen, & nemo illis dabat, ideo reintrantes hereditatem suam Verwe, fecerunt ibi domunculam, aggere & vallo inclusam, ad modum lacus leonum, munientes eam armis, balistis & bombardis, sed inuanum laborabant, qui litus arabant. Nanq; frequentius desperatio monachum facit.

¶ Anno domini 1484. erat ann° bisextilis, literæ dominicales, d. c. dies Paschæ, xviii. mensis Aprilis, interuallum minus ix. hebdomade, & tres concurrentes.

¶ Eodem anno, ipso die trium Regū obiit dominus Wernerus Comes de Hādsteen, Lubicensium armiductor validus, vir insignis valde & animosus, licet paucarum diuitiarum, libenter enim gaudebat & vina hausit, & tamen ydropicus obiit.

¶ Eodem anno, die Lunæ xii. Ianuarij conuocati sunt omnes ciues Lubicen. in prætorium, ad audiendum fœdus sex ciuitatum quod contraxerant, scil. vt mutuo sibi assisterent & ab inuasoribus defenserent, sub certa astrictione & pœna, & placuit omnibus, quia plures principes minus diligebāt ciuitates, quibus tamē sublati, nusquam est iustitiam, cultumque diuinum inuenire.

¶ Anno eodem, feria secunda ante Lætare prostrarunt Rigenses multos de ordine, quorum quosdam occiderunt, quosdam vero captiuos in ciuitatem duxerunt, & dabant gloriam Deo, quam plures quoque communis vulgi occiderunt, villanis tamen quampluribus pepercerunt, habebāt enim virilem campiductorem dictum Winold, qui postquam ordini adhæsisset, ostentui eum vt assolet habebat, ideo indignatus, Rigensibus amicabatur, & ad vota Deo propitio operabatur, exterminauit enim & depopulabatur terram, vsq; ad oppidum Wenden, ordine more vulpis latitante.

¶ Dehinc, circa Pentecostes, manu violenta, Rigen. occupabant castrum ordinis in ciuitate Rigensi, circa fluuium Dune, & solo æquabant, eiectis omnibus, tamē corporis cum sospitate, & certorum bonorum distractione, qui in eodem, nomine ordinis castro existebant, semper eis Deo propitio, sic cuculus duobus priuatus est nidis. Postea facta diæta voluit tota terra, scil. tam spirituales quam seculares, vt prædictæ duæ partes pacem inirent, sub pœna totius deuastationis partis illius quæ pacem nō diligeret, & sic pacificati sunt, Rigensibus triumphatibus, ordine vero mœrente, & aspere contra ciuitatem imaginante. Capitulum enim Episcopum elegit Dominum de Swertzeburg, fratrem Episcopi Bremen. Ordo vero alium ad urbem Romanam, cum pluribus literis Electorum Imperij misit, qui post vincula & carceres Episcopatū obtinuit, & cōfirmatus Liuoniam intrauit. Fuit enim Reualien. natus non minus tamen capitulum Rigense pro alio in vrbe Romana sollicitauit, sed nondum finis.

¶ Eodem anno, visitationis Mariæ facta est grandis diæta in Kopenhauenis, per Iohannem Dacię Regem & ciuitatem. diebus multis, fere vsq; assumptionis Mariæ, vbi grauis querimonia mota est ab illis de Dantisco & Lubek, contra domicellum Iacobum, nepotem Christierni Regis Daciæ, & filium Mauritiij, qui suis cum complicibus naues multas cum diuersis bonis rapuit, sed eadem æstate in

partibus Norwegiæ obiit, cuius animam multitudo inferorum ad baratram euatido perduxit. Restitutio sapius locum habet. Dereliquit tamen duos complices, Tzanderum Hobuden, & alium nomine Byning, primus proximo anno obiit, & gaudet cum domicello suo, prius tamen abstulerunt in facie Angliæ III. Hispanorum naues, sine causa, quas Domino Regi obtulerunt. Facientes enim & consentientes eadem poena plectuntur, vt dicitur ad Romanos I. Ciuitates tamen istis bonis se miscere dedignati sunt simpliciter, per generale edictum de ambo-nibus.

¶ Eodem anno xxvi. Augusti, facti sunt Lubek consulares, Hermānus Claholt, Gaspar Langhe, Hans Kerkring, & Hans Hertze, qui tamen dispariter sua gaudebant de electione.

¶ Eodem anno, die proxima ante vigiliam assumptionis Mariæ, quæ fuit Iouis, obiit Sixtus Papa IV. sine sacramentis, vt referebatur, & cessauit pompa Comitis Hieronymi nepotis sui. Electus vero est in locum eius Iohannes Baptista, vir prudens & sagax, toti orbi in optimis notus, de domo humili, sed de virtute sublimi, & vocatus est Innocentius VIII.

¶ Eodem anno fuit pestis moderata in partibus stagnalibus, & quibusdam Sclaniæ ciuitatibus, non sine fletu multorum.

¶ Istis iisdem diebus fuit quidam Legatus cum remissione plenaria in Suecia, vbi ista æstate præualide ferbuit pestilentia, & iste miro modo explumauit pauperes Christi, singulis tamen superioribus sine eorum damno consentientibus. O Petre, non tibi dixit Christus, mulge, aut tonde, sed pasce, pasce, pasce, Iohannis XXI. ideoque aperuit infernus os suum sine termino, & intrabunt maiores sine numero, Isaia v. Gratia autem conceditur paruulo & exiguo, Sapient. VI.

¶ Hoc etiam anno tantæ fuerunt fruges, quod ex mera Dei gratia vna siliginis lasta IX comparabatur marcis, id est, sex florenis Rhenen.

¶ Eodem anno, statim post Michaelis intendebatur frigus satis dure, ferme vsq; natalis Christi, dehinc semper dulcis aura habebatur, victualia tamen quam plurima detinebantur in locis suis, ne ciuitatibus ante purificationis Mariæ approximarent. Plures quoque naues Bergen. periclitatæ sunt, cum tamen essent in consinibus Imbriæ.

¶ Anno domini 1487. erat primus annus post bisextilem, b. litera dominicalis, aureus numerus IV. Interuallum VII. & vna concurrēs. Dies Paschæ II. Aprilis.

¶ Hoc anno, sub octauis trium Regum cōfœderati sunt ciuitaten. in Lubek, sub certa poena & astrictione: vt si vna periclitaretur aut à quibusdam principib' grauaretur, omnes sibi iuxta suam qualitatem, quantitatemq; substantiæ succurrerent. Namque Magnus, Dux Magnopolis, ab vno naufragante nauium Bergensium, fecit auferri, de litore circa Bucow, vltra C. L. currus onustos, contra illud de acqu. re. do. l. qua ratione. in fine. & C. de furtis. l. Meum. & extra de raptoribus. c. Excommunicationi. Item in summa confessio. li. II. tit. v. q. XXVII. Idem ciuitatenfes indignati sunt, & clanculo de salubriori remedio cogitabāt, quod tamen principes minime latitabat, nam eorum amici sermone latino eis de vna ciuitatum præuisamenta, licet illicita, totis præcordiis præstabant.

¶ Item, post Christi natalem obiit deuotus vir Andreas Waghendriuer, ætern' iuxta propriam confessionem possessor inferni.

¶ Eodem anno, die Veneris post purificationis, cum illustres Duces Magnopolenses, Magnus & Balthasar fratres, & præsertim Magnus, omnes suos nobiles de tribus eorum terris, quasi in vmbilico imperij eorundem in medio cæpo conuocassent, & querimoniam contra ciuitatenfes proposuissent, respōderunt militiæ maiores, dicentes se in omnibus velle suis principibus subiici sed contra ciuitates agere non posse, ex quo scirent quod si deliquissent, in iusto dictamine aliarum ciuitatum libentius starent. Efferbuit Princeps Illustris Magnus iracundia magna, contra viros sensatos, dicens, se velle aduocare exteros non cum eorum lucro, & sic equum ascendens, curiam sancti Anthonij cum suis adiuit.

¶ Eo-

¶ Eodem tempore Rostochicenses, non sine aliarum ciuitatum commissione, captiuum duxerunt quendam præfectum, dño Duçe auctore, præsidio Swaen, nomine Gerardum Vresen, quem altera die decapitabant, eo quod cū suo consorte, Oldefwagher, præfecto de Bukow, pisces collegisset Bergenses de nauis, ibidem in litore Bukowensi periclitanti, & commotus est Dux illustris Magn^o, fecitq; eūdem Oldefwagher cum IX. equis saluum perduci de Bukow in Sue- rin, sciens ciuitatenles sitire sanguinem eius, tanquam insignioris latronis, mo- re Barabbs, præ Gerardo Vresen iam decapitato. Sic perit gloria, fastusq; mun- di cruentantis.

¶ Anno eodem XVI. Martij, uespere post horam IV. Astrologi vaticinati sunt vniuersalem Solis fieri eclipsin, ex qua imaginantur strages plurimas, mor- talitatesque certis in locis non modicas, sed si uult Dominus, conuertit o- mnia solus. Tolle prophoplasti peccatum, & mors non erit, & tamen cæ- li mouentur, sol lunaque eclipsantur. Ideo ait Alfarabius, quod hæc ars pro parte mendax est & hominibus ignota, & hominum infatuatiua, quia spiritus malignus sapissime se illi immiscet, & pro Astrologo Nigromanticum efficit, ut in fine finali animam miseram decipiat, & ad inferos perducatur. Doctrina ta- men sanctorum nō eos culpatur, qui naturales effectus stellarum uere nouerunt, & prædicunt, Geomantia, Hydromantia, Mathesi, Ciromantia, ceterisque er- roribus dimissis. In uoluntariis tamen sæpe falluntur, ut prædictum est anno

LXXXII.

¶ Hæc ad præsens de Sclauia inferiori pedetentim raptimque, de temporum quoq; decursu dicta sufficiant. In maioribus uoluminibus latiora poterint per- scrutari. Vnum tamen non lateat omnes, quia singulæ historiæ uix sine fauore scribuntur, quia uarij uarie loquuntur, ueritatemque prosequuntur. Ipsi quoq; omnes peribunt, & ut uestimentum ueterascent, dominus autem idem ipse est, qui semen iustorum dirigit in seculum. Ipsi la^o & gloria per infinita seculorum secula, Amen.

¶ Est enim certus modus cōuiuendi secularibus, qui à clericis & sacerdotibus non semper uerba Euangelij tempore collationis audire dignantur. Ideo ne sim- plex sacerdos aut clericus, ut surdus & mutus coram laicis compareat, habeat hic, unde per temporum exigentia respondeat. Laicus enim sapius fabam crudam, plusquam iucaram, cinamomumq; pensat, cum scriptum sit: Sanam enim non sustinebunt do- ctrinam, ad fabulas quidem con- uertentur.

FINIS est Chronica Sclauica, de Lubek, Hamburg, Luneburg, VVismaria, Rostoch, Sundis, & ceteris ciuitatibus.

HEL-

374

HELMOLDI PRESBYTERI
BZOVIIENSIS CHRONICA
SCLAVORUM LIBER VII.

CAPUT XVIII. ET VLTIMUM, QVOD HACTENUS
*in impressis Codicibus desideratum est, & totam Hel-
moldi Historiam perficit atque absoluit.*

SEQVENTI Anno indicta est curia in Aldenburg, quæ alio nomine Plisne nuncupatur, ubi etiam ingens patrimonium Imperator possedit Comitis Rabbodonis cū Castro Leisnick & Colditz, quod Fridericus Imperator quingentis marcis à Comite memorato comparavit. Illuc conuenerunt Mysnenses & Cifnenses, Poloni quoque, Boemi & Vngari, ibique multis negotiis determinatis à pace iurata quæ in omnibus curiis præcedentibus firmata est, dominus Rex faciem suam conuertit Brunswich, ubi festum Pentecostes solenniter celebrauit. Ad quod Rex amicos tantum familiares adesse voluit, Archiepiscopum videlicet Magdeburgensem, Haluerstadensem electum, Hildensem Episcopum, Mersburgensem Episcopum, Huelbergensem Episcopum, Corbeiansem Abbatem, Wertinensem Abbatem. Aderat quoque totus festinus Dux Bernhardus Landgrauus, Palatinus Comes Rheni, Misnensis Marchio, Conradus Marchio, Wilhelmus Dux Lunenburgensis, Marchio de Brandenburg. Comitum vero non erat numerus, militum plurima multitudo, quibus omnibus honestissime & abundantissime de impensa Rege administratum est. In sancta vero die missa inchoata dominus Archiepiscopus Magdeburgensis Misnensem Marchionem pro nota excommunicationis Diuinis interesse noluit. Quem cum Dominus Rex à suo proposito nullo modo reuocare potuisset, Marchionis consulens verecundia cum ipso Ecclesiam exiuit. Sequenti vero die consilio Principum satisfactione à Marchione promissa controuersia illa sopita est. Nec peccasse puto dum misceo ferria ludo, quia non est satis, pulchra esse poemata dulcia sumpto. Cum igitur omnium lætitia abundaret, Bernardus Dux intuitus Leonem fusilem, qui à Duce Henrico ibi sublimatus est, ait. Quousque hiatum vertis ad Orientem. De sine iam habes quod voluisti, conuertere nunc ad aquilonem. His verbis omnes in risum conuertit non sine admiratione tamen multorum, qui hoc dictum aliter intelligebant.

CAPITVLVM XIX.

FINITA autem festiuitate Rex abiit Goslariam & ordinatis ibi quibusdam negotiis processit Walkenrede, ubi inuenit Abbatem de Morimunde, cum aliis quinquaginta duobus abbatibus sui ordinis, qui cum omnes suæ fraternitatis socium & Orationis fecerunt, & sic Regem secuti sunt ab ipso large procurati, vsque Erbpolim, ubi cum maxima solennitate susceptus est dominica, Domine in tua misericordia, cum hymnis & laudibus Dei. Cantus autem hic erat. Aduenisti desiderabilis. Aderant ibi legati Domini Apostolici, Hugo Hostiensis Cardinalis & Episcopus, Leo Sabiensis Cardinalis & Episcopus, cū maxima copia Prælatorum & Principum, sacerdotum & Clericorum. Inter quos erat Archiepiscopus Moguntinus, Sigfridus Colonienis, Theodoricus Treuerensis, Iohannes Salceburgensis, Euerhardus Argentinus, Heinricus Augustiensis, Sigfridus Constantiensis de Trifuge Episcopus, Otto Patauenis, Managoldus Ratisponensis, Henricus Basiliensis, Ludolphus Hildensemensis, Hartbertus Verdensis, Iso Haluerstadenis, Huelbergensis, Abbas Co-

no

no Elewagensis, Abbas Vuldensis, Herseueldensis, Corbergensis, Prumensis, Wirtembergensis. Hos sequuntur nomina regum siue Principum, Odackerus Rex Boemiae, Marchio de Mereren, Luppoldus dux Austriae, Bernhardus dux Saxoniae, Ludouicus dux Bauariae, Dux Bertholdus de Ceringe, Dux de Lutringe, Dux Brabantiae, Marchio Misnensis, Conradus Marchio de Laudesberge, Marchio Adelbertus de Brandenburg & alij quam plures. Ordinatis igitur ibi multis negotiis & firmata pace, sicut in omnibus curiis supradictis, Dominus Rex pro speciali negotio assumptis tantum cardinalibus, praelatis & Principibus sacerdotibus cum literatis & legis peritis, de legitimanda filia Philippi Regis sic omnibus generaliter exorsus est. Rogamus omnes vos in Domino, primo Cardinales qui de auctoritate siue consilio Domini Apostolici adestis, summos etiam Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alios, quos Ecclesiasticus ordo diuersis gradibus distinguit, excellentium quoque Regum, Ducum, Principum, ut verba nostra attendatis. Deus caeli post multas aduersitates cum beneplacito omnium Regnum nobis donauit, ita ut non immerito cum gratiarum actione ei dicere possimus. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput Anguli, a Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Quod cum luce clarius constet omnibus, & optio nobis non desit de Illustrissimis feminis quas habet orbis Romanus quibus sponsam siue coniugem eligere possimus, tamen quia tam celebris conuentus pendet de articulo filiae Philippi Ducis Sueviae, quam nostram consanguineam nemo dubitat, vestro nos submittimus arbitrio siue consilio, ut iuxta salutem animarum uestrarum sincere deliberetis, omni scrupulo postposito fauoris siue timoris, quid nobis super hoc sit faciendum. Si enim sex millibus annorum victuri essemus, magis omnitempore caelibem eligeremus ducere vitam, quam cum animae periculo fortiri uxorem. Nemo gloriam, generositatem, diuitias, castra, huius virginis attendant, quae omnia saluti animae aequiparari non possunt. Haec enim omnia nobiscum sunt. Si vero ipsa castra quatuor distribuantur sororibus, quas haec contingit hereditas, parum est quod restat. Nunc igitur, ut dictum est, super haec deliberetis ut congruum nobis responsum reddatis. Omnibus igitur ad colloquium locum dantibus Rex ait Henrico fratri Palatino qui a dextris eius erat. Volumus ut sedeas, ne quem tua praesentia de vlla suspitione terreat. Facta igitur longa deliberatione, tandem ad Dominum Regem reuersi sunt. Posuerant autem verba in ore Lupoldi Ducis Austriae viri facundissimi & literati, qui sic coram Rege locutus est: Domine Rex placet ut audiat responsum Cardinalium, praelatorum & Principum. Ad haec Rex. Audio. Et ille, Nouerit sublimitas vestra, quod iste tam celebris conuentus Cardinalium aut bonitatem Domini Papae praeferebant summorum praelatorum & Principum & omnium literatorum omnino nobis expedire decreuit pro bono pacis, & statu Romani orbis, ut virginem de qua mentio habetur, uxorem ducatis: hoc addentes, ut omnis auferatur trepidatio duas congregationes monachorum preclaras liberime construatis. Nos quoque vobis non deerimus facultates & elemosinas largere erogando, sacerdotes etiam siue alij inferioris ordinis in missis & orationibus subueniendo. Ad haec Rex: Nos consilium sanum & bonum tantae auctoritatis non refragantes vestris acquiescimus dictis. Igitur vocetur puella. Quae cum a Pontificibus siue Principibus gloriose adducta fuisset; Rex consurgens de throno suo eam cum inclinatione recepit. Quare inclinante proferens anulum eam coram omnibus subarrauit, & in osculo recepit, & ipsam inter Cardinales, quorum cathedra est regione coram facie Regis erat residere praecipiens sic omnibus ait. Ecce Reginam habetis; ipsam, ut decet, honorate, ordinatis etiam legatis honoratis honestissime eam vna cum sorore usque Brunsvich deduci praecipit. Ipse vero in terra remansit, & peragratis illis partibus de consecratione Imperiali tractare cepit.

IGITUR post festum beati Iohannis Baptistæ curiam indixit celebrem in ciuitate Augusta; vbi conuenerunt omnes illius terræ Principes, cum quibus habuit mysterium consilij sui, vt ipsis cooperantibus honorifice cum gloria & honore Teutonicorum Imperialem perciperet benedictionem. Ad quod negotium deputati sunt plurimi tam prælati quam Principes seu omnes qui regalia tenebant, Archiepiscopus Treuerensis, Magdeburgensis, Erbpolensis, Argentinus, Spirensis, qui & Cancellarius Wormatiensis, Basiliensis, Constantiensis Parauiensis Episcopus de Chuore, de Augusta, de Eusteth, de Praga, de Olmoth, Abbates de Augia, de Sancto Gallo, de Kempe, de Wurzeburg, de Selse, de Prume, de Ebsterna quibus adiuncti sunt Principes, Dux Bauariæ, Dux Lutringiæ, Dux Ceringiæ, Dux de Karinthia, Dux de Mereren, Marchiones & Comites plurimi, Cæteri qui remanserunt thesauris innumeris in ipsa profectioe Regi subseruierunt; sicq; circa assumptionem beatæ Virginis Alpium iuga scandere cepit. Relictaq; ciuitate quæ ex aquæ nomine naturaliter Cynbruce dicitur prospere tenuit Brixiam, vbi Atthasis fluuius occurrit, per cuius deuexum descendens venit Tarentum. Quo relicto venit ad transitum arctum montibus præclusum, qui Veronensium Clusa dicitur. Vbi castrum est firmissimum, quod ex longa antiquitate vrbis Hildebrâdi dicitur. Illuc robur erat fortinam habentes eos non parum infestabant. Adueniente igitur Rege ipsum castrum ei offerunt, per quod plurimum toti terræ fuerat dominatus. Veronenses tamen adhuc ipsos castellanos infestare non timebant, sicque offensam Regis incurrerunt. Postea tamen datis multis millibus marcarum in gratiam recepti sunt. Dominus igitur Rex procedens magnifice receptus est à Mantuanis & Cremonensibus, vnde Poeta: Mantua vè miseræ nimium vicina Cremonæ. Verum post transitum Padi Parmonenses & Pontremulensis Regem cum gaudio susceperunt. Nec defuerunt Mediolanenses, Genuenses, Lucenses, cū aliis ciuitatib⁹, ciuitates suas tripudiando offerentes & Gazis innumeris & muneribus eum honorantes. Vbi cū per tempus stetisset, & in ciuitatibus illis multa ordinasset, transita ciuitate magna, quæ lingua eorum Synis vocatur, vbi per dies aliquot steterat, venit ad ciuitatem, vbi passa est beata Christina, quæ de nomine eius Stagnum sanctæ Christinæ vocatur. Vnde procedens cum omni comitatu suo venit Byternis; vbi cum magna solēnitate & multo comitatu tam Cleri quam populi occurrit ei Dominus Apostolicus Innocētius. Quanto autem gaudio & cordis exultatione se mutuo receperint ex multis complexibus & osculis vel etiam profusis eorum lacrumis, quas abundantia lætitiæ produxerat, præsentis scripti depromere nequit inopia.

CAPITVLVM XXI.

IGITUR in feria sexta, quæ fuit post festum beati Michaelis quod tunc feria tertia celebratum est, venit Dominus Rex ad limina beati Petri cum magna deuotione adorare sanctos Dei Apostolos, simul etiam urbem regiam omnib⁹ modis honorare. Habuit etiam in comitatu suo sex millia loricarum, exceptis balistariis & innumera militia prælatorum & Principum. Dominica igitur die vt dictum est, post festum Michaelis cum processio fieret ad atrium beati Petri, facta est pressura nimia aduenientium, & occurrentium ad gradus Monasterij beati Petri, & omnis via negabatur processioni, sed larga manus Regis cum maxima copia spargebat argenteos, & tandem vix obtinetur ascensus. Nec defuerunt ministri cum lanceis & fustibus reprimere tumultus. Sicque in Dominica Da pacem Domine, Dominus Imperator cum magna pace & tranquillitate & iucunditate consecratur & coronatur, omnibus magnifice lætantibus & cantantibus, Fiat pax in virtute tua. Et quia ipse summo studio semper paci studebat,

bat, speramus ipsum officium pacis & vnitatis Ecclesie Dei, quae diu concussa fuit, à Deo obtinere solatium. Finito officio Dominus Papa Imperatorem deuote vocat ad cõuiuium. Quem Dominus Imperator precibus instantissimis obtinet venire secum. Cum igitur ventum fuisset ad equos, Imperator nõ immemor Apostolicæ reuerentiæ quæ exhibenda est ipsorum Vicario fideli & reuerendo Papæ Innocentio strepam ipsius deuote apprehendit. Sicq; ad locum conuiuij venit vbi de Imperatoris magnificentia simul diues in vnum & pauper large procuratur. Nec prætereundum quod Waldemarus Bremensis electus, pauper & exul per intercessores obtinere potuit, vel per se ipsum limina Apostolicæ pietatis, quæ claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit, & septuagies septies errata dimittere consuevit omni sollicitudine & deuotione pulsare non cessauit, omnem reatum inobedienciæ pænitens cum omni satisfactione emendare promittens. Verum quia idem casus multipliciter erat perplexus, nihil super his fuit determinatum nisi vt in pontificalibus celebraret, non tamen in Bremensi Ecclesia.

CAPITVLVM XXII.

VENIAM legentium peto, ne quis præsumptionis vel temeritatis arguere me velit, quia ista dictauerim sciens, quod multi Regum vel Pontificum scripserunt facta, sed sicut ab initio dictum est, non temeritate, sed caritate ista prosequutus sum, volens continuare hoc dictamen operi Helmoldi sacerdotis, qui de statu terræ nostræ, & de regibus siue Principibus multa præmiserat. Præcipue vero de uocatione vel subactione Sclauorum, quæ per nobilem Ducem Henricum facta est, memoriæ fidelium intendo perennare. Neque enim ista obliuioni tradenda puto, cum omnes oculata fide perspiciant gloriam Ecclesiarum, deuotionem fidelium, fidei & religionis incrementum in his borealibus regionibus, vbi sedes erat sathanæ, nunc vero flat⁹ austri, videlicet Spiritus sancti gratia, quæ fugato Aquilone perflatis hortis fidelium, innumera virtutum flucere facit aromata. Nec offendat quemquam, si secundum ordinem historiæ modo læta siue prospera vel etiam ponam aduersa, quia ista oportuit in noticiam venire, & illa non omittere. Deus enim quandoque ad salutem suorum fidelium, quibus omnia cooperantur in bonum, nunc permittit prospera, nunc flagella. Si vero aliquid occurrerit non ex toto ordine suo prosequutum ipsum deputet assertori, non dictatori. Hoc ipsum tamen emendationi fidelium deuotus relinquo, multum gaudens, quod de bono principio lætum finem teneo.

E X P L I C I T.

Aa

AN

ANNALIS AB ANONYMO
 QVODAM CIRCITER ANNUM DO-
 MINI 1288. CONSCRIPTI.

ANNO gratiæ I. prima ipsius die, Augusti Cæsaris XLII. orbis con-
 diti quinquies M.C. XCIX. repromissionis M. DCCC. XL. Romæ cõ-
 ditæ DCC. LI. decemnouennalis cycli II. Indictione quarta, con-
 currente v. epacta XI. natus est summi patris & Mariæ virginis in-
 temeratæ filius.

Anno gratiæ II. Herodes occidit infantes.

Anno gratiæ VI. Herodes moritur XLVIII. annorum.

Anno gratiæ VIII. Augustus moritur LXXV. annorum.

Anno gratiæ XVI. Tiberius priuignus Augusti regnavit annis XXIII.

Anno gratiæ XVIII. Ouidius in exilio moritur.

Anno gratiæ XXX. hoc est, Tiberij XV. Iohannes baptizavit Salvatorem.

Anno gratiæ XXXI. Iohannes decollatur.

Anno gratiæ XXXII. Dei filius crucifigitur, resurgit & ascendit.

Anno gratiæ XXXIV. Iacobus Hierosolymis Episcopus ordinatur.

Anno gratiæ XXXVII. Petrus Antiochiæ in Episcopum leuatur. Stephanus
 lapidatur.

Anno gratiæ XXXVIII. Gaius fit Cæsar.

Anno gratiæ XL. Iudæi cladibus exagitantur.

Anno gratiæ XLII. Matthæus scribit Euangelium in Iudæa.

Anno gratiæ XLIII. Claudius regnat, & Symon Magus venit Romam.

Anno gratiæ XLIV. fundata est Antiochia.

Anno gratiæ XLV. Petrus sedem Pontificatus Romæ accepit.

Anno gratiæ L. Paulus post passionem Domini anno II. baptizatus apud A-
 thenas prædicavit, Dionysium conuertit.

Anno LVII. Nero regnavit XIV. annis. Et Simon auctor Simoniacæ hæresis
 claruit.

Anno LVIII. Paulus vincus Romam mittitur, & Petrus ei occurrit.

Anno LXIII. Iacobus lapidatur.

Anno LXIV. Marcus patitur.

Anno LXV. Persius moritur.

Anno LXVI. Lucanus moritur.

Anno LXVIII. Seneca patruus Lucani incisione venæ moritur.

Anno gratiæ LXX. Lucas Euangelium scripsit. Petrus crucifigitur, Paulus
 decollatur.

Anno gratiæ LXXII. Vespasianus regnat, & in Iudæa Imperator ab exercitu
 proclamatur.

Anno LXXIV. Hierusalem à Tito capitur.

Anno gratiæ LXXXI. Titus regnat, vir omnibus valde amabilis. Nicolaita-
 rum hæresis à Nicolao, cuius mentio fit in actibus Apostolorum, oritur.

Anno LXXXIII. Domitianus frater Titi regnat, sub quo Iohannes Apostolus
 in exilium relegatus. Iste demens factus est, ita vt omnibus amoris & palatio
 clauso, muscas persequeretur.

Anno LXXXIX. Dionysius apud Gallias decollatur.

Anno XCIX. Iohannes Ephesum rediit.

Anno gratiæ C. Iohannes Apostolus apud Ephesum obdormiuit.

Anno gratiæ CLXXXVIII. Origenes Alexandriæ nascitur.

Anno gratiæ CCVII. Perpetua & Felicitas Chartagini bestiis deputantur.

Anno

- Anno gratiæ cc. xxiv. Alexander regnavit. Huius mater Mammea conuer-
sa est ad fidem, Origenis doctrina.
- Anno cc. xlvii. Philippus regnavit. Hic primus Imperator cum filio suo Phi-
lippo Christianus effectus est.
- Anno cc. lvi. Origenes presbyter, ætatis suæ anno lxx. moritur, & in Tyro
sepelitur. Hieronymus dicit se quinque millia librorum eius legisse.
- Anno cc. lxxxii. Probus regnavit, cuius pater rusticus & hortorum cultor
fuit.
- Anno cc. xc. Diocletianus regnavit, qui Maximianum, quamvis de rustico ge-
nere, Cæsarem fecit. Mauritius & socij eius passi sunt.
- Anno gratiæ cc. xi. Constantinus regnavit, quem Sylvester Papa baptizavit.
- Anno ccc. xvii. beatus Nicolaus claruit.
- Anno ccc. xlv. Athanasius Alexandriae Episcopus à Constante fugatur, à
Treuerorum Episcopo suscipitur, ubi in crypta latens, psalmum: *Quicumque vult,*
composuit, sed anno Domini ccc. xlix. Alexandriam rediit.
- Anno gratiæ ccc. lxxv. Martinus Turonensium fit Episcopus.
- Anno ccc. lxxxiv. Synodus Constantinopoli sub Damaso Papa.
- Anno cccc. beatus Martinus migravit ad dominum.
- Anno cccc. iv. Synodus Alexandriae propter doctrinam Origenis. Iohan-
nes Chrysostomus claruit, quem Arcadius, instinctu uxoris suæ Eudoxiæ, misit
in exilium.
- Anno cccc. vii. Severus vitam beati Martini scripsit. Iste silentium vsque ad
mortem tenuit, quia à Pelagianis deinceps fuit.
- Anno cccc. xviii. Corpora sanctorum Stephani, Gamalielis & aliorum Lu-
ciano reuelata sunt.
- Anno cccc. xxiii. Hieronymus obiit.
- Anno cccc. xxvii. Augustinus obiit.
- Anno cccc. xlv. Briccius obiit.
- Anno cccc. liii. caput Iohannis Baptistæ reuelatur.
- Anno gratiæ d. iii. Boetius claruit.
- Anno d. xxvii. Benedictus pater in monte Cassino claruit. Priscianus librū
suum complevit.
- Anno gratiæ d. xxxii. Dionysius abbas Romanus pascalem cyclum incho-
avit.
- Anno gratiæ d. xli. Hypapante Domini sumpsit initium apud Byzantium.
- Anno d. xliii. Quidam Italus Andreas, per villas discurrens cum cane rufo &
cocco sterit in medio populi, & astantes posuerunt in terra annulos cuiuslibet
metalli, quos ille cooperuit, & ad eius præceptum canis singula tulit, & unicui-
que, quod posuerat, dedit. Similiter diuersorum Imperatorum numismata ius-
sus secundum nomina porrigebat. Interrogatus ostendebat fornicarios, adul-
teros, auaros, magnanimos, deuernatos, ita quod dicebant, quod spiritum Py-
thonis haberet.
- Anno d. xlix. capit festum diuisionis Apostolorum in Constantinopoli.
- Anno d. lxxvi. Gregorius Magnus floruit, & moralia scripsit.
- Anno d. c. iii. Anglia conuertitur cum Eberto Rege. Tunica Domini
inconsultis inuenitur in Zaphat, quam Gregorius Antiochenus, Tho-
mas Hierosolymitanus, & Iohannes Constantinopolitanus Hierusalem per-
duxerunt.
- Anno d. c. vi. Longobardi destruxerunt monasterium beati Benedicti in
monte Cassino.
- Anno d. c. xlii. beata Gertrudis obiit.
- Anno d. c. lxi. Oswaldus martyrio coronatur.
- Anno d. c. lxx. Constantinus regnavit. Beatus Lambertus claruit. Tunc
celebrata est vi. Synodus vniuersalis Constantinopoli, sub Papa Agathone &

Constantino Principe, residentibus c. l. Episcopis, contra Pyrrhum hæreticum & socios eius. Prima fuit in Nicæa contra Arrium cum ccc. xviii. patribus sub Papa Vigilio, & Principe Constantino. Secunda Constantinopoli c. l. patrum contra Macedonium sub Damaso Papa & Gratiano principe. Tertia in Epheso c. c. Patrum contra Nestorium Augustæ urbis Episcopum, sub Theodosio Magno Principe, & Papa Cælestino. Quarta in Chalcedone Patrum d. c. xxx. contra Eutychem, sub Leone Papa, temporibus Martiani Principis. Quinta in Constantinopoli contra Theodorum sub Vigilio Papa & Iustiniano Principe. Sexta de qua iam diximus.

Anno gratiæ d. c. xciii. Beda venerabilis Anglorum Pater claruit.

Anno d. cc. xviii. Leo regnat. Beda venerabilis presbyter obiit.

Anno d. cc. xlv. Voldense Monasterium fundatum est.

Anno d. cc. li. beatus Bonifacius passus est. Willehadus properauit in Frisiam.

Anno d. cc. lvi. Karolus tendit in Italiam, deinde Saxoniam. Saxones baptizantur & postea fidem violant.

Anno d. cc. lxxxviii. fundata est Ecclesia Bremensis, & ibidem Episcopus constituitur Willehadus, & duobus annis sedit.

Anno d. cc. xcvi. Karolus venit in locum Albiæ, quæ ab eodem eius adventu Karleslandt dicitur. Willericus in Brema fit Episcopus & sedit annis l.

Anno d. cc. lxxxix. Translata est beata Maria Magdalena in Wizcliacensem Ecclesiam, à quodam monacho Babilon appellato.

Anno d. cc. x. fundata est Ecclesia Hammenburgensis.

Anno d. cc. xv. Lodewicus Karoli filius regnat. Beatus Ansharius claruit.

Anno d. cc. xxxiii. Ansharius Hammenburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus ordinatur, & ibidem Metropolis omnium aquilonarium regionum constituitur.

Anno d. cc. xl. Normanni Hamburg cremauerunt omnibus consumptis, & Ansharius vix euasit.

Anno d. cc. xli. Lodewicus filius Lodowici regnauit xxxvi. annis & fratres quatuor regnum diuiserunt. Lotharius cum nomine Imperatoris possedit Italiam, Lothewicus Germaniam, Pipinus Aquitaniam, Karolus Galliam, Ansharius Ramensloensem fundauit Ecclesiam in possessione cuiusdam matronæ.

Anno d. cc. xlii. Leudericus Bremensis Ecclesiæ Episcopus obiit. Ansharius ei successit. Nam Nicolaus Papa Bremensem Ecclesiam à Coloniensi exemit, & eam cum Hammenburgensi adunauit, ibique Ansharius annis xviii. sedit. In Hammenburch autem xvi. annis. Statim Ansharius Sleswic fundauit, & multos Danorum conuertit.

Anno d. cc. lv. Beatus Ansharius obiit, qui annis xvii. post compositionem suam & Bremensis Ecclesiæ vixit. Reimbertus diaconus eius successit.

Anno d. cc. lxxxii. Buccensis Ecclesia fundatur à Reimberto.

Anno d. cc. lxxxviii. Beatus Reimbertus obiit. Adalgarius Corbientis monachus ei successit.

Anno d. cc. c. iii. Slau Hammenburgensem Parochiam destruxerunt.

Anno d. cc. c. vii. Otto magnus filius Henrici regnat. Vnni Archiepiscopus obiit. Cui Adeldagus successit.

Anno d. cc. c. lxi. Otto rex coronatur Romæ à Leone Papa in Imperatorem. Adeldagus Episcopus rediens de Italia, Benedictum Papam ab Ottone depulsum secum duxit, qui in Hammaborch permansit. Qui cum esset Romanis poscentibus reducendus, apud Hammaborch in pace quieuit 14. Nonas Julij.

Anno

Anno D. cccc. lxxxviii. Adeldagus Archiepiscopus obiit. Cui successit Libentius.

Anno M. i. fundata est Ecclesia Herseueldensis à Comite Henrico.

Anno M. xiii. Libentius Archiepiscopus obiit. Cui Vnwanus successit, qui Ecclesiam Hammenburgensem penitus desolatam renouauit, Canonicis ibidem institutis.

Anno gratiæ M. xxi. in villa Colbize in Saxonia, in monasterio sancti Magni martyris, completis matutinis, in nocte natiuitatis Domini ceperunt corizare xv. viri & iiii. mulieres in cœmiterio. Presbyter cum primam Missam inchoaret non cessauerunt à cantilenis & chorea, donec ipse volens insolentiam eorum cõpescere, accessit ad eos, rogans vt quiescerent. Nolebant. Quibus presbyter imprecatur. Dominus; vt potentia Dei & meritis sancti Magni martyris sic inquieti annum ducatis, qui verba eius subsanantes perstiterunt cantando. Erat autem vna trium mulierum filia presbyteri nomine Mersindis, quam iubente presbytero frater matris eius Iohannes brachio apprehendens nitebatur extrahere à chorea, & brachium eius detraxit à corpore, nec ramen gutta sanguinis emanauit; quæ tamen cantando & pedibus strependo cum aliis in chorea per annum remansit; sex mensibus euolutis terræ vsque ad genua sunt immerfi. In illo anno nec comederunt, nec biberunt, nec pluuia eos irrigauit, tegumenta facta super eos deiecta sunt, vestimenta & calciamenta eorum non sunt attrita: vngues eorum & capilli non creuerunt. Anno euoluto immerfi sunt terræ vsque ad latera. Tunc die natiuitatis Domini venit ibidem Herbertus Coloniensis Archiepiscopus & orationem fecit super eos, & à ligatura qua manibus se tenebant inuicem soluit eos, & ante altare sancti Magni ductos reconciliauit, sed ante altare, sopor inuasit eos, & ibidẽ tribus diebus & noctibus continuis dormierunt. Vnus vero ex eis Iohannes nomine cum filia presbyteri & cum duabus aliis fœminis solo prostrati statim spiritum emiserunt. Alij post excitationem se leuantes ad propria redierunt, cibum sumentes, sed in recordationem huius signi mirifici, vsque in diem mortis non sunt à tremore capitis liberati. Quidam ex eis emendati sunt in tantum, vt ex diuina gratia post mortem miraculis coruscant.

Anno M. xxxii. Libentius Archiepiscopus obiit, cui Hermannus successit, & vix sedit tribus annis.

Anno M. xxxv. Hermannus Archiepiscopus obiit; cui Bezelinus cognomẽto Alabrandus successit.

Anno M. li. Albertus Archiepiscopus fundauit Ecclesiam beati Pauli iuxta Bremam de bonis quæ hospitali pertinebant. Item sanctorum Willehadi & Stephani in Sullenberghe, cuius fundamẽti vestigia adhuc apparent in eodem monte.

Anno M. lxxviii. Albertus Archiepiscopus curiæ Imperiali, à qua alienus fuerat, restitutus Episcopatu suo, duodecim Episcopatus facere disposuit, absque hiis quos in Dacia habuit. Primum in Palmis, ii. in Hilegenstat, iiii. in Racisborch, iv. in Haldenborch, v. in Mikelenborch, vi. in Stadio, vii. in Lismona, viii. in Wildenhufen, ix. in Brema, x. in Verda, xi. in Ramfola, xii. in Fresia, sed in Hammaborch patriarchatum efficere cogitabat.

Anno M. lxxii. Albertus Archiepiscopus obiit, Cui Liemarus de Bauaria successit. Item Hammaborch incensa & vastata est, & Pagani Nordalbingiam libere possederunt.

Anno M. lxxvi. Principes Imperij apud Oppenheim Regi Henrico renunciant, quod Apostolicus vocatus nec venit, nec satis fecit, qui sacrificare Romam venit, & mandatum accepit à Papa, vt pœnitentiam in Roma ageret, obediuit. Cardinales interea suadent Papæ regnum in alium transferre, cuius hor-

tatu quidam Principum Ducem Sueuorum Rodolfum elegerunt, cui Papa auream misit coronam; sic inscriptam: *Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam.* Præcepit interea Maguntino & Colonienfi, vt statuerent eum Regem. Saxones & Sueui conserunt, cæteri non propter iuramentum quod Henrico iurauerant.

Anno Domini M. LXXX. Bellum inter Regem & Rodolfum geritur apud fluium Ellestram, vbi Rodolfus in manum dextram vulneratur. Fugit Merfborch, & iam moriens ait: *hac manu domino meo regi fidem sponendi, hac manu fidem violauit, eadem manu mortis articulum incurvi: & mortuus est.*

Anno Domini M. LXXXII. Rex Henricus Romam cepit, Romani dant obfides; Papa fugit in Salernam, vbi moritur.

Anno M. LXXXIV. Henricus Rex Wicbertum Rauuensem Episcopum Papam elegi fecit Clementem vocatum, à quo ipse cum regina Bertha in die Pasche coronatur.

Anno Domini M. LXXXV. Synodus Maguntia, Imperator interfuit cum Papa Clemente. Vir Gregorius excommunicatur, sed eodem anno moritur apud Salernam, eligunt Desiderium; quo mortuo, Urbanum; eo defuncto Paschale; & scisma durauit xxv. annos.

Anno gratia M. LXXXVIII. translatio sancti Nicolai de Mirca in Barum.

Anno M. XCVIII. XI. Kalend. Aprilis luna Paschali xiv. Indictione vi. epacta xv. concurrente iv. Cisterciense collegium sumpsit initium.

Anno Domini M. XCIX. Dux Godefridus in die diuisionis Apostolorum Ierusalem & terram sanctam recuperauit, vnde Versus:

Anno milleno cum centeno minus vno,

Ierusalem scribo captam Duce sub Godefrido.

Monasteria & Ecclesia in terra sancta renouantur.

Anno M. C. Dux Godefridus obiit. Balduwinus Rex frater eius in regno ei successit. Item in Hersevelde monachi sunt pro clericis instituti.

Anno gratia M. C. VI. quidam Dux Magnus nomine, obiit: & Rex Henricus Ducatum dedit Ludero Comiti, quia Magnus filium non habuit, sed duas filias. Quarum vna Eileke nupsit Ottoni Comiti. Genuitque Albertum Marchionem cognomento Ursium: Altera Wilfildis nupsit Duci Bavaria Welp, & peperit ei Henricum Leonem patrem Ducis Henrici, qui Brunefwich quiescit. Item Comes Holsatia Godefridus à Slauis occiditur; & Luderus Dux Comiti illam Comiti Adolfo de Schöwenborch contulit.

Anno M. C. XXIV. Nouum Monasterium instituitur. Item Henricus Imperator obiit, & in Spira sepelitur iuxta patrem Henricum, auum Henricum, & proauum Conradum; vnde hoc adhuc super tumbas eorum inuenis scriptum:

Filius hic est, pater hic, auus hic, proauus iacet istic.

Anno Domini M. C. XXXIII. Wicelinus sacerdos claruit, postea in Haldenborch Episcopus ordinatur.

Anno M. C. XXXIV. Luderus Imperator pascha in Haluerstat celebrat; & Magnus Rex Danorum venit ad eum, qui nepotem suum Canutum occiderat. Hæc autem est illa progenies. Nicolaus & Henricus fratres. Nicolaus pater Magni & Kanuti, Ericus pater Kanuti & Waldemari, Waldemarus pater Erici occisi à fratre suo Abel & Abelis & Christofori. Luderus Imperator castrum & claustrum Segheberghe construxit.

Anno Domini M. C. XXXVII. Luderus Imperator obiit.

Anno Domini M. C. XXXVIII. Conradus filius Frederici Ducis, nepos Henrici Imperatoris ex sorore, regnauit annis xv. Latrones de Lubeke nouum castrum in Zegeberghe exufferunt.

Anno Domini M. C. XXXIX. Henricus Dux Saxonie obiit. Comes Adolphus renouauit castrum Zegheberghe, cingens illud muro.

Anno Domini M. C. XLIII. Ecclesia beatae Virginis fundata est in suburbio Stadenſi.

Anno Domini M. C. XLV. Bernardus abbas Clareuallensis uirtutibus insignis claruit. Item facta est expeditio uersus terram sanctam.

Anno gratiae M. C. XLVII. Eugenius Papa Cisterchiense monasterium dedicauit. Albero Archiepiscopus obiit, cui Hartwicus maior praepositus successit.

Anno Domini M. C. XLIX. Hartwicus Archiepiscopus proposuit reaedificare Episcopales sedes a Barbaris destructas, scilicet Aldenburchensem, Mikelenburchensem, Raceburchensem, a quibus Haldenburchensem Magnus Otto primus instituerat, subiiciens ei Polabos, Obotritos, a terminis Holfatorum usque ad Penam fluuium, & ciuitatem Dymin: posuitque in Haldenburch primum Pontificem Marconem. Post haec surrexit in Ecclesia Hamburgensi Magnus Albertus Archiepiscopus, qui de peregrinis Episcopis, quos in sua habuit mensa, Iohannem in Mikelenburch constituit, quae sedes iurat in Swerin, Aristonem posuit in Raceburch, & sic Haldenburch sedes diuisa est in tres Episcopatus. Post haec propter insultus paganorum LXXXIV annis uacauerunt, haec sedes usque ad tempora Hartwici, de quo iam diximus. Hic auxilio Ducis Henrici Magni Leonis cepit Episcopatus abditos suscitare, & Vicelinum in Aldenburch, Emchardum in Mikelenburch Episcopos consecrauit. Unde Dux Henricus hos tres Episcopatus, quod negocium conuersionis illius regio tam a Papa, quam a Romano Principe tenuit mater suae Hamburgensi Ecclesiae suo priuilegio assignauit, & hoc priuilegium est in Ecclesia Hamburgensi.

Anno gratiae M. CL. Bernardus Clareuallensis abbas in Domino obiit.

Anno Domini M. C. LII. Conradus Rex obiit. Tempore Conradi Regis & Eugenij Papae puella quaedam Hildegardis nomine iuxta Pinguieram celebris erat, quae spiritu sancto inflammata tres libros edidit: Librum Scinias: Librum diuinorum operum: Librum epistolarum. In libro Epistolarum multa miracula uerura praedixit, & turbationes quae uniuerso clero euenient, per quendam populum currentem, cuius dispositionem & ordinem satis describit, & similiter de Antichristo. Virgo autem Hildegardis in Principio libri Scinias sic de se dixit: *Factum est in M. C. LI. filij Dei incarnationis igneum lumen, aperto caelo ueniens totum cerebrum meum transfudit.* Obiit autem sub Adriano Papa, qui sedit anno Domini M. C. LIV. & obiit M. C. LIX. regnante Friderico Imperatore.

Anno Domini M. C. LIV. Vicelinus Episcopus obiit, cui Geroldus capellanus Ducis Henrici successit. Item Raceburchensis Episcopatus renouatur.

Anno Domini M. C. LVIII: tempestas maxima, & plurimi submerguntur.

Anno M. C. LXI. Gero Haluerstadenſis Episcopus dignitatem ferendi Pallij a Victore Papa suscepit.

Anno Domini M. C. LXII. Petrus Longobardus librum sententiarum composuit, unde Versus:

M. C. sex decies annosque recollige binos.

Tunc Petrus sparsit istius odore libri nos

Addideris si forte nouem, quod passio Thomae

Pentificis sit ibi, quem cantat Cantua pro me.

Anno Domini M. C. LXIII. Henricus Dux castrum Werle cepit. Item postulante Geroldo Episcopo Dux Henricus sedem de Aldenburch in Lubeke statuens ibi XII. praebendas, & praepositum Adelonem, cuius XII.

Anno Domini M. C. LXIV. orta est tempestas maxima XIV. Kal. Martij, & aqua inuoluit oes fines Fresiae, Hadeleriae, & terram palustrem Albiae. Item strages in Dymin Adolphi Comitis & plurimorum. Item Reinoldus Colonienſis electus, corpora trium Magorum de Mediolana in Coloniam deportauit.

Anno Domini M. c. lv. Hartwicus Archiepiscopus dedicauit monasterium beatae Virginis iuxta Stadium.

Anno M. c. lxxviii. Hartwicus Bremensis obiit. Duo sunt electi Syfridus Alberti Marchionis filius, & Otbertus Decanus; Balduwinus capellan^o Ducis Hérnici intruditur & ab Apostolico confirmatur.

Anno Domini M. c. lxx. castrum Horeborch destruitur.

Anno Dñi M. c. lxxi. Thomas Cantuarensis Archiepiscopus occiditur:

Annus millenus centenus septuagenus

Primus erat, primas cum ruit ense Thomas.

Anno Domini M. c. lxxiii. terra circa Bremam arsit in feruida æstate, fere per mensem. Item equus locutus est fessori suo dicenti: *bibe diabole, inuium me potes ad aquam ducere, sed inuium me non potes ad aquare.*

Anno Dñi M. c. lxxv. Veneti cum Imperatore discordant, tamen Venetia insula non natura sed arte facta & sic inchoata. Rex Attila Aquilegiam obsidēs habitatores huius fugauit, qui ad locum illum venientes ibidem insulam congesse- runt & eam à venalitate vel venatione vocauerunt. Erant ibidem duo conciuēs, vnus pauper & alter diues, diues ire volens mercatum, quærebat à conciuē suo, si quid vellet mittere secum pro mercimonio? Pauper respondit non habeo nisi duos catos. Quos diues secum attulit & casu in quendam locum venit, vbi mures fere locum vastauerant, ibi catos pro multa pecunia vēdidit, cum qua mercatus multa bona socio reportauit.

Anno Domini M. c. lxxvii. Nouum monasterium exuritur. Item Imperator offensus Mediolanensibus, vocauit in auxilium Principes, & quia Dux Heinricus erat ei grauis, ad pedes ei^o procedit, & dum eum leuare contēpsit, Imperator eū leuauit, dicēs, *surge mi Domine & memor esto huius casus & memor sit Dominus.* Iordanus dapifer glorianter dixit Duci; *Domine corona Imperij ad pedes vestros venit, adhuc in caput vestrum ascendet.* Sed fortuna Ducis ab eo tempore cæpit labefactari. Item Alwardus primus Abbas Stadensis obiit.

Anno gratiæ M. c. lxxviii. Ecclesia in Auerstat plena clericis, matris & infantibus à Duce Henrico incenditur & ipsa ciuitas.

Anno Domini M. c. lxxx. Imperator Werceborch curiam habens abiudicauit Duci omne pheodum, quod ab Imperio tenuit, & ab Episcopis. Itē Bernardus Comes de Hanchalt suscepit Ducatum Saxoniz.

Anno gratiæ M. c. lxxxi. Imperator Lubekē veniens ciuitatem in deditionē accepit. Item Henricus Dux se in potestatem Imperatoris dedit & fines Imperij ad tres annos abiurauit & Angliam intrauit.

Anno Domini M. c. lxxxii. octo Principes & multi nobiles, & plus quam c. milites submersi sunt in cloaca Erfordiz; Imperatore vix se in quadam fenestra saluante, nullo tamen Episcopo vel clerico ibi periclitante. Comes Henricus de Swarceborch ibi profundius corruit, quia assidue sic iurauit: *si hoc fecero, submergar in latrina.*

Anno Domini M. c. lxxxv. Lucius Papa obiit, cuius epitaphium est:

Luca dedit lucem, Luci tibi, pontificatum

Hostia, Papatum Roma, Verona mori.

Anno Domini M. c. lxxxvi. inchoatum cenobium Reinvelde, iuxta fontem Cuferin.

Anno Domini M. c. lxxxviii. Abbas * Ioachim sic de Antichristo prophetauit; *cum fuerint expleti M. anni & CC. LX. nascetur Antichristus.*

Anno Domini M. c. lxxxix. Bårdewich à Duce Henrico destruitur die Simanis & Iudæ.

Anno Domini M. c. lxxxxi. Fredericus Imperator in flumine Tessaliz submergitur, & tunc dicitur exclamasse: *Benedictus crucifixus Dei filius, quod aqua*

me suscipit, qui me regeneravit, & me facit martyrem, qui me fecit Christianum, & hæc dicens exspiravit.

Anno gratiæ M. C. LXXXII. Waldemarus Episcopus Sleswicensis regnum affectans Daciæ, à Waldemaro Duce capitur, & vinculis mancipatur.

Anno Domini M. C. LXXXIII. Richardus Rex Angliæ in Austria capitur, in ciuitate Wenad ignem sedentem, & pro seruo gallinam affans Imperatori traditur, & ipse pro centum & quinquaginta librarum * argenti redemit.

Anno Domini M. C. XCV. Imperator cepit Salernam; cepit & Margaretam potentissimum pyratam & cæcauit eum. Cepit & filium Tancredi regis, & matrem eius, & filiam Regis Cōstantinopolitani, desponsatam filio Tancredi, nomine Ceciliam, quam postea duxit Philippus Rex. Item Henricus Dux obiit, relictis post se filiis, Otone, Henrico, & Wilhelmo.

Anno Domini M. C. XCVI. Imperator Iordanum quendam Siculum in sedem candentem ferream posuit, & coronam ignitam clavis ferreis capiti eius inculsit, quia miserat Imperatrici clenodia, & quædam receperat. Gloriabatur enim se regem futurum, & ducturum Constantiam. Quendam etiam Richardum per plateas tractum suspendi fecit, q̄ eum ut dicebatur consilio constanti impotionare proposuit.

Anno Domini M. C. XCVII. Rex Ierusalem nocte surgens ut urinam proiiceret de fenestra cadens mortuus est, & cliens similiter, qui eum retrahere voluit. Item Principes peregrini elegerunt Fredericum filium Imperatoris Henrici, vix quatuor annos habentem. Vocabatur autem alio nomine Constantinus, à nomine matris, quæ Constantia dicebatur. Principes Alemanniæ elegerunt Philippum fratrem Imperatoris, excepto Adolfo Colonienfi Archiepiscopo, qui cum suis complicibus elegit Ducem Zaringiæ, qui noluit acceptare. Vnde Ottonem elegit filium Ducis de Brunswich, consilio & auxilio regis Angliæ, Richardi, auunculi eius, & Henrici fratris sui, & ducis Brabanciæ. Otto Aquisgrani: Philippus Moguntia coronatur, & multiplicata sunt mala in terra.

Anno Domini M. C. XCIX. Hartwicus Archiepiscopus rediens de peregrinatione tulit Bremegladium Petri, quo Malcho amputauerat auriculam. Item Otto & Philippus inter se præliantur. Richardus Rex Angliæ iuuit multa pecunia. Item Kanutus Rex Danorum Hamborch & Stadium expugnare proposuit, sed Hartwicus Archiepiscopus & Comes Adolfus ei ad Eidoram fluium obstiterunt. Item Eluerus abbas Stadensis obiit, cuius Prior eiusdem Ecclesiæ Christophorus subrogatur.

Anno gratiæ M. CC. Rex Philippus Brunswich obsidet, nec obtinet.

Anno Domini M. CCI. Philippus & Otto circa Mosellam vires suas sunt experti. Hamborch & Lübecke à Duce Waldemaro capitur, & Comes Adolfus & ad Waldemarum Episcopum ponitur.

Anno Domini M. CCII. Kanutus Rex Danorum obiit, cui Waldemarus frater eius successit.

Anno Domini M. CC. III. homines Comitum Adolphi reddunt castrum Louenborch Waldemaro regi Danorum pro absolute Comitis. Item Albertus Liuoniensis Episcopus Rigam ædificauit.

Anno M. CC. V. Philippus & Otto circa Coloniã vires suas probant, & Otto grauiter vulneratur.

Anno gratiæ M. CC. VI. Colonienfis venit in gratiã Philippi, Ottonem relicto.

Anno gratiæ M. CC. VII. Philippus & Otto duobus Cardinalibus præsentibus pro reconciliatione tractant, sed nihil proficiunt.

Anno Domini M. CC. VIII. Rex Philippus à Comite de Wizelbach occiditur in Bauenberch XI. Kal. Iulij, & in Spirea sepelitur. Item Rex Otto desponsata sibi Regis Philippi filia in Imperio à Principibus confirmatur, qui statim in Frankenvorde curiam habuit, leges innouauit.

Anno Domini M. CC. IX. Otto Ducis Heinrici filius Romæ à Papa Innocentio coronatur. Item eodem tempore capit ordo prædicatorum & minorum fratrum; & Innocentius Papa vitam & regulam beati Francisci approbans annotauit.

Anno Domini M. CC. X. Theodoricus Lubicensis Episcopus obiit, cui Bertholdus ibidem Canonicus successit, quem Yso Verdensis Episcopus in Ecclesia beatæ virginis apud Stadium consecrauit.

Anno Domini M. CC. XII. Papa Innocentius Imperatori redeunti in Alemanniam suscitauit aduersarium Fredericum Siciliæ regem Imperatoris Heinrici filium, cui per Papam multæ ciuitates Italiae accesserunt. Imperator duxit filiam regis Philippi, quæ statim post nuptias obiit. Item Wilhelmus de Lunenborch obiit, relinquens Ottonem infantulum.

Anno Domini M. CC. XIV. pueri de diuersis regionum villis & ciuitatibus sine certo rectore & Duce versus transmarinas partes auidis gressibus cucurrerunt, & dum quæreretur ab ipsis, quo currerent? Responderunt, versus Ierusalem requirere terram sanctam. Papa hiis auditis ingemuit & ait; per hos pueros nobis Deus imperat, quod ad recuperationem terræ sanctæ eis currentibus nos dormimus. Vnde mulieres circa Rhenum de loco ad locum nil loquedo vagabantur. Item Imperator cum Rege Franciæ conflictum habuit, sed victoriam perdidit.

Anno Domini M. CC. XV. Rex Danorum Albiam cum exercitu intrat, Stadium inuasurus, sed prohibet Palatinus. Imperator cum fratre & Marchione de Brandenborch, & Waldemaro Episcopo, Håborch obsedit & in pace recepit. Innocentius Papa generalem Synodum celebrat in Lateranensi Ecclesia sancti Saluatoris cum cccc. xii. Episcopis. Et eodẽ anno Perusij obiit. In eadem synodo duo Episcopi dicuntur ex pressura mortui. Vnde quidam dixit:

Non intrant tuti iussu Papale secuti

Nostri cornuti, quid prodest cornibus uti.

Cum pressentur uti pecudes, iaceant que voluti

In squalore luti, mors est vicina saluti.

Successit autem Innocentio Honorius.

Anno Domini M. CC. XVI. Ordo prædicatorum confirmatur. Rex Danorum Albiam glacie rigentem transiens, Stadium expugnare voluit, sed antequam gelu solueretur rediens, vires suas in Hamborch conuertit, fecitque castrum infra ciuitatem super Albiam, & Comes Albertus aliud super urbem: Vnde Håburgenses affecti tædio se dederunt.

Anno Domini M. CC. XVIII. Otto Imperator magnâ contritione in castro Hatesborch moritur, à Sifrido Hildenshemensi Episcopo absolutus. Item castrum Vorde à Bremensis Ecclesiæ ministerialibus occupatur, & tali casu, iuxta idem Castrum in loco qui dicitur Bokele super Beuernam fluuium quidam simplicissimus rusticus habitauit, qui cepit benedicere infirmos cum verbis quibusdam rustice compositis, & tandem confluxerunt homines infirmi quasi peregrini de diuersis partibus, & fere omni die factus est in turba cantus & clamor magnus, tanquam aliqui fuerint de suis morbis liberati, & multi crediderunt ei. Dux autem Heinricus defendit eum, & aduocatus eius Heinricus de Otterhusen, & quæstum infinitum de oblatione habebant. Interea ministeriales Bremenses quasi versus Vordam euntes, requisiti quo tenderent dixerunt se de remotis partibus venire, & visitare limina sancti Otberti, cuius dicunt balneum potatum conferre miraculam infirmis sanitatem, ascendunt in castrum Vorde & homines Ducis eiecerunt. Rusticus Otbertus fugit in Stadium, & ita venit postea in Lubeke, inde in Rigam & ibi obiit. Item Rex Fridericus Erfordiae curia celebrata Imperio confirmatur.

Anno

Anno Domini M. CC. XIX. Rex Fredericus habito conuentu apud Goslariam, gauisus est valde Duce Hérico ei imperij insignia præsentante. Item Gerardus Bremensis Archiepiscopus Frankenvordæ obiit. Eique Gerardus Palburnensis præpositus filius Bernardi de Lippia post Comitum, post Abbatis tandem Episcopi subrogatur.

Anno Domini M. CC. XX. Fredericus Rex Siciliae Henrici Imperatoris filio Romæ à Papa Honorio coronatur. Quidam dicunt eundem Fredericum fuisse filium Henrici magis vocalem quam realem, cū Henricus Constantiam duxit sexagenaria fuit, vnde non credunt eam in tali ætate peperisse. Item Henricus filius Imperatoris patre volente Frankenvordæ in regem à Principibus eligitur. Item Horborch destruitur.

Anno Domini M. CC. XXIII. Rex Danorum Waldemarus à Comite Henrico de Suerin in propria terra capitur, & in Danneborch graui custodia coartatur.

Anno Domini M. CC. XXIV. Philippus Rex Fraciæ obiit, cui Lodewicus successit. Item quidam venit in Flandriam dicens se esse Baltuinum Comitem, sed vtrum fuerit an non adhuc sub iudice lis est. Comitissa vero quæ filia eius esse debuerat, eum suspendi fecit.

Anno Domini M. CC. XXV. Comes Adolfus auxilio Gerardi Archiepiscopi & Comitum Hentici de Swerin & Henrici de Werle inuitatus à potentioribus Holsatiæ, terram occupat Transalbam. Item Comes Albertus à Comite Henrico de Swerin Molne capitur, & cum auunculo suo rege Danorum custodia mancipatur. Item Rex Daciæ pro XLV. marcarum millibus se redemit, exceptis aliis clenodiis circa tria millia marcarum æstimatis. Item Engelbertus Colonienfis Episcopus à Friderico Comite de Ysenborch occiditur.

Anno Domini M. CC. XXVI. Beatus Franciscus migravit ad Dominum. Item Comes Fredericus de Ysenborch rotatur Coloniz. Item Domini Nordalbingiæ Albertum Ducem Saxoniz vocant eique Raceborch & Lubeke resignant.

Anno Domini M. CC. XXVII. prælium in Bornehouede regis Danorum contra Bremensem Archiepiscopum & Ducem Saxoniz Albertum & Henricum Comitem de Swerin die Mariæ Magdalenz. Rex per fugam elabatur, sed Dux Lunenborch à Comite Henrico de Swerin capitur.

Anno Domini M. CC. XXVIII. Héricus Comes de Swerin obiit Ottone Domino de Luneborch non dimisso, volebant enim consiliarij Guncelini eum dimittere, sed Dux Albertus renititur, donec ei Hedenfaken traderetur.

Anno Domini M. CC. XXIX. Parisiis inter Clerum & populum maxima orta dissensio multis clericis trucidatis, ita vt studium in Andegauiam transferretur.

Anno M. CC. XXX. Bertoldus Episcopus Lubicensis obiit, cui Iohannes eiusdem Ecclesiæ decanus successit.

Anno Domini M. CC. XXXII. Christophorus abbas Stadenfis obiit, cui Albertus successit.

Anno Domini M. CC. XXXIV. Stedingi deleti sunt à peregrinis. Itē Rex Danorum contra Lubicenses super Trauennam ædificauit duo castra.

Anno Domini M. CC. XXXVI. beata Elizabeth trās lata est Kalend. Maij, præsentate Imperatore Frederico & multis principibus. Item in Liuania strages peregrinorum multa, circa festum Mauritij.

Anno Domini M. CC. XXXVII. Dux Abel filius Waldemari Regis duxit filiam Comitis Adolphi in terra Holsatiæ. Item Ecclesia Reineueldensis dedicata est.

Anno Domini M. CC. XXXVIII. Comes Adolfus cum vxore sua Heilewiga Liuaniam iuit.

Tres vbi crescit olus, nec erant tunc sydera, solus

Abbas Albertus posuit radiantia quercus.

Anno domini M. CC. XXXIX. Comes Adolfus de Schowenborch se in Hamborch reddidit ad fratres minores, die Ypoliti sabbato, relinquens post se pueros, Iohānem, Gerardum, & Luderum, quibus tutorem dedit generum suum Ducem Abel.

Anno Domini M. CC. XLI. Tartari tantum terrorem hominibus incusserunt, ut Papa ad instantiam Regis Vngariæ, generalem daret sanctæ terræ indulgentiam contra eos. Item Iohannes filius Adolphi fratris filia Ducis Alberti sibi promissa, receptus est Hamborch cum magno gaudio cleri & populi. Item eclipsis solis per totum mundum octaua Michaelis die Dominica.

Anno Domini M. CC. XLIV. frater Adolfus olim Comes sedem adiit Apostolicam, pro dispensatione, & rediens subdiaconus à Iohanne Episcopo magistro [ordinis prædicatorum:] in diaconum, & à Iohanne Lubicensi Episcopo est in presbyterum ordinatus, & in Hamborch ubi Comes fuerat missam apud fratres minores die Gregorij celebravit.

Anno Domini M. CC. XLV. Papa Lugdunum veniens concilium celebravit, & quintam partem reddituum ab Ecclesiis requisivit. In eodem concilio Lugdunensi Octauam natiuitatis beatæ Virginis instituit per vniuersam Ecclesiam celebrandam, & Decreto firmavit. In eodem etiam excommunicauit Imperatorem, quibusdam reclamantibus, & dicentibus ad Papam non pertinere destituere vel instituere, sed electum à Principibus coronare. Sunt autem hij quorum interest, Treuirensis, Maguntinensis, Colonienfis: Deinde Palatinus, quia dapifer est: Dux Saxonie quia Marscalcus est: Marchio de Brandenborch quia Camerarius: Rex Bohemiæ quia pincerna, non eligit, quia non est Teutonicus.

Anno Domini M. CC. XLVI. cum Papa sollicitaret Principes, ut aliquis eorum Imperium assumeret, tandem Henricus Landgravius dictus Raspe, Imperium acceptauit, & statim à Moguntino & Colonienfi in Regem eligitur. Item Dux Austriæ habito conflictu contra regem Vngariæ, occubuit & ducatum sine hærede reliquit: vnde quidam in quodam lapide scripsit hos versus:

*Anno millesimo centesimo terque tricesimo,
His quinquaginta si misces, tunc bene disces,
Austria quod tota sit Principibus viduata,
Terraque cornuto discet seruire tributo.*

Item Iohannes & frater eius Gerardus Comites Holfatiæ de Parisiis redierunt, & octaua Francisci, cum maximo cleri plebisque tripudio in Hamborch sunt recepti.

Anno Domini M. CC. XLVII. Henricus Landgravius, nouiter in Regem electus, sine hærede mortuus est.

Anno Domini M. CC. XLVIII. Papa Heinticum mortuum intelligens Petrum Caputium de aureo velo misit in Teutoniā, quo promouente Wilhelmus frater Comitis Hollandiæ, in missa in regem est electus. Bernardo Paderbornensi Episcopo mortuo, Simon eligitur, & frater Simonis Monasteriensi Episcopo subrogatur.

Anno Domini M. CC. XLIX. maxima tempestas cum inundatione aquarum orta est nocte puerorum.

Anno Domini M. CC. L. Comes Iohannes cum Bremensi Archiepiscopo, & auunculo suo Simone expeditionem in Daciam ordinavit. Ericus Rex ludens in alea cum Hermanno milite amicabiliter inuitatus à fratre suo Abel, & hostiliter captus & in nauim proiectus à quodam Dano, dicto Lagone, missus est decollari, & corpus eius multo ferro onustum, in aquæ illius profundum est submersum, cui parcat Deus. Hoc turpe factum & inhumanum contigit in nocte beati Laurentij. Huius Regis corpus inuentum, fratres prædicatorum in Ecclesia sua Sleswich sepelierunt, sed frater eius Abel postea fecit eum ibidem

in noua Ecclesia monialium sepeliri. Item in die omnium sanctorum Abel coronatur in Regem, & vxor eius Mechtildis in Reginam, filio eius Waldemaro puero, quem redeuntē de Rothomago, Coloniensis Archiepiscopus ceperat, quē Comes Iohannes sex millibus marcarum puri argenti redemit. Item Fredericus Imperator obiit, & in Palermitana Ecclesia, quæ est in Sicilia, ab eiusdem loci Archiepiscopo tumulatus; & dicunt quidam, quod resipuerit ante mortē. Tunc steterat Roma per duo millia annorum.

Anno Domini M. CC. LI. orta est noua secta hæreticorum, & primo visa est in villa Parisiensi, qui se pastores nominauerunt, quorum non erat numerus, uenerunt circa principium Parisius quasi viri sancti, & sunt à laicis recepti, & tandem cum ipsis contra fidem senserunt. Dicebant se habere auctoritatem benedicendi, consecrandi, & baptizandi, ligandi & soluendi, & dum clerus eorum erroribus resisteret, irruerunt in eos; & plurimos occiderunt, prædicatores & minores à loco prædicationis turpiter amouerunt & in ipsum Episcopum fecerunt insultum, sed iuuante Deo tota repressa est eorum præsumptio, & tandem à populo interfecti. Item Wilhelmus Rex duxit filiam Ottonis Ducis de Brunefwich, & nocte Palatium, in quo sponsus & sponsa quieuerunt; ex incuria succensum est, & Rex cum Regina vix euasit, & duo factores incendio perierunt.

Anno Domini M. CC. LII. Otto Dux de Brunefwich die Dominica Primi & Feliciani obiit, relictis post se filiis quatuor; & Albertus maior eorum Ducatum accepit. Item Abel Rex Danorum die Apostolorum Petri & Pauli turpissimus à Strantfresia rusticis est occisus, & Christoforus frater eius regnū accepit. Lago interpretatur Erici regis & multa pecunia ab Abel collecta fugit in Holsatiam, & ibidem est occisus. Item Hermannus miles de Kerecwerdere, qui cum Erico Rege luserat in alea tempore quo captus erat, à rusticis, quos ad terram fodiendā compulit fossoribus, quæ rustici gestabant in manibus, est occisus.

Anno Domini M. CC. LIII. Albertus Dux de Brunefwich Horeborch reedificat, & hoc contra patris promissum Ottonis. Item Comitissa Flandriæ multam militiam misit contra Regem Wilhelmum, & victoriam perdidit.

Anno Domini M. CC. LIV. Rex cum Petro legato laborabat, vt Coloniensem Episcopum Simonem absolutū dimitteret, Archiepiscopo contradicente; tantus rancor surrexit, quod Coloniensis applicato igne ad domum; in qua legatus erat cum rege voluit ambos incendio suffocare; contigit hoc in Nussia; vix autem euaserunt. Item Dux Bawariæ vxorem suam fecit decollari in Werden, falsum imponens ei crimem.

Anno Domini M. CC. LVI. Quidam validus ciuis in Maguntia cepit hortari conciuēs suos, vt se inuicem ad pacem restautandam constringerent, & ad idē ciuitates vicinas & remotas inuitarent. Hic vocatus est Woltbodo. Rex Wilhelmus & Papa Alexander hiis consensit; huius vero successus satis notus est.

Anno Domini M. CC. LVI. Wilhelmus Romanorum Rex à Fresonibus occiditur, & vi raptus ab ipsis Fresonibus occultatur.

Anno Domini M. CC. LVII. Richardus fortiter Rex Angliæ cepit ad Imperium aspirare; tunc Moguntinus erat captus, quem Richardus redemit octo millibus marcarum, vt ad suam esset beneuolus electionem. Hic effudit pecuniam ante pedes Principum sicut aquam. Quidam eorum scilicet Treuerensis Archiepiscopus, Albertus Dux Saxonie, Iohannes & Otto Marchiones ei hac vice non consenserunt. Coloniensis vero & Traiectensis pro eo adducendo transeunt in Angliam, & redeuntēs cum ipso Aquisgrani veniunt; & eum cum infinita pecunia principibus sibi fauentibus præsentant & die ascensionis Domini ipsum in Regem Romanorum eleuant, & consecratum cum vxore sua coronant. De pecunia eius multa incredibilia sonuerunt, certe tantum olei, quantum infusum est eius capiti, potuisset in sua terra precio emisse minori. Stulta Anglia quæ tot denariis sponte est priuata. Stulti Principes Ali-

maniam, qui nobile ius suum pro pecunia vendiderunt. Item Simonem Parbornensem accepit Bremen. Archiepiscopus in tutorem, de consensu Capituli & ministerialium. Qui statim impetuit Albertum Ducem de Brunefwich, pro eo, quod Horeborch reedificans contra fidem patris & sui ipsius venit, sed Dux super eo treugas impetrauit. Item Fredericus Raceborg Episcopus obiit, cui Olricus successit.

Anno Domini M. CC. LVIII. Comes Bernardus de Berneborg duxit filiam Regis Abel, die Blasij in Hamborch. Item Gerardus Bremensis Archiepiscopus obiit. Qui cum esset in Parbornensi Ecclesia simplex Canonicus, occurrit ei quidam, habitu incultus, & primo nec turbidus, nec latus, & dixit: considera diem istum, anno euoluto in præpositum eligeris Parbornensem, & cum possessor fueris, dabis mihi duas marcas. Et factum est ita. Secundo venit iterum ad eum, & dixit: anno euoluto & tali die eligeris in Archiepiscopum Bremensem, & cum possessor fueris dabis mihi v. marcas. Sic euenit, & ille dedit. Et ille dixit ei tertio: Duas res tibi prædixi, quæ euenerunt, tertiam rem dico tibi sine remuneratione. Quinquaginta annis viues Archiepiscopus, & post hos non viues vno die. Mentita est iniquitas sibi. Nam xxxviii. annis sedit, & tricesimo nono obiit, in die Panthalionis, quæ sabbato tunc erat. Quo defuncto facta est dissensio in electione. Capitulum enim Bremense, excepto Scholastico & Cantore, elegit Præpositum Hildebaldum, Præpositus Bremensis se ipsum postulauit. Decanus Hamburgensis nomine totius Capituli sui, postulauit præpositum Bremensem, Scholasticus Hamburgensis elegit Hildebaldum, quem multis triumphis prætermisissis Papa confirmauit.

Anno Domini M. CC. LIX. Christophorus Rex Daciæ moritur, & filius eius Ericus septennis coronatur. Ericus filius Abel Regis in Ducatum recipitur. Item Bremensem electum in vigilia Palmarum, confirmauit, & in Episcopum die dominica Benedicta ordinatur & dato pallio ad patriam remisit. Simon Episcopus Parbornensis venit Hamborch, & auditis literis Papalibus, appellauit. Iohannes & Gerardus Comites Capitulum Hamburgense & ciues Hamburgenses appellauerunt, & omnes quieuerunt, nihil eorum quæ præposuerant exequentes. Item postulatus Bremensis, in Lubeke obiit. Et Engelbertus Bremensis Ecclesiæ Canonicus in præpositum est institutus ab Archiepiscopo, & paulo post ipsum destituit, eique fratrem Alberti Ducis de Brunefwich subrogauit.

Anno Domini M. CC. LX. Richardus Rex in Angliam cum vxore sua rediit & inuestituram Episcoporum Archiepiscopo Colonienfi commisit. Item Archiepiscopo Bremensi ultra Albiam misit viros validos in locum qui Wildescarne dicitur, vt ex illo Comites Holfatiæ impugnarent. Comites vero illo obsequio omnes se dare coegerunt.

Anno Domini M. CC. LXI. Regina Daciæ Margareta cum filio suo Rege venit contra Comites Holfatiæ cum magna populi multitudine super Loheide, sed Comites per Dei gratiam adepta victoria Reginam ceperunt, & in Hamborch in honesta custodia deduxerunt. Statimque Dux Albertus de Brunefwich per auxilium Lubicensium & quorundam Holfatiæ infidelium Holfatiam intrauit, & castrum Plone expugnauit. In cuius defensione quidam miles probus & fidelis, cui parcat Deus, cadens mortuus est, & primo Segeberghe sepultus, sed Canonici Hamburgenses, quod eorum Canonicus fuerat Hamborch defunctum sepelierunt, ipse requiescat in pace. Item ciuitatem Kil obsedit, sed non profecit.

Anno Domini M. CC. LXII. Regina Hamborch in captiuitate detenta fit tractatus de pace. Dux & Marchiones, Iohannes & Gerardus Comites conueniunt in Quedelingeborgh, & postea in Saltwedele. Regina quoque interfuit, sed tamen postea reuersa est Hamborch, & colloquium, redeunte Regina, ad placitum sic finem accepit; quod Holfati transgressores reconciliati sunt Comitibus, bonis

bonis suis obtentis, & Regina reuerfa est in Daciam. Item Helprandus præpo-
fitus Hamburgensis obiit. Item Rodolfus Episcopus Suerinensis obiit.

Anno Domini M. CC. LXIII. Comes Iohannes Holsatiæ obiit, & est sepultus
in Reinvelde. Item eclipsis solis in die Dominica, & in die Oswaldi Regis. Eo-
dem anno Dux Luneburgensis de Dacia rediens, cum magna multitudine in-
gressus est fines Marchionis Misnensis, & captus est ab eo, cum multis Comi-
tibus & Dominis terrarum, & detentus est vno anno & sex septimanis, captus est
in vigilia Simonis & Iudæ Apostolorum.

Anno Domini M. CC. LXIV. solutus est Dux Iohannes de Luneborch. Item
Nouum monasterium, quod est in terra Holsatiæ, per multas prouincias tam de
hospitalitate, quam de bona cõuersatione personarũ, famosum, incendio deua-
statur, in nocte sancti Martini. Item vina perierunt in Francia. Item Papa Vr-
banus mortuus est, & vacabat sedes xvii. septimanis, cui successit Clemens.

Anno Domini M. CC. LXV. Dux Iohannes de Brunefwich duxit filiam Comi-
tis Gerardi, cum magna solemnitate in Hamburgh.

F I N I S.



Bb 2

ERI-

ERICI DANIAE REGIS,
VVRATISLAI VII. DVCIS PO-
MERANIAE F.

HISTORICA NARRATIO, DE ORIGINE GEN-
tis Danorum, & de Regibus eiusdem gentis, deque co-
rundem rebus gestis.

DANI, vt testantur veteres Historiographi, tempore Saruch proa-
ui Abrahamæ, regnum quod nunc Dania vel Dacia dicitur, intraue-
runt, venientes de Gothia. Qui quidem Gothi, vt dicit Papias, de
Gog filio Iaphet orti sunt. Quod autem quidam dicunt, Danos à
Danaitis, id est, Græcis venisse, verisimile est, sed vsquequaque certum non est,
nisi ab initio dicti sunt Dani, sed quælibet terra habuit nomen speciale, quod
habet adhuc, donec tempore Dauid regis habuerunt regem Dan: nam tem-
pore illo, Dan filius Humblæ de Suecia veniens, regnavit super Syalandiam,
Onen, Falster & Laland, cuius regnum dicebatur Withesleth. Eo tempore
Rex quidam potentissimus ad inuadendum Iutos venit. Quo audito, Iuti ti-
menses valde, locum qui adhuc Kovoirki dicitur, fossatis & fragis ligneis mu-
nierunt, miseruntque nuncios ad Dan regem Withesleth, vt eis ferret auxili-
um, pollicentes ei, victoriam si reportaret, dominium super se. Qui cum suis ve-
niens, apud Kowirki hostibus occurrit, occisis plurimis, & reliquis in fugam a-
ctis, Dominus Iutorum factus Dan; cum Iutis Syoniam, Scaniam ac omnes a-
lias Insulas Daciæ sibi subiugauit, & postmodum communi omnium decreto,
regnum suum Daniam; & incolas, Danos, à se, qui Dan dicebatur, appel-
lauit.

I. Primus ergo Danorum Rex fuit Dan, filius Humblæ, à quo Dani & Dania,
quæ nunc Dacia dicitur, nomen habet: Iulius enim Cæsar primo fertur eam
Daciam appellasse, propter hospitalitatem & dapfilitatem huius gentis. Dani
ergo primus Rex fuit pugil fortissimus & giganteus; cunctis in circuitu terribi-
lis, & prælia clarissima gessit hinc inde. Huic successit secundus:

II. Humblæ filius eius. Hic erat vanus & iners, & pauca notabilia fecit: vnde
Lothet frater eius, facta conspiratione Danorum cõtra fratrem, eum de regno
deposuit & pro eo regnavit.

III. Tertius Lothet nimis durus fuit incolis regni, & in multis se nequiter ges-
sit, & ideo tyrannidem eius Dani non ferentes, eum occiderunt. Huic succes-
sit Skiola filius eius quartus:

IV. Skiola. Iste antequam haberet xv. annos ætatis, occurrens solus magno
vrso, & eum cingulo suo ligauit. Hic primo Teutonicos Danis subiugauit &
seruire fecit sub tributo: & multa strenue gessit. Huic successit filius eius Gram,
quintus:

V. Gram, à quo Gram & Hæreth dicitur. Iste cum quodam gigante in Sue-
ciâ pugnant, solus occidit eum. Regem etiam Sueciæ occidit, & xvi. fratres
eius: & Sueciam tributariam Danis fecit. Postea cum Suibdager Rege Normã-
nos: quod quando aliquis est multum durus, dicitur de eo; ipse est vnus Gram.
Huic successit in regnum Suibdager, qui eum occiderat, sextus:

VI. Suibdager. Iste ex patre Dacus fuit, & ex matre Noricus, qui patrem pro-
prium in Norwegia regnantem, de regno expulit, & pro eo regnavit. Hunc in
Dacia regnantem occidit Haddinger, filius Gram, in vltionem patris, & pro eo
regnavit, septimus:

VII. Had-

- VII. Haddinger filius Gram. Iste regem Sueciæ & Hellepontem interfecit. Norwegiam & urbem Dymin subiugavit, & multa clarissime fecit, & post multas victorias indignum ducens mori in lecto quasi pecus, propter laudem mundi, & posteritatis memoriam, seipsum suspendit. Huic successit Frothi filius eius octavius.
- VIII. Frothi hinc famildæ. Iste postquam seipsum & totum regnum in bellis depauperauerat, audito quod in Wældæl Syfal, draco quidam super thesauros iaceret, draconem solus adiit, & superatum occidit, acceptisq; thesauris Britanniam, quæ nunc dicitur Frisia, Scotiam, Teutonium, Slatiam, Rusciam, & plurimas alias terras subiugavit. Postmodum in Scania pugnans, non manibus inimicorum, sed æstu & pondere armorum suffocatus interiit. Huic successit Haldanus filius eius.
- IX. Haldanus. Iste cupiditatē regnandi omnes fratres interfecit. Huic successit Ro filius eius.
- X. Ro. Iste transtulit ciuitatem, quæ prius dicebatur Hæakælping, de loco qui dicitur Hokorbyergh, & ædificans eam in portu Ysæfyeth, & vocauit eam Roskeldæ sermone composito ex nomine suo & ex fonte iuxta quem sita est. Huic successerunt duo filij eius, Haldan & Helgi.
- XI. Haldan & Helgi. Isti diuiserunt inter se regnum; Ita quod Haldan regnaret in terra & Helgi in mari. Haldan vero pauca notabilia fecit. Huic successit Helgi frater suus.
- XII. Helgi Rex maximus. Iste strenuus bellator, Hochbrodum regē Sueciæ occidit. Teutonicos III. subiugavit, & marinis discursibus multa ardua perperauit. Hic ad portum quendam Lalandiæ veniens, filiam cuiusdā rustici, nomine Rolfkarl, sibi adduci fecit, de qua filiam genuit nomine Thora, ex qua dicta est Thororū insula, quia ibi sepulta est. Iterumq; post xv. annos illuc veniens, prædictā filiam adduci fecit, nesciens q; filia suæ esset, ex qua genuit filium nomine Rolfkraki. Cumq; hoc postea cognouisset, prænitia verecundia se ipsum suspendit.
- XIII. Interea dum Rolfkraki adhuc puer esset, Rex Sueciæ Athissus Danis tributum imposuit, & in signum abiectissimæ seruitutis, præfecit eis c. quendam Racki nomine, quem cum canes occidissent, Athissus posuit eis regē pastorem quendam nomine Suyo.
- XIV. Suyo. Iste multa mala & innumera fecit Danis, sicut Athisso promiserat, qui tandem sedens in palatio Wiburgensi, in loco, qui Luscebægh dicitur, coram omnibus meliorib; regni, à pediculis est corrosus. Huic successit Rolfkraki filius Helgi prædicti.
- XV. Rolfkraki filius Helgi. Ipse post multas præclaras victorias ab Hyarwardo Comite Scaniæ, qui sororē eius habuit in uxorem, in lecto suo proditiose est occisus, in Loxthra curia regali, in Syelandia, cū quo & Bicerki & Icelki pugiles clarissimi, cum tota familia regia sunt occisi. Huic successit Hyarwarus.
- XVI. Hyarwarus regnauit breui tempore, scil. à mane vsq; ad horā primam. Hunc occidit Haki filius Hamundi, & factus est Rex Danorum.
- XVII. Haki igitur regnante venit quidam de partibus septentrionalibus nomine Frithloef, & filiam Rolfkraki duxit in uxorem & occidit Hakonem.
- XVIII. Frithloef. Huic successit Othen.
- XIX. Othen. Iste morte subitanea prope locum, qui nūc Othens dicitur, interiit, ibique sepultus est. Hic magnus incantator & magus erat, ita quod ab omnibus circa nationibus pro Deo colebatur, vnde & Græci imaginem ei; auream à Danis sibi pro magno munere missam, cum reuerētia maxima susceperunt. Huic successit Balder filius eius.
- XX. Balder, à quo Balderfund dicitur, mare Balticum, pro eo quod ibi pugnavit. Huic successit Hother, qui eum occidit.
- XXI. Hother. Iste inuenit in quodā nemore Sueciæ, gladium, qui Mūming

dictus est, cū quo Balder occidit. Ab isto Hother villa Othera dicta est, & illuc fugiens, occisus est à Boyo Rege Sueciæ, qui etiam post eum regnavit.

XXII. Boyo. Huic successit Rorik filius suus.

XXIII. Rorik. Huic successit Orwendel.

XXIV. Orwendel. Iste vir valde victoriosus erat, & multa præclara gessit. Huc occidit frater suus Foggi; & regnavit.

XXV. Foggi. Iste copulavit sibi uxorem fratris occisi. Hunc occidit Amblet^o filius dicti Orwendel in ultionem patris, & cum eo omnes meliores regni, cum tota Curia regali combussit, ita, quod vnus superstes non fuit.

XXVI. Ambletus, qui vir astutissimus erat, regemq; Angliæ bello occidit, & Daciam, Angliam, & Sueciam in ditione sua tenuit. Hunc Wichlethus Rex Norwegiæ vitricus eius occidit in Oresund, in prælio & regnavit.

XXVII. Wichlethus. Iste accepit uxorem Ambleti, propria uxore repudiata. Huic successit filius eius Wermundus hin blinde.

XXVIII. Wermundus blinde. Hic vir bellicosus erat. Huius tempore Keto & Wiggo filij Frewini præfecti Sleswicenses occiderunt Arthslum Regem Sueciæ, in ultionem patris sui. Huic successit Vffo Starke filius eius.

XXIX. Vffo Starke. Iste à vii. anno, ætatis vsq; ad xxx. noluit loqui, quo vsq; in loco, qui adhuc Kunengikamp dicitur, super Eydoram cum filio regis Teutonicorum & meliore pugile totius Teutoniæ solus certans, ambos occidit, & sic conditione vtriusq; gētis, Teutonia Danis iam quarto tributaria facta est. Huic successit Olaf filius eius.

XXX. Olaf qui dictus est Dan hin ste latene. Huic successit Hughelee.

XXXI. Hughelee. Iste occidit Heghmodum & Hagimum tyrannos Sueciæ. Huic successit Frothi.

XXXII. Frothi hin Freene. Iste interfecit Fregerum regem Norwegiæ & x. duces eius. Huic successit Dan filius eius.

XXXIII. Dan. Iste vii. anno ætatis suæ Teutoniæ iam v. tributariam Danis fecit. Huic successit Frithlenus.

XXXIV. Frithlenus. Iste urbem Doffinum & Britāniā subiugavit. Huic successit Frothi filius eius.

XXXV. Frothi hin Fritgothæ. Huius tempore Iesus Christus nat^o est. Iste subiugavit Sueciam, Brittanniā, Hyberniam, Scotiam, Norwegiam, Saxoniam, Frisiā, Vngariā, & omnia orientis vsq; ad Græciam, quorum reges & incolæ oēs seruierūt ei. Hui^o tempore venit in Daciam Erix Orthiloghe & Rol frater eius, filij Regneri. Illi interfecerunt Grep cum v. fratribus suis. Contra hunc Frothi venit rex Hunorum cum aliis lxx regibus, qui ex se vi. reges fecerant duces belli. Quorum quilibet habuit sub se v. m. nauium, & quælibet nauis habebat ccc. armatos. Summa nauium xxx. Summa virorum, nouies mille milia hominum, hos omnes occidit Frothi pugnans cū eis in mari iuxta Bleking. Hic tantam pacem in regno suo fecit, quod vnā armillā aureā iuxta Eydorā, alterā iuxta Scanor, & tertiam iuxta Warthingborg in via communi suspendit, nec erat qui eam nocte vel die auderet tollere. Hunc occidit vna vetula, Huic successit Yæriu.

XXXVI. Yæriu. Iste modico tempore regnavit, occidit enim cum Frithlenus filius Frothi Frithgothæ.

XXXVII. Frithlenus filius Frothi Frithgothæ. Iste occidit Amundum regem Norwegiæ & vnum draconem. Post quem Frothi filius eius.

XXXVIII. Frothi hin Freknæ. Huius tempore venit Sterata filius Storwerki in Daciam, qui interfecit Wisinum gladiatorem apud Ryciam & Tanam gigantem apud Bizantium, & in Polonia Wafæ pugilem, & in Saxonia Hamam pugilem, & Teutonicis infestissimus fuit aduersarius, & multa eis obprobria intulit. Nam quatuor aut sex ex eis cōplicans ad modū sedis super eos sedit ad purgandū alium, & multa alia præclara gessit. Iste Frothi anno ætatis suæ xii. Teutoniā

toniam jam sexto subiugauit; & multa alia præclara armis fecit. Hunc Frotho-
nem occidit Syertingus. Huic successit filius eius Ingellus.

XXXIX. Ingellus. Huius tempore, Stercather interfecit septem filios Svver-
tingi, in ultionem regis Frothi. Ipsius etiam tempore occidit Arganturum cum
septem fratribus. Huic successit Olaf filius eius.

XL. Olaf. Huic successit Haraldus filius eius.

XLI. Haraldus. Hunc occidit frater suus Frothi Rechbane, & regnauit.

XLII. Frothi Rechbance. Hunc interfecit Haldan bin Byerngramce filius sui
fratris Harald, in ultionem patris sui. Huic successit Ericus rex Sueciæ.

XLIII. Ericus. Hunc occidit idem Haldan Harald, filius, & pro eo regnauit.

XLIV. Haldan Byerngram. Iste strenu⁹ pugil fuit, vnde prouocat⁹ à Siwaldò
pugile Sueciæ, vt contra eum & septem filios eius dimicaret, acceptauit, & oēs
pariter occidit. Abiecto enim gladio, quercum radicitus auulsit, & cum ea oēs
conquassauit. Alia quoque vice cum quodam gigante de Suecia, qui habebat
vndecim cubitos altitudinis, nomine Harchbeen dimicans, occidit eum, & cū
eo XII. contubernales eius, & multa alia præclare fecit, vnde dictus hynbyern-
gram, huic successit Hugni frater eius.

XLV. Hugni. Huic successit Siwald filius suus.

XLVI. Siwald. Huius tempore Sterketheer fugit de prælio. Hunc occidit Ha-
ko. Huic successit Sigerus filius eius.

XLVII. Sigerus. Hic constituit bellum contra Hakonem in quo ipse & Hako
pariter corruerunt. Huic successit Goldrie nepos eius.

XLVIII. Goldrie, post cuius mortem regnum Danorum in quinq; regna di-
uisum est.

XLIX. Borgardus, qui habuit filiam Siwardi, nomine Role, in vxorem, regna-
uit in Scania.

L. Hundenger in Syalandia. Iste semper impediendo alios perdidit & defen-
dendo se vicit: vnde & ex eo tractum est prouerbium aliud: Hunderheina ri-
kæ est.

LI. Hani regnauit in Fyonia.

LII. Hother in Sunder Iutia.

LIII. Reyner in Noruicia.

LIV. Haldanus hin sterkæ surrexit post Borchardum in regnum, & fuit valde
strenu⁹ in armis. Hunc occidit Wesetus in Syaladia. Huic successit Harald Hil-
dercan filius Borchardi.

LV. Harald hildercan. Iste hos quinq; reges occidit, & ita potens factus est, q̄
omnes reges contra mediterraneum mare ferebant ei tributum, cui cum Rin-
ger, nepos suus rex Sueciæ tributum negaret. Sueciam intrauit, ibique in bello
corruit & cum eo corruerunt Vbbo rex Frisonum, & alij plures reges & xxx. no-
bilium de exercitu suo. De exercitu vero Ringer regis XII. procerum corruerunt.
Ibi cū Haraldo pugnaverunt ccc. virgines, quæ Skalmor dictæ sunt; quarum
vexillum portauit Hether, quæ postea ciuitatem edificans Heterby appel-
lauit. Inde etiam dicitur Hesceppe. Huic Haraldo, postquam L. annis regna-
uerat, successit ei idem Ringer nepos suus.

LVI. Ringer. Huic successit Harald frater suus.

LVII. Harald. Huic successit Oli frater suus.

LVIII. Oli hinc Freence. Hic adeo agilis erat, quod scianforium ad sellam ha-
bere noluit. Iste adeo efferus fuit quod Starchaterū solo visu super genua pro-
strauit. Hic etiam Sueciam intrauit, & prouocatus ad singulare certamen, pri-
mo die, contra vnum pugnavit, 2. die, contra duos, 3. contra tres, 4. contra qua-
tuor, quinto cōtra quinq;, & sic vsq; ad XI. & omnes superatos occidit. Qui dū
in Lætra curia regia in Syaladia sederet in balneo, venit Starchater magno pō-
dere auri corruptus à rege Sueciæ, & petita licentia loquendi aliquid secrete
regi, accessit, regemq; nihil mali suspicantē, gladio transfodit, vnde præ nimia

verecundia, post tam vilem, tanti viri occisionē, se à lachrymis numquam potuit continere, donec idem pondus auri, quod acceperat, occisori suo vt eum occideret, impendisset. Huic Oli successit Omundeer filius eius.

LIX. Omunder. Huius tēpore Starchather senio cōfectus, indignū reputans more aliorū hominum in lecto mori sine gladio, & præcipuè propter occisionē Oli regis, multis precibus persuasit cuidā Hother cuius patrem ipse occiderat, vt eum occideret, obiciens ei q̄ patrem eius occiderat, q̄ ille vindicare teneretur; obtulitq; insuper memoratum pondus auri, pro mercede, & sic Other victus spe mercedis & Zelo vindicandi patrē Starchatherum gladio proprio, qui Skum dicebatur, præcisa cervice, occidit apud pontē Scaniæ, qui Boyllyngbre dicitur, accinctusq; gladio, pontem transiens, cū esset in medio pōtis, Skum de vagina, in aquam cecidit, nec inde leuari potuit vsq; in præsens; tñ aliquando videtur ibi in defluxu aquæ. Iste Stercather venit de Suécia tempore regis Ingelli, portans cōgeriem carbonum in dorso ad acuendum n̄asum dicti regis, vt vindicaret patrē suum. Idem Starchather pertrāsit multas partes orbis pro prælio singulari: Vnde & Græci imaginē eius æream in Italiam miserunt, dicentes eos non posse ei resistere, nisi haberent vnū qui posset pugnare cū tali pugile. Huiusdem p̄ Henricū Æmalthorp militem de Dacia in Teutonium est portatus pro miraculo, habens sex pollices in magnitudine. Post Ommunder regnauit Syward filius eius.

LX. Syward. Huic se opposuit Simon præfectus Scaniæ, & tandem conueniunt in prælium in quo vtriusq; viriliter certantibus principes ambo corruerunt. Post quem regnauit frater eius Butel.

LXI. Butel. Post hunc regnauit Iarmarus Rek filius Sywardi.

LXII. Iarmarus Rek. Iste valde bellicosus erat: intrauit enim Slauiam cū exercitu & Ysmarum regem Slauorum occidit, & totam Slauiam vastauit. Postea Ollespomici Daciam cum exercitu intrauerunt, quibus Iarmarus rex occurrere non audens, muniuit montem maritimum Scaniæ, qui Kolle dicitur, ibiq; cum melioribus regni se inclusit. Tandem cum regnum vastassent, exiuit ad eos, & negocium fortunæ committens, commisit cum eis prælium in Oresund, ibique corruit. Huic successit Brother frater eius.

LXIII. Brother. Post quem regnauit Siwald.

LXIV. Siwald. Huic successit Snio filius eius.

LXV. Snio. Huius tempore tanta fames erat in Dacia, quod ex edicto regis omnes viri & mulieres non apti ad portandum arma in bellis, occidebantur. Tandem ex cōsilio cuiusdā mulieris Scaniensis nomine Magge, quilibet nonus homo exiuit de regno, & omnes terras obtinuerunt vsq; Romas. Isti propter longas barbas, dicti sunt Longabardi, qui tandem terram quæ nunc Longabardia dicitur, intrauerunt, ibiq; remanserunt. Postea tempore Caroli Magni Apuliam optinuerunt, ibique vsq; hodie manent. Anno Dñi D. C. XXXVI. exierunt de Dacia Dani, modo dicuntur Longabardi. Post Snio Biorn regnauit.

LXVI. Biorn. Huic successit filius Haraldus.

LXVII. Haraldus. Post quem Grom. (Alij, Gorm) filius eius.

LXVIII. Grom. Iste erat mirabilis inuestigator nouarū rerum, vnde & assumptis cccc. probissimis satellitibus, nauigauit versus Aquilonem ad sedem Geruthy, vbi vidit stupenda miracula, & multa pericula passus est. Tandē consumptis omnibus sociis vsq; ad xxx. per diuersa monstra, vix cum vita in Daciam rediit. Huic successit Godriē filius eius.

LXIX. Godriæ hin gyafmilde, qui Godefrith dictus est. Hic bellicosissimus erat, & totam Teutonium iam septimo tributariam fecit. Subiugauit etiam Sueciam & Frisiam.

Anno Dñi D. C. C. LXXVI. venit Carolus Imperator cum toto imperio suo contra Godefrith regē Daciæ, cui idem Godefrith vltra Albiā occurrens, fugauit Carolū de Saxonia, & eam totā vastauit, q̄ eodem anno Saxonia cōuersa fuerat ad fidē Christi per Carolum. Postquam contra Francos xxxvi. annis continuè pugna-

pugnauerat. Postea idem Godefrith fugato Imperatore & Saxonia vastata, ibidem à proprio milite cultro transfixus est in ventre. Post ipsum regnauit Olaf filius eius.

LXX. Olaf dictus Gothdranker. Huic successit Henning filius eius.

LXXI. Henning regnauit xxviii. annis, qui cum Imperatore pacem faciens, Eydoram terminum regni sui accepit. Huic successerunt duo reges, Ring & Sywardus.

LXXII. Ring regnauit in Iutia.

LXXIII. Sywardus regnauit in insulis. Isti duo reges inter se diu pugnauerunt & tandem in bello mutuo ambo corruerunt, quibus successit in regnum Reyner filius Ring.

LXXIV. Reyner Lechbroki. Iste subiugauit Angliam, Scotiam, Hyberniam, Norwegiam, Sweciam, Teutonium, Slauiam, Rusciam & omnia regna occidentis. Ita quod ix. filios suos singulos, in singulis terris reges fecit, & ipse de vno regno in aliud inter eos pertransiuit. Tandem in Hybernia occisus est, & filij eius fere omnes in diuersis locis sunt occisi. Hic per xi. annos vrbes Franciæ vastauit, & Parisiis veniens in Ecclesia sancti Germani, & Aquisgrani in palatio Imperatoris stabulum equorum fecit, & multa mala Ecclesiæ intulit. Huic successit Inguar filius eius.

LXXV. Inguar filius Lotbroki. Iste omnium fratrum suorum crudelissimus fuit. Cui successit Sywardus.

LXXVI. Huic successerunt Anulo & Sigefridus.

LXXVII. Anulo.

LXXVIII. Sigefridus. Isti duo nepotes fuerunt regis Godefridi. Inter quos pugna fuit x. annis, & cum inter se de primatu regni conuenire non possent, sceptrum prælio diuiserunt, in quo reges ambo corruerunt, & cum eis xi. m. hominum. Pars autem Anulonis cruenta victoria potita, Reinfridum & Haraldum in regnum posuit, & facta est pugna inter eos ix. annis.

LXXIX. Haraldus tandem Reinfridum de regno expulit, & solus regnauit: Tunc filij Sigefridi, Haraldum de regno expulerunt. Qui ad Imperatorem Lodewicum supplex confugit.

Anno Domini d. ccc. xxvi. baptizatus prædictus rex Haraldus apud Maguntiam cum vxore & fratre suo Erico, & per auxilium Imperatoris in regnum restitutus est, moxq; Christianitatem reliquit.

Anno Dni d. ccc. xxviii. Sanctus Anscarius veniens ad Daciam, reuocauit prædictum regem Haraldum ad Christianitatem, & Ecclesiam in Hadeboth construeret fecit. Post quem regnauit Ericus frater eius.

LXXX. Ericus. Iste mox vt regnum accepit, Ecclesias claudi iussit, sed & oēs Ecclesias Fraciæ, Frisiæ, Angliæ, Lothoringiæ, Teutoniæ, cum Episcopis & clero truncatis succendit & destruxit. Huius etiam tempore Rollo Dux Danorum Franciam intrauit, & Carolum regem Franciæ compulit dare sibi terram, quæ nunc Normannia dicitur. Tunc ortum est bellum inter Ericum & filium fratris sui Guthorm regem Norwegiæ, in quo tanta cæde mactati sunt utriq; vt vulgus omne caderet, sed & reges ambo corruerunt, nec aliquis de stirpe regia remansit, nisi Grici nomine Erik Barn.

LXXXI. Erik Barn. Iste vt regnum Danorū suscepit, multo plura mala fecit, quam patres eius in omnibus regnis. Vastauit enim Saxoniam: Brun ducem occidit, & xi. comites. Quia plures vrbes eum ciuibus Episcopi cum grege truncati sunt, Ecclesiæ cum fidelibus incensæ sunt. Theodoricus & Narwardus Episcopi truncati sunt.

Anno Domini d. cccc. ii. Arnulph⁹ Imperator Danis in Teutonia occurrēs prostrauit ex eis c. hominum bello cœlitus administrato. Eodem anno obiit Ericus Barn, & regnauit pro eo Olaf rex Sueciæ.

- LXXXII.** Olaf Rex Sueciæ. Iste vi & armis optinuit regnum in Dacia, & regnavit v. annis. Huic successit Gyurth.
- LXXXIII.** Gyurth nepos Olavi, & ipse natione Danus & regnavit v. annis. Hunc occiderunt Dani. Post quem Lotheneknuc.
- LXXXIV.** Lotheneknuc filius Erici Barn. Iste hellitossus erat multum & versutus, & regnavit xi. annis. Huius tempore quilibet tertius de seruis & pluralibet hominibus exiit de regno, & venientes totam Pruciam, Semigaliam, & terram Carelorum, aliasq; quam plures terras subiugauerunt sibi, & delectati terrarū vbertate noluerunt redire, sed ibi remanent vsq; in præsentem diem. Iste Lotheneknuc mortuus est paganus. Huic successit Frothi filius eius.
- LXXXV.** Frothi, victor Angliæ. Iste xx. annis hæc duo regna tenuit; & in Angliam fecit se baptizari. Post quem filius eius Gorm.
- LXXXVI.** Gorm, hinc Enske. Hic dictus est Orm harthifnuc & regnavit iv. annis in Angliam baptizatus. Post hunc Haraldus filius eius.
- LXXXVII.** Haraldus. Huic successit Gorm Gamele.
- LXXXVIII.** Gorm gamele, cuius vxor fuit Thyre danebort, quæ post mortem mariti nobiliter regnum tenuit, & munitionem, quæ Danewirki dicitur fecit lignis tantum. Isti ambo mortui sunt pagani, sepultiq; in duobus collibus iuxta Iabenge. In diebus huius Gorm, ferunt Danos incensis Ecclesiis, sacerdotes ante altaria trucidasse, & clerum vulgo mixtum, aut occidisse, aut in captiuitatem duxisse. Cruces etiã truncatæ ludibrio sunt habitæ à Danis. Anno dñi d. cccc. l. obiit Gorm Gamele, cui successit Harald blatan filius eius.
- LXXXIX.** Harald blatan regnavit l. annis. Iste cum exercitu magno subiugavit sibi Angliam, & rediit. Tunc Imperator Otto, qui dictus Otto Magnus, parauit se ad inuadendum Daciam. Cumque legati ei venissent Sleswic, Dani occiderunt eos, & vnum Marchionem cum eis, ad quod vlciendum Imperator cum exercitu Daciam intrauit. Etq; Haraldus rex in extremis finibus regni sui erat, scilicet in Hallandia. Imperator totam Iutiam vastauit vsq; mare, quod ab eo Odesund dicitur. Ibi enim lanceam suam in mare misit, ad perpetuam rei memoriam. Quo audito Haraldus vehementer commotus, versus Iutiam festinauit cum furore magno. Quod intelligens Imperator fugit, & in Lohere superato Teutonici fugerunt. Quo facto ipse de consilio matris suæ vallum Danewirki capit instaurare. Hunc Haraldum filius eius Syen de regno expulit, quod ad prædicationem Poppoponis cappellani dñi Pape baptizatus fuerat, cum quo pater ter conflictum habuit, & semper perdidit, & tandem miles filij patris occidit in Scania, qui miles Hako dicebatur. & regnavit pro eo Suen Tyngkekeg filius eius.
- XC.** Suen Tyngkekeg. Iste propter scelera sua à Slaus ter captus est, & redemptus, semel tanto pondere auri, quantum in armis ponderabat, & bis tanto pondere argenti. Nouissime de regno expulsus, apud regem Sueciæ xiv. annis exulauit. Tandem ad Christi fidem conuersus baptizatus est, & mox Deo fauente, regnum suum recepit, occiso rege Norwegiæ in Mesund, qui regnum eius tenuerat, & ita Suen duo regna Daciæ & Norwegiæ inuasit, & Angliam & optinuit illud regnum, & ibidem mortuus est, & portatus Roskildis ibiq; sepultus est. Huic successit Haraldus filius eius.
- XCi.** Haraldus. Iste homo fuit effœminatus & totus libidini deditus, hac de causa Dani eum deposuerunt de regno, & Gameleknuc fratrem eius regem fecerunt, quod bellicosus homo fuit, sed tædio affecti super eo, & raro in regno fuit, & continue extra regnum in bellis, quod tamen pro gloria regni libenter tolerare debuisse, Kanutum deposuerunt & Haraldum effœminatam & vbi valentem regno præfecerunt, qui tamē cito post mortuus est, & successit ei dictus Gameleknuc frater eius.
- XCii.** Gameleknuc. Iste cum mille nauibus inuadens Angliam, eam subiugauit. Estonicam etiam gentem subdidit, Ricardum etiam ducem Normaniæ de Francia

cia expulit, & vxorem regis Anglorum expulsi & mortui accepit, & genuit ex ea filium, nomine Hartheknuc, & filiam nomine Gummilfid, quam Henricus filius Conradi Imperatoris vxorem accepit.

Anno Dñi M. XXVIII. S. Olauus rex Norwegiæ martyrizatus est, cuius regnū obtinuit idem Gameleknuc rex Daciæ, & regnauit super tria regna Danorum, Anglorum & Norwegiæ. Fuit autem omnium regum pulcherrimus, strenuissim⁹ & largissimus. Hic primus religiosos in Daciam induxit, & multos Episcopos de Anglia in Daciam adduxit. Obiit autem Gameleknuc anno regni sui XXXIII. relinquens tres reges filios videlicet.

XCIII. Hartheknut in Dacia; Haraldum spurium in Anglia, Swenonem spurium in Norwegia. Harald vero IV. tantum annis regnauit & mortuus est. Cuius regnum Hartheknuc rex suscepit. Suen vero V. annis in Norwegia regnans obiit. Cuius regnum accepit Magnus filius sancti Olai. Quod audiens Hartheknuc, cum Anglis & Danis Norwegiam intrauit, sed per amicos reconciliati sunt, Magnus & Hartheknut tali pacto, quod qui diutius viueret superstes regnum defuncti acciperet. Iste Hartheknut regnauit super Daciam, Sueciam, Slauiam & Angliam. Qui præter quotidianam familiam suam VI. millia armorum continue tenuit. Qui cum LX. longis nauibus ad domandum regna ætate discurrebant, hyeme vero in castris manebant, quibus quasi religiosi, leges & statuta præscribebat honestatis: vnde tēpore suo super omnes reges mundi terribilis & laudabilis existit. Trāsiuit etiam cum Imperatore in Italiam ad domandū nationes exteras. Obiit autē in Anglia. Huic successit Suen Estreth, scilicet filius sororis Gameleknuc.

XCIV. Suen Estreth, sc. filius VIſſcomitis Angliæ regnauit post Gameleknuc. Quod audiens Magnus rex Norwegiæ prædictus, nō immemor pacti sui quod fecerat cum Hartheknuc venit contra Suen & vicit eum, & subiugauit sibi. Sāctus tñ Edwardus rex Angliæ frater Suenonis, coactus est tributū soluere & declarare eum hæredē regni post se. Tunc iterum Magnus rex Norwegiæ ad bellandum Suenonem venit, cum exercitu innumerabili, quasi arena maris, nauigio in Oresund, sed cum incaute de nauis in nauem transfiret, cecidit in mare, & submersus est. Quo audito Suen, regnum eius obtinuit. Item dum idem Suen in Norwegia moram faceret, Slauī vastauerunt Iutiam vsque Ripis. Qui casu rediens de Norwegia, hostibus cū præda exituris, prope Sleswic occurrit, prostrauitq; ex eis VI. millia hominum, cæteris fugientibus.

Anno Domini M. LXXIV. obiit rex Suen Estreth, scilicet. Huic successit Harald filius eius.

XCV. Harald filius Suen. Huius tempore recessit Anglia à dominio Danorū, postquam CXX. annis continuis subdita fuerat Danis. Post hunc regnauit Knut frater eius.

XCVI. Knut regnauit octo annis. Qui vir bonus erat, & multas Ecclesias in regno construxit, & homines ad cultū Dei pro viribus induxit, sed aliquas partes regni nunquā inducere potuit, vt soluerent decimas. Cum expeditionē autem congregasset in Fiskebek iuxta Wibergh, vt Angliam debellaret, frater eius Olauus Dux Iutiæ, totum dissipauit perditiose, & eum occidi procurauit.

Anno Domini M. LXXXIII. ordo Caturiensium exordium sumpsit.

Anno Domini M. LXXXVIII. martyrizat⁹ est S. Kanutus rex Danorum in Othens per prodicionem fratris sui Olai Ducis, in Ecclesia S. Albani martyris, & frater eius Benedictus cum eo. Cui successit frater suus idem.

XCVII. Olauus. Huius tempore, facta est tanta fames in Dacia, vt homines pro herbis agrestibus litigarent. Nam segetes VII. annis regni eius per aeris intemperiem perierunt. Anno VII. regni sui inuentus est in lecto suo subitanea morte præuentus Olaf Hunger. Huic successit Erik Egothe frater suus.

Anno Domini M. LXXXVIII. Translatio Sancti Nicolai de Myrra in Barum.

Anno Domini M. XCVIII. Exordium Cystericiensis ordinis sumpfit XII. Kalend. Aprilis.

XCVIII. Erik Egothæ. Qui sic dictus est primo, quod mox ut regnum accepit, tanta fertilitas terræ reddita est, ut modius parvus, cuilibet bladi non valeret ut duos denarios vsuales. Secundo dictus est Egothæ, quod ita magnus homo fuit, quod super omnem populum ab humero & sursum videri potuit, habens in se fortitudinem quantam quatuor fortiores regni. Tertio quia ita bonus fuit regno, quod cum ad terram sanctam proficisci pararet, Dani tertiam partem omnium bonorum terræ voluerunt dare terræ sanctæ, pro redemptione crucis, ad hoc, ut ipse in regno maneret, sed noluit manere. Immo iter arripuit cum magna militia, & veniens Romam, Ecclesiæ Lundensi Archiepiscopum & primatum super tria regna optinuit. Inde Constantinopolim veniens, ab imperatore Græcorum honorifice est receptus.

Anno Domini M. C. sedit Pascalis II. annis XVIII. mensibus quinque, diebus VII.

Anno Domini M. C. I. obiit Ericus Egothæ, in Cypro insula cum vxore sua, ubi & miraculis corruscant. Post quem frater suus Nicolaus. In C. III. Ascendens factus est primus Archiepiscopus Daciæ.

XCIX. Nicolaus rex cum filio suo rege Magno Kanutum filium fratris sui Erici Egothæ, iuxta Bingsteth occidit.

Anno Domini M. C. XI. Pascalis Papa captus est ab Henrico rege.

Anno Domini M. C. XIII. beatus Bernardus ordinem intrauit.

Anno Domini M. C. XV. Conuentus venit in Claramvallem. Sanctus Kanutus fit Dux in Dacia. In C. XVIII. Gelasius Papa vno anno sedit. In C. XIX. Calixtus Papa II. annis & V. mensibus X. diebus VIII. In C. XX. Ordo præmonstracensium incepit. In C. XXV. Honorius Papa II. sedit annis V. Hæricus Imperator obiit. In C. XXVII. Tartari Vngariam inuaserunt. Cardinales cum Abbatibus capti sunt. In C. XXX. Sanctus Kanutus Dux martyrizatus apud Havelsteth à Magno filio Nicolai regis. Ericus enim factus est rex in Scania. Eodem anno filius sancti Kanuti regis Dux Flandriæ occisus est à propriis militibus in Ecclesia.

C. Viuente adhuc prædicto Nicolao rege, filius eius Magnus factus est rex Danorum & Gotthorum. Scanienses vero elegerunt prædictum Ericum Emum filium Erici Egothæ in regem, contra quem venerunt reges Nicolaus & Magnus filius eius, & bello inito, in Fothwik anno Domini M. C. XXXV. ubi corruit Magnus & cum eo VI. Episcopi, quatuor de Iulia, vnus de Syalandia, vnus de Suecia, & multi nobiles de Dacia cum eis. Nicolaus vero fugiens, venit Sleswic, ibique occiderunt eum sutores Sleswicenses. Huic successit Ericus Emum memoratus.

C. I. Ericus Emum. Qui causa regnandi occidit Haraldum & liberos eius. Anno Domini M. C. XXXVII. tenebræ factæ sunt in Quadragesima in omni terra. Ascerus primus Danorum Archiepiscopus obiit, & Eskillus electus est.

Anno Domini M. C. XXXIX. Ericus Emum occisus est quadam die in palatio, à quodam Plog Swothe. Huic successit Ericus Lamb filius sororis eius.

Anno Domini M. C. XL. Olauus filius Harald, quem quædam pars fecerat regem, surrexit contra Ericum Lam. Et 4. Kalen. Aprilis tenebræ factæ sunt per totum orbem.

Anno Domini M. C. XLI. Eskillus archiepiscopus posuit Olauo obsides.

Anno Domini M. C. XLII. Bellum fuit Diffling ter vno die & vno anno XLII. vicibus inter Ericum & Olauum, & semper fugit Olauus ante Ericum. Et conuentus missus est in claustrum.

Anno Domini M. C. XLIII. Olauus occidit Rikonem Episcopum Roskildensem. Olauus Harald filius in bello occiditur.

Anno Domini M. C. XLIV. Ericus duxit sororem Hærici Bremensis Episcopi. Conuentus missus est in Heriuadam & in Nidal. Celestinus Papa sedit mensibus tribus. Lucius Papa II. annis.

Anno

Anno Domini M. C. XLVI. Eugenius Papa sedit ix. annis. Conuentus missus est in Lyufce VII. Idus Iulij.

Anno Dñi M. C. XLVII. Cōuentus mittitur in Hofvæthe. Bellum fuit Slangthorp. Ericus Lamb obiit, factus monachus in Densch. Quo mortuo Iucentes nomen regis imposuerūt Kanutho filio Magni. Scanientes vero maioribus insulis, Suenonē filium Erici Emim eligerūt, & facta est pugna inter eos XII. annis.

Anno Domini M. C. XLVIII. Sanctus Malachias migravit.

Anno Domini M. C. XLIX. Eskillus Archiepiscopus captus est à Suenone rege. Bellum fuit apud Arcune in Slauiā.

Anno Domini M. C. L. dictus Retillus præpositus migravit Wibergerum. Bellū fuit in Slangthorp & fugit Kanutus. Conuent⁹ mittitur Kalend. Maij, qui professus est postea in Efrom.

Anno Domini M. C. LI. Bellum fuit Wiberger, & iterum fugit Kanutus.

Anno Domini M. C. LII. exulauit Kanutus in Rusciam, qui assumpto auxilio de Saxonia, pugnavit & fugit.

Anno Dñi M. C. LIII. S. Bernardus Abbas Clareuallis migravit. Conuentus venit in Efrom. Kanutus rex rediens de Russia venit in Frisiam, ibiq; cōstruxit Castrum Mildeborgh cum auxilio Frisonum. Quo audito Sueno cum tota expeditione Danorum venit Sleswic. & adductus inde nauibus per terras vsque Huchlstieth, prædictum castrum Mildeborgh obsedit, & magnā partem Frisig incendio vastauit. Cui occurrens Kanutus cū Frisonibus superauit eum in bello, in quo plurimi Scanientes corruerunt cum alijs nobilibus.

Anno Domini M. C. LIV. despōsavit Waldemarus filius S. Kanuti Sophiam sororem Kanuti regis. Dani omnes elegerunt duos reges scilicet Kanutum memoratum, & Waldemarum filium Sancti Kanuti. Tunc Sueno rex fugit in Saxoniam.

Anno Dñi M. C. LV. Anastasius Papa sedit annis tribus. Rediens de Saxonia Sueno cum duce Hérico, venit Simerstach, sed fuga arrepta Dux cum rege iter 15. dierum veniendo sub compendio duorum dierum fugiendo cōpleuerunt.

Anno Dñi M. C. LVI. facta est inter reges pax, diuiso regno in tres partes.

CII. Kanutus optinuit Iutiam.

CIII. Waldemarus Scaniā.

CIV. Sueno Syalandiam. Post paucos autē dies idem Suen rex Syalandiæ inuitauit Kanutum regem Iutiæ, & Waldemarum regem Scaniæ ad festum suum Rosculdis, vbi omnibus vino prægrauatis, tēpore nocturno cū adhuc corea duceretur in aula regia, occidit Kanutum Regē & Constantium cognatum ei⁹, in vigilia S. Laurentij. Waldemarus vero vulneratus fugit in Iutiam, quem Suen insecutus est cum exercitu. XI. millia Virginum passæ sunt in Colonia.

Anno Dñi M. C. LVII. conuenerunt Suen & Waldemarus reges in cāpo, qui Grathæthor dicitur, in prælio, in quo Suen occisus est, & sepultus in Capella Grathæ, & Waldemarus optinuit monarchiam totius Daciæ.

Anno Domini M. C. LVIII. Adrianus Papa sedit annis quatuor. Absalon fact⁹ est Episcopus Roskildensis. Conuentus mittitur in vitæ scola Nonis Aprilis.

Anno Domini M. C. LX. Conuentus venit in Saba.

Anno Domini M. C. LXI. conuentus missus est Sora Idus Iulij.

Anno Domini M. C. LXII. Tuta vallis funditur.

Anno Dñi M. C. LXIII. natus est Kanutus filius Waldemari regis. Rex Waldemarus iuit ad cōsiliū Imperatoris Metis, vbi multos dolos Imperatoris expertus est, sed suis strenuissime & cautissime in omnibus se gerētibus nutu diuino & directione Hérici Ducis Brunswicēsis fretus in Daciā sanus rediit. Tūc rex malitias Teutonicorum præuenire volens, munitionem Danwirki muro circumcinxit, ante enim lignis tantum munitus erat locus ille.

Anno Domini M. C. LXIV. conuentus missus est in Gutualiam VI. Idus Septembris.

Anno Domini M. C. LXXV. conuentus venit in Oni, quæ Cara infula dicitur. Waldemar subegit Slauos.

Anno Dñi M. C. LXXVII. Buricius captus est, & effossis oculis castratus.

Anno Domini M. C. LXXIX. Natus est Waldemar, filius Waldemari. Sanctus Thomas archiepiscopus Angliæ martyrizatus. Ro à Danis adquisita est & ad fidem Christi conuersa. Iarmarus baptizatus. Leges Danorum æditæ sunt. Conuentus mittitur in Dobrun Kalend. Martij.

Anno Domini M. C. LXXXI. Sanctus Kanutus Dux & martyr translatus est Ringster.

Anno Dñi M. C. LXXXII. Conuentus venit in Dargun & in infula Dei.

Anno Dñi M. C. LXXXIII. Conuentus venit in locū Dei qui dicitur Loum. Christophorus Dux obiit. Maximus terræ motus fuerat in Dacia.

Anno Domini M. C. LXXXIV. Conuentus venit in Colbar, qui dicitur Meratualis 4. Nonas Februarij.

Anno Dñi M. C. LXXXVI. Castrum Stettin à Danis obsessum est.

Anno Domini M. C. LXXXVII. Sancta Margareta Roskildis passa est. Kanutus filius Waldemari primi factus est rex Scaniæ & Hallædiæ patre innuente & consentiente.

Anno Domini M. C. LXXXVIII. Eskillus secundus Archiepiscopus Daciæ receptus factus monachus Clareuallis. Absalon fit Archiepiscopus. Eodē anno sol obscuratus est in vigilia sanctæ crucis feria quarta.

Anno Dñi M. C. LXXX. obiit S. Nicolaus in Arus. Bellum fuit in Flysæ.

Anno Domini M. C. LXXXI. rex Waldemar occurrit Frithero Imperatori apud Thrauen, vbi duas filias suas maritauit, vnā filio Imperatoris, aliam Comiti Sifrido, vbi etiam obtinuit ab Imperatore Dominium totius Nordalbingiæ, hoc est, omnium terrarum ad aquilonarem partem Albiæ, super quo habuit literas Imperiales cum bulla aurea, & literas Papales, videlicet Domini Innocentij Papæ tertij de confirmatione dictæ collationis pro iure perpetuo habendæ, sed has literas post mortem regis, Abe quædam mulier Teutonica, filia diaboli destruxit in odium Danorum.

Anno Domini M. C. LXXXII. Obiit Waldemar, id est, filius Sancti Kanuti Ducis, anno regni sui xxv. Post quem:

CVI. Kanutus filius suus. Obiit etiam Eskillus Archiepiscopus in Clareualle.

Anno Domini M. C. LXXXIV. Expeditio facta est in Walgust.

Anno Domini M. C. LXXXVI. cōuentus missus est in Oliciam. Obiit Suno Ebonis scilicet.

Anno Domini M. C. LXXXVII. Hierosolyma à Soldano capitur, & Christiani delentur. Eclypsis solis facta est.

Anno Domini M. C. LXXXVIII. Sanctus Kanutus translatus est. Dux Waldemar factus est miles.

Anno Domini M. C. LXXXIX. expeditio facta est in Slauiam.

Anno Domini M. C. XC. obiit Magn^o Vlf. Cōuentus mittitur in Reigneueld. Kalend. Nouemb.

Anno Dñi M. C. XCI. expeditio facta est in Flandria, quam vicerunt Dani.

Anno Domini M. C. XCII. Waldemar Episcopus, nullo cogente, regi se opponens, iuit in Norwegiam. Indeq; rediens cum xxxv. lōgis nauibus, captus est, & in turri Syelberg positus vbi sedit 14. annis, Conuentus mittitur in Gulholm. Petrus Sunonis fit Episcopus. Primum incendium in Esrom.

Anno Dñi M. C. XCIV. Conuentus venit Asylum. Expeditio facta est in Escconiam. Comes Adulphus factus est homo regis tributarius Daciæ.

Anno Dñi M. C. XCV. Conuentus venit in Oliuam. Gregorius viii. diebus 33. sedit. Ventus vehemens fuit.

Anno Domini M. C. XCVI. Clemens Papa 11. annis. Kanutus rex duxit exercitum in Esconiam. Obiit Gerthrud regina.

Anno

- Anno Domini M. C. XCVII. ordo sanctæ Trinitatis incepit.
- Anno Domini M. C. XCVIII. Innocētius Papa. III. sedit annis 19. Obiit Sophia regina. Petrus Episcopus captus est, & frater eius Thorbernus occisus. Terræ motus fuit in Dacia.
- Anno Domini M. CC. Ordo fratrum minorum incepit. Castrum Reynoldsberg acquisitum est, & Thimerskia.
- Anno Domini M. CC. I. Obiit Absolon tertius Episcopus Daciæ, & consecratus Andreas.
- Anno Domini M. CC. II. Sanctus Wilhelmus Abbas migravit. Comes Adolphus captus est. Castrum Seghebyrgh acquisitum est 2. Idus Nouembris obiit Kanutus rex filius VV. & Comes Albertus factus est miles.
- C VII. Waldemarus coronatus est in regem eodem anno.
- Anno Dñi M. CC. III. comes Adolphus liberat⁹ est, positus obsidibus, ad x. annos. Redditum est castrum Louemborg.
- Anno Domini M. CC. IV. expeditio facta est in Norwegiam per regem Waldemarum, qui Erlingum constituit ibi regem, & Philippum Ducem, qui ambo facti sunt homines regis, apud Thunsbyrgh. Obiit Esbernus Snare. Secundum incendium in Efrom.
- Anno Domini M. CC. V. rex Waldemarus duxit Dagmar filiam regis Boemiæ in uxorem. Dani Albiam transeuntes destruxerunt Erceborg.
- Anno Dñi M. CC. VI. Waldemarus Episcop⁹ liberatus est ad preces Dagmar reginæ, ita tamen quod iuravit se nunquam Daciam intraturum. Postea vero factus Archiepiscopus Bremensis, cum se regi opponeret ad Instatiam regis Waldemari depositus est & excōmunicatus à Papa. Andreas Archiepiscopus duxit exercitum in Riualiam.
- Anno Domini M. CC. VII. Conuentus venit in Tuta insula, Waldemarus fugauit Imperatorem.
- Anno Domini M. CC. VIII. Dani corruerunt in Lene. Rex Waldemarus castrū Hwiceborg destruxit. Pons ultra Albiam factus. Castrum Hereborg iussu Waldemari factum est.
- Anno Domini M. CC. IX. natus est Waldemari III. filius II. Conuentus mittitur in Datgun de Doberam.
- Anno Domini M. CC. X. Expeditio facta est in Pruciam & Samland. Mistwin, Dux Poloniae factus est homo regis. Swerkerus rex Sweciae occiditur. Conuentus venit de aurea insula in Rus regium.
- Anno Domini M. CC. XI. Dani castrum Dymin reedificant, & Nycenborg destruant.
- Anno Domini M. CC. XII. Obiit Margareta regina, quæ propter præcipuam formæ pulchritudinem dicta fuit Dagmar.
- Anno Domini M. CC. XIII. obiit Iohannes filius Esberni Snare.
- Anno Domini M. CC. XIV. Petrus senior Roskildensis Episcopus & Nicolaus Episcopus Ripensis obierunt. Comes Guncellinus & Comes Henricus frater eius, terram suam à Rege receperunt & ei fidelitatem iurauerunt. Dani obtinuerunt castrum Stetin, & castrum Marchionis Muten, Rex VValdemarus secundas nuptias celebrauit cum Berengaria sorore Ferandi Comitis Flandriæ, quæ Bringremle est dicta.
- C. VIII. Anno Domini M. CC. XV. Waldemarus tertius eligitur in regem. Imperator Otto fidem violans, & contra iuramentū suum veniens, Halsatiam eam sibi subigere volebat: cōtra quem venit Rex Waldemarus cum exercitu copioso, habens secum de solis Frisonibus sexaginta millia hominum, quo audito Imperator non est ausus expectare congressum belli, sed fugit ultra Albiam, perditis in singulari certamine, duobus meliorib⁹ pugilibus Imperij, quos deiecerunt duo Frisones, videlicet Suen Stereke & Brother Ganling.
- Anno Domini M. CC. XVI. Petrus fili⁹ Iacobi fit Episcopus Roskildis. Gelu super

per Albiā viam præbente, rex Waldemarus cū exercitu transiit ad terrā Henrici Comitis Palatini quam vastauit incendio, donec eam sibi totam subiugauit. Item duo castra contra Hamborg construxit, & tandem ciuitatem cepit. Natus est Ericus filius Waldemari regis, cui pater eodem anno ducatum Iutię contulit, & Nicolao filio illegitimo comitatum Hallandię.

Anno Dñi M. cc. xvii. Comes Albertus ex mandato regis Waldemari ædificauit castrum Trauenemundē, & Dani castrum in Thyemesk construunt.

Anno Dñi M. cc. xviii. obiit Imperator Otto. Rex Waldemarus conuocatis totius regni primis xv. Episcopis, tribus Ducibus & tribus comitibus, Abbatibus etiam, aliisque quam plurimis Waldemaro filio suo in Sleswic diadema regni imposuit. In festo B. Iohannis Baptistę, obiit Comes Nicolaus.

Anno Dñi M. cc. xix. rex Waldemarus congregato exercitu per maximo, cū mille quingentis lōgis nauibus Estoniam intrauit, & post multa bella totam terram illam ad fidem Christi conuertit & Danis subdidit vsque in præsens.

Anno Domini M. cc. xx. Sanctus Thomas Archiepiscopus Roskildensis Anglię translatus. Hierosolyma à Christianis recuperatur.

Anno Domini M. cc. xxi. Obiit Berengaria mater regum Erici, Abel & Christophori. Obiit Rikece regina.

Anno Domini M. cc. xxii. Gregorius Cardinalis fuit in Dacia. Andreas Archiepiscopus cessit. Abbas Gunnerus Care infula electus est in Episcopum.

Anno Domini M. cc. xxiii. rex Waldemarus vna cum filio suo Waldemaro tertio, à suis proditi, capti sunt in lectis suis à comite Henrico in insula Lyuthe Iohannis ante portam Latinam, & in Slauiam ducti in castrum Zuerin, manserunt ibi fere per triennium & tunc redempti sunt per Danos pro lx. millia marcarum in pondere Lubecensi, sed equi, vestes, & alia iocalia, quę dederunt omnibus melioribus Saxonię, in die exitus sui in duplo plus valebant. Nota Lector; Teutonicos nunquam, aut raro præualuisse & triumphos duxisse, nisi per proditionem & fraudē, quod habent ex natura, sicut patet in captiuitate dictorum duorum regum, & in aliis multis.

Anno Domini M. cc. xxiv. Petrus Saxonis fit Archiepiscopus. Obiit Andreas Camerarius.

Anno Domini M. cc. xxv. Obiit Petrus Iacobi Episcopus Roskildensis. Cui successit Nicolaus Stig, scilicet.

Anno Dñi M. cc. xxvi. soluti sunt duo reges. Obiit Sanctus Franciscus. Multi Frisones corruerunt in Thidmerskia, & tamen Thidmerskia Danis subiugata est.

Anno Domini M. cc. xxvii. Bornhouet, vbi Dani corruerunt. Nam Thidmerskienses in vltimo exercitus collocati, proditionē facientes, exercitum Danorum cum quibus erant, à tergo percusserunt. Gregorius ix. Papa sedit.

Anno Dñi M. cc. xxviii. Andreas & Petrus Archiepiscopi obierunt. Anno Domini M. cc. xxix. rex Waldemarus iii. celebrauit nuptias cum filia regis Portugalię Elienor Ripis, in festo beati Iohannis Baptistę.

Anno Domini M. cc. xxx. Otto Cardinalis fuit in Dacia. Vffo fit Archiepiscopus. Eclipsis solis, & pestilentia hominum & iumentorum magna fuit.

Anno Domini M. cc. xxxi. Obiit Rex Waldemarus iii. filius Waldemari secundi, & Regina Elienor cito post eum in partu.

CX. Anno Domini M. cc. xxxii. Ericus rex filius Waldemari secundi, coronatus est à Domino Vffone Archiepiscopo, & frater eius Abel ducatum Iutię accepit. Eodem anno fratres minores nudis pedibus Daciam intrauerunt & domum Ripensem fundauerunt.

Anno Domini M. cc. xxxiii. Esternus Snerling obiit. Obiit pia memoria Nicolaus Cancellarius, Episcopus Sleswicensis.

Anno Dñi M. cc. xxxiv. Fratres minores domum acceperunt Sleswik. Lunden, Roskild, igne perierunt.

Anno Domini M. CC. XXXVI. Waldemar^{us} Episcop^{us} obiit, humilis monachus in Lyke. Conuentus missus in Paradiso.

Anno Dñi M. CC. XXXVII. dñs Petrus abbas Rurij omnes possessiones dictæ domus eaten^{us} acquisitas cum villicis & colonis omnibus absolute libertati restituit ab omni impetitione exactoria & iure regio eximens eos, pro quinquaginta trib^{us} marcis denariorum vsualium quas Dño Abel inclyto Duci Iutiæ, pro iam dicta exoluit libertate, ita quod nõ sit eiusdẽ Ducis posterus liberum nec licitum hanc pactionem aliquo tempore infirmare iuxta intestationem priuilegij Principis memorati. Eodem anno Dux Abel duxit Mathildem filiam Comit^{is}, quod rex Waldemar^{us} pater moleste tulit, timens per hoc futurum scisma inter fratres, quod & euenit. Nam ab illo die nunquam defecit bellum intestinum in Dacia inter reges & Duces & Comitibus, eos instigantibus, qui semper querunt mala Daciæ. Bellum fuit Scanæ inter Danos & Normannos. Tempestas fuit in die sancti Clementis.

Anno Dñi M. CC. XXXVIII. Translatio S. Wilhelmi abbatis in Oppellut.

Anno Domini M. CC. XXXIX. rex Ericus duxit Iudith, filiam Ducis Saxonie in vxorem, cum quibus dispensatum est in quarta linea cõsanguinitatis, per dominum Papam Gregorium. Hierosolyma capitur a paganis.

Anno dñi M. CC. XL. Seulo Dux Norwegie cũ filio occisus est a rege Haquino.

Anno dñi M. CC. XLI. Obiit inclytæ recordationis rex Waldemar^{us} II. in cœna Domini in cuius morte vere cecidit corona capitis Danorũ. Nam ab illo, bellis intestinis & destruxioni mutuę vacantes omnibus in circuitu nationibus facti sunt in derisum, sed & terræ quas patres eorum gladio suo gloriose acquisierant, nõ solum ab eorum dominio recesserunt, verum & plagas maximas regno intulerunt, & illud miserabiliter confuderunt, principibus regni resistantibus, sexies se inticem lacerantibus & vastantibus. Ericus rex filius Waldemari II. monarchiam Daciæ optinuit. Eclipsis fuit. Petrus Stegit obiit.

Anno Domini M. CC. XLII. ortum est bellũ inter fratres Ericum regem & Abel Ducem. Claustrum Ringstath igne perit.

Anno Domini M. CC. XLIII. Claustrum monialium Roskild incensum est. Innocentius IV. sedit.

Anno Dñi M. CC. XLIV. Rex Ericus duxit exercitum Kalding.

Anno Domini M. CC. XLV. generale concilium fuit Lugduni. Nicolaus Episcopus Roskildensis fuit de Dacia.

Anno dñi M. CC. XLVI. Iacob^{us} Sunonis obiit. Rex Ericus mouit exercitũ contra fratrem suum, illo cũ exercitu Teutonico occurrẽte, sed treuge factę sunt ad tẽpus.

Anno Domini M. CC. XLVII. Sora & Colbas igne perierunt. Othania a Teutonicis incensa est. Rex Ericus oppidum Swineborg, quia plura cum regnum miserabiliter destruxissent, tandem fraterno sanguine, non multo post, sibi & regno, infamiam perpetuam facere non timuerunt.

Anno Domini M. CC. XLVIII. Hauen a Lubecensibus incensa est, obiit Olavus pincerna. Nicolaus Episcopus Roskildensis obiit in Clareualle.

Anno Domini M. CC. XLIX. Obiit Ericus. Rex Sueciæ obiit.

Anno Dñi M. CC. L. Dux Abel fratrem suum Ericum regem proditiose captiuauit in Sleswik in nocte beati Laurentij, quem quidam miles eiusdẽ ducis Lagho Gutmud scilicet, nauigio deportauit vsq; Myosund, ibiq; eum occidit, & duce ignorate, & in Sliã submersit. Eodẽ anno Waldemar^{us} filius Ducis Abel a scholis Parisiis, domum pergens, captus est per milites Domini Episcopi Coloniensis.

CXI. Dux Abel in regem electus est & coronatus.

Anno Domini M. CC. LI. Frethericus Imperator obiit. Obiit Comes Nicolaus. Ludewicus rex Franciæ captus est, & frater eius Robertus occisus.

Anno Dñi M. CC. LII. Rex Abel cum exercitu intrauit & Idarstath ad pugnadum, ibiq; occisus est. Obiit Vffo Archiepiscopus.

CXII. Christophorus fit Rex Anno Dñi M. CC. LIII. Rex Christophorus tradidit

didit Waldemato filio Regis Abel Ducatum eū vexillo apud Kalding. Bellum fuit Skeifsker inter regem Christophorum & Heinricum Emelthorp.

Anno Dñi m. cc. lvi. Innocentius Papa iv. Alexander Papa cōsecratus. Iacobus fit Archiepiscopus & Petrus Skielin scilicet Episcopus Roskildensis.

Anno Domini m. cc. lvi. Kochkarle, Ware alle gallue moth Kylner Wilhelmus Imperator in Frisia obiit.

Anno Domini m. cc. lvii Hakinus rex Norwegiæ fuit in Dacia. Obiit Waldemar Dux.

Anno Domini m. cc. lviii. Rex Ericus ab Ecclesia S. Petri transfertur a Christophoro fratre suo Episcopo Nicolao absente. Bellum fuit inter regem & rusticos. Ciuitas Repin iudicio Dei cum omnibus attinentiis periiit.

Anno Domini m. cc. lix. captus est Iacobus Archiepiscopus Lundensis, & carceratus in castro Hakenscog. Obiit Christophorus Ripens. Post quem: CXIII. Ericus filius eius regnavit, qui multa mala fecit, Ecclesias spoliando, læsis & iniuriam passis iusticiam nullā faciendo. Monasteria quoq; quæ patres eius per se & suos edificauerāt, per equos & canes miserabiliter attenuauit. Comes Holstatiæ magnam partem ducatus vastauerunt, Iarmarus Princeps Rianorum, magnam partem Syalandiæ vastauit.

Anno Domini m. cc. lx. Iarmarus fecit stragem magnam rusticorum apud Nestwich. Qui etiam eodem anno obiit. Olauus Episcopus occiditur. Dux Ericus filius Abel regis receptus est in ducatum.

Anno Dñi m. cc. lxi. Bellum fuit Lohete inter regem Ericum filium Christophori & Ericum ducem filium Abel, in vigilia sancti Olai, & cōtrita est pars regis, qui ibidem captus est cum matre sua Margareta regina.

Anno Domini m. cc. lxii. Rex Ericus traditur Marchionibus, Regina liberata est, Dux de Brunswik fuit in Dacia. Eclipsis solis fuit Nonas Augusti. Episcopus Nicolaus captus est.

Anno Domini m. cc. lxiii. Iwarus Taki scilicet, & Petrus Fyn scilicet, suspensi sunt. Episcopus Nicolaus liberatus est.

Anno dñi m. cc. lxiv. Rex Ericus venit de captiuitate. Arwescogh destruitur. Anno Domini m. cc. lxv. Clemens Papa iv. sedit. Iacobus Archiepiscopus curiam adiit. Obiit Nicolaus Episcopus Sleswicensis. Electus est Bondo.

Anno Domini m. cc. lxvi. venit Guido Cardinalis in Daciam & excōmunicauit regem & reginam. Biggeer Dux Sueciæ obiit.

Anno Domini m. cc. lxvii. obiit Domina Iugiborg de Kalcendborgh cōsecratus est Episcopus Bondo.

Anno Domini m. cc. lxviii. Iacobus Archiepiscopus secundo curiam adiit. Castrum in Kalding ædificatum est. Claustum Loum igne periiit.

Anno Domini m. cc. lxix. Captus est Conradus nepos Fretherici Imperatoris & decollatus est. Obiit Clemens Papa.

Anno Domini m. cc. lxx. vacabat sedes Romana. Eclipsis solis fuit in mare, Latere Hierusalem.

Anno Domini m. cc. lxxi. combusta est ciuitas Ripensis, Obiit Lodewicus rex Franciæ. Domicellus Nicolaus obiit.

Anno Domini m. cc. lxxii. Obiit dux Ericus, & redditus est ducatus Erico regi cum filio Ducis. Andreas pincerna obiit. Creatus est Papa Gregorius qui colligauit Ecclesiam. Eodem anno xii. Kalendis Septembris Teutonici occupauerunt ciuitatem Sleswik multitudine copiosa, & vi. Kalendas quibusdā de exercitu amissis cū magno spolio & præda pecorum diuersi generis recefferunt. Obiit Guido Cardinalis. Obiit Ducissa Margareta in partu.

Anno Domini m. cc. lxxiii. Obiit Osgerus Episcopus Ripensis. Obiit dñs Michael abbas Ruris regis. Comes Rodulfus electus est in Imperatorem.

Anno dñi m. cc. lxxiv. Obiit Iacobus Archiepiscopus Lundensis. Generale concilium Lugduni celebratum est. Et tota Græcia ad fidem est conuersa.

Anno Dñi M. CC. LXXV. duæ turres Ecclesiæ S. Petri in Sleswik corruerunt, & magna pars eiusdē Ecclesiæ. Obiit Dñs Iohannes abbas. Cardinali relatū est interdīctum per regnum Dacia. Expeditio facta est ad Sueciam, & victi sunt Succi.

Anno Domini M. CC. LXXVI. Obiit Orlandus Archiepiscopus electus Lundensis, & successit Thrugotus II. Archiepiscopus. Obiit papa Gregorius. Innocentius sedit. Post quem Otto bonus sedit quinq; septimanis. Ericus dux Suecię obiit. Waldemarus rex Suecię exulauit in Dacia cum vxore & filiis.

Anno Domini M. CC. LXXVII. creatus est Papa Iohannes XXI. Obiit Petrus Episcopus Roskildensis. Et Stigotus eligitur.

Anno Domini M. CC. LXXVIII. rex Waldemarus rediit ad Sueciam filio p obfiderelicto. Obiit Papa Iohannes.

Anno Domini M. CC. LXXIX. Domicellus Abel & Dux Albert^o de Brunefwik obierunt.

Anno Domini M. CC. LXXX. Obiit Nicolaus Papa III. Obiit Thrugotus Archiepiscopus Lundensis, & successit Ioannes Droos X. Obiit Stigotus Episcop^o Roskildens. & successit Ynguatus.

Anno Domini M. CC. LXXXI. creatus est Papa Martinus.

Anno Domini M. CC. LXXXII. Obiit Bondo Episcopus Sleswick. Electus est Iacobus. Maior Ecclesia Roskyldensis succensa est. Lis oritur inter regē Ericum & principes.

Anno Domini M. CC. LXXXIII. pax reformatur Warthingborg. Waldemarus filius Erici ducis ducatum obtinuit, & Iacobus comitiam Hallandię. Iacobus Episcopus Sleswicensis priuauit monachos Ruris regis decimis, & eorundem fecit verberari.

Anno Domini M. CC. LXXXIV. conuentus domus Ruris regis dispersus est.

Anno Domini M. CC. LXXXV. Rex Ericus fili^o Christophori captiuauit Waldimarum Ducem Iutię & eius dapiferum.

Anno Dñi M. CC. LXXXVI. Dux Waldemarus restituitur de captiuitate. Rex Ericus occisus est in lecto, in nocte S. Cecilie à suis, quos maxime dilexerat, inflictis sibi vulneribus quinquaginta sex. Obiit Iohannes Episc. Orconensis. Claustrum monialium incensum est.

Anno dñi M. CC. LXXXVII. Cōuocato consilio regni, Dux Waldemarus recepit omnia quę pater eius habuerat ante eum. Obiit Iacobus, tyrannus plus, quam Episcopus dicendus. Orta est magna dissentio inter meliores regni, de morte regis. Eodem anno in Pentecosten consilio celebrato generali in Nyborg. Comes Iacobus, Sotigotus Marscalcus, Petrus Iacob. scilicet & alij plures potentiores regni ex communi omnium decreto, vel addicti sunt pro morte regis & proscripi. Quos collegit Ericus rex Norwegię in castro Kuneghel. Eodem tēpore Dux Waldemarus factus tutor regni. Eodem anno:

CXVII. Ericus filius Erici regis coronatur in die natalis Domini. Hic dictus Erik Menewort.


Anno Domini M. CC. LXXXVIII. Stigotus marscalcus cum suis multa mala fecit. Obiit Norjutia clandestinis incurfibus. Obiit Domina Mechteldis regina. Dux Waldemarus duxit filiam Ducis Saxonie vxorē suam in Daciam, cum qua priori anno celebrauerat nuptias in Molne. Sleswik periit igne proprio, quam Dux Waldemarus muniri fecit in circuitu, ex lignis quę tulerat de castro Gottorph, & destrui fecit castrum Gottorp, quod pater eius Dux Ericus sumptibus maximis ædificauerat, & erat quasi clauis & custodia totius Dacia, Castrum Almethorp destructum est. Hactenus Ericus Rex

Dacia.

F I N I S.

Cc 4

IN



I N D E X

T V M R E R V M T V M
N O M I N V M P R O P R I O R V M
 I N H O C O P E R E C O N T E N T O -
 rum locuples.

A.		
A BELINVS Episcopus Alden-	Ansverus Monachus, 53.	
burgensis, 10.	Anthropophagi, 67.	
Adalberon Episc. Bremensis, 100.	Anund, 42.	
Adalbertus primus Episc. Magdenbur-	Archiepiscoporum Bremensium Histo-	
gensis, 22.	ria, 77.	
Adalberti Metropolitanani obitus, 59.	Arnulphus, 15.	
Adaldagus, 19.	Asgotus, 62.	
Adaldagus Episc. Bremensis, 82.	Assambeti Hesson, 262.	
Adalgarius Archiepisc. Bremensis, 80.	B.	
Adelbertus Marchio, 217.	Baldevvinus Episcopatus Bremensium in-	
Adolphus comes Nassouienensis, 212.	truditur, 105.	
Adelbertus Diaconus, 35.	Bardon Episcopus Moguntinus, 46.	
Adelbertus Archiepiscopus, 38.	Bartoldus Magnus, 106.	
Agapetus Papa, 20.	de Benedicto V. Pontifice maximo, 133.	
Agnes Imperatrix Henrici mater, 96.	Benno Dux Saxonum obiit, 29.	
Albertus Episc. Bremensis, 90.	Bernhardus Cranensis, 263.	
Albertus Episc. Liouoniensis, 221.	Bernardi Ducis Saxonie obitus, 92.	
Albertus I. Magnus Episcopus Bre-	Bernardus Dux, 45.	
mensis, 88.	Bernhardus Dux insensissimus Ham-	
Albis inter fluuios Saxonie maximus, 3.	burgensibus, 49. 50.	
Aldenburg Sclauica lingua Stargarde	Bertoldus Episcopus Lubicensis, 287.	
dicta, 206.	Bezelinus Episc. Bremensis, 87.	
Alebrandus, 36.	Bezelinus Alebradus Episc. Hambur-	
Alexandri Papae ad Nordmannorum	gensis, 35.	
Regem Epistola, 42.	Birka ciuitas, 69.	
Ambitio thronorum fugienda, 59.	Bonifacius Moguntinensis Episc. primo	
Ansgarius, 78.	ad conuertendos Saxones missus, 77.	
Ansgarius multos ad fidem Christianam	Borchardus Episc. Bremensis, 128.	
conuertit, 9.	Bukkin, 15.	
Ansgarij Archiepisc. confirmatio, 145.	Bulla Aurea Caroli IV. super libertate	
Anund Rex, 33.	Ecclesiastica, 201.	
Ansgario confertur Episcopatus Bre-	C.	
mensis, 11.	Carolus Dux Burgundiorum, 255.	
	Chine ciuitas, 94.	
	Chri-	

I N D E X.

<i>Christianitas in Dania quādo recepta,</i>		G.	
20.		<i>Gaudbertus Episcopus,</i>	10.
<i>Christianus comes Aldenborgens.</i>	104.	<i>Gaudbertus Episcopus concilium con-</i>	
<i>Chronica Sclauica,</i>	203.	<i>gregat,</i>	11.
<i>Circipani,</i>	44.	<i>Gerardus Episc.</i>	108.
<i>Conflagratio domus S. Petri Bremæ,</i>	37.	<i>Gerardus de Oldenborch,</i>	255.
<i>Conradus Abbas Hertzueldensis,</i>	101.	<i>Gerardus Archiepisc. Moguntin.</i>	287.
<i>Conradus Imperator,</i>	34.	<i>Gheroldus,</i>	217.
<i>Conradus Rex,</i>	18.	<i>Giselbertus Episc. Bremensis,</i>	113.
<i>Cosma,</i>	22.	<i>Godeschalcus,</i>	44.
		<i>Goslaria ciuitas,</i>	58.
D.		<i>Gothefridus Comes de Arensburg,</i>	128.
<i>Daganus,</i>	29.	<i>Gronlani,</i>	61.
<i>Damiani,</i>	22.	<i>Gruntharius Colonienfis Episcop.</i>	12.
<i>Dann Trinus Danorum Rex,</i>	292.		
<i>Danorum & Nordmannorū reges,</i>	13.	H.	
<i>Decius Palatinus Comes,</i>	55.	<i>Halaglandt insula Normannia,</i>	73.
<i>Disceptatio de Episcopatu Bremēsi,</i>	11.	<i>Haldan,</i>	13.
E.		<i>Hammaburg Metropolis,</i>	21.
<i>Ebo à Papa Gregorio depositus,</i>	10.	<i>Hantildus,</i>	24.
<i>Edigon,</i>	25.	<i>Haroldus,</i>	18.
<i>Eizo monachus,</i>	44.	<i>Haroldus rex Danorum quando ba-</i>	
<i>Ekbertus Taruiensis Episcopus,</i>	62.	<i>ptizatus,</i>	8.
<i>Elnoldus Archiepiscopus,</i>	32.	<i>Haroldi mors,</i>	25.
<i>Emma nobilis Senatrix,</i>	37.	<i>Hartovicus Episc. Bremensis,</i>	102.
<i>Emundus,</i>	24.	<i>Heidela,</i>	20.
<i>Engelhardus Episc. Magdeburg.</i>	46.	<i>Henricus Caesar ingētibus diuitiis præ-</i>	
<i>Episcopatus Ripensis,</i>	28.	<i>ditus,</i>	46.
<i>Episcopi Lubicensis iuramentū duplex.</i>		<i>Henricus Comes de Suerin,</i>	287.
<i>Epist. Leonis Papæ ad Ansgarium,</i>	146.	<i>Henricus Dux Brunsvicensis,</i>	257.
<i>Epitaphium Benedicti V. Papæ,</i>	134.	<i>Henricus Dux Brabantie,</i>	109.
<i>Erecon Episcop. Aldenburgenfis,</i>	207.	<i>Henricus de Goltorn,</i>	115.
<i>Estlandi Dracones adorant,</i>	66.	<i>Henricus Episcopus Bremensis,</i>	255.
<i>Euerhardus Episcop. Treuirensis,</i>	46.	<i>Henricus Conradi Imperat. filius,</i>	34.
<i>Eylbertus Episcopus Mindensis,</i>	48.	<i>Helmoldi Historiu,</i>	274.
F.		<i>Hericus Sueonum Rex,</i>	28.
<i>Florentinus de Bronckhorst,</i>	116.	<i>Hermannus Archiepiscopus,</i>	35.
<i>Frederici Imperatoris cum Mediolanē-</i>		<i>Hermannus Episcopus Bremensis,</i>	87.
<i>sibus pugna,</i>	104.	<i>Hermannus Episcop. Colonienfis,</i>	48.
<i>Fridericus Comes Palatinus,</i>	57.	<i>Heruri & Eueldi vbi degant,</i>	204.
<i>Fridericus Episc. Bremensis,</i>	19.	<i>Hildeboldus Episc. Bremensis,</i>	112.
<i>Fridericus Marchio Brandenburgē-</i>		<i>Historia propagationis Ecclesie Ham-</i>	
<i>sis,</i>	292.	<i>maburgenfis,</i>	3.
<i>Fresia regio,</i>	50.	<i>Historica Enarratio de origine gentis</i>	
<i>Fresonum gens,</i>	29.	<i>Danorū eorūque regibus,</i>	292. & seq.
			<i>Hoge-</i>


I N D E X.


<i>Hogerus,</i>	16.	<i>est, 70. sterilissima omnium regio-</i>	
<i>Hoierus Episc. Bremensis,</i>	80.	<i>num,</i>	71.
<i>Humbertus,</i>	99.	<i>Normanniam qui primus visitavit,</i>	71.
I.		O.	
<i>Iacobus Sueoniæ Rex Christianissimus,</i>	91.	<i>Obotritorum ciuitas,</i>	53.
<i>Iacobus Sueoniæ Rex, 41. eius mors, 42.</i>		<i>Obotriti qui sint,</i>	4.
<i>Imperatorem qui eligant,</i>	III.	<i>Oceanus Fresonicus,</i>	63.
<i>Ioannes de Monte Regio,</i>	260.	<i>Olaphus,</i>	16.
<i>Iohannes Episcopus Senex,</i>	53.	<i>Olaph Nordmannorum Princeps eligi-</i>	31.
<i>Iohannes Papa,</i>	21.	<i>tur,</i>	28.
<i>Islani,</i>	61.	<i>Olaph Trucconis filius,</i>	24.
<i>Iulianus de Medicis,</i>	262.	<i>Olla Vulcani,</i>	50.
<i>Iutland,</i>	63.	<i>Ordolffus Saxonie dux,</i>	57.
K.		<i>Orestes,</i>	42.
<i>Knut,</i>	31.	<i>Osmundus,</i>	68.
L.		<i>Ostrogothia,</i>	20.
<i>Lanfrancus Philosophus,</i>	54.	<i>Otto Rex,</i>	20.
<i>Lancea Imperialis,</i>	81.	<i>Otto Caesar,</i>	
<i>Leimarus,</i>	99.	<i>Otto Imperator Sclauoniam ad fidem</i>	206.
<i>Leo Papa moritur,</i>	47.	<i>Christi reduxit,</i>	
<i>Leudericus,</i>	10.	<i>Otto Imperator domitor gentium septē-</i>	24.
<i>Leudericus Episc. Bremensis obitus,</i>	11.	<i>trionalium,</i>	109.
<i>Libentius,</i>	33.	<i>Otto Dux Brunsvicensis Bremam obsi-</i>	110.
<i>Libentius Episc. Bremensis,</i>	83.	<i>det,</i>	29.
<i>Libentius II. Archiepisc. Bremensis,</i>	85.	<i>Otonis Imperatoris obitus,</i>	
<i>Lotharius Imperator,</i>	101.	P.	
<i>Ludericus Episc. Bremensis.</i>	78.	<i>Pastores pecudum in Nordmānia sunt</i>	71.
<i>Lutheuici Imperatoris obitus,</i>	10.	<i>nobilissimi,</i>	259.
M.		<i>Petrus Bentzo,</i>	5.
<i>Magdeburg ab Ottone condita,</i>	22.	<i>Pippinus pater Caroli,</i>	53.
<i>Martinus de Huda,</i>	129.	<i>Pluffo cladis ingentis author,</i>	44.
<i>Matthias Rex Vngariæ,</i>	255.	<i>Polabingi,</i>	203.
<i>Matthiæ regis Vngariæ pugna cū Ma-</i>		<i>Polonia magna Slauorū Prouincia,</i>	241.
<i>humete,</i>	263.	<i>Pontificū Aldenburgenfium series,</i>	242, 243. & seqq.
<i>Mediolanū Friderico Imperatori tra-</i>	104.	<i>Priuegiū Papæ in ordinādis Episc.</i>	12.
<i>ditur,</i>		<i>Priuegia Ecclesiæ Hamburgenfis,</i>	143.
<i>Merfindis Vates,</i>	85.	<i>145. 146. 147. 148. & seqq.</i>	
<i>Metropolitanus,</i>	41.	<i>Prosperitas vite humana fallax,</i>	59.
<i>Monomachus Græcorū Imperator,</i>	47.	<i>Prouincia Danorum in Insulas disper-</i>	63.
N.		<i>tita,</i>	
<i>Nobilissimi Saxonie fluij qui sint,</i>	3.	R.	
<i>Nordalbingia,</i>	205.	<i>Rabbodus Episcopus,</i>	14.
<i>Nordmannia vltima orbis prouincia</i>		<i>Redi-</i>	


I N D E X.


<i>Redigast Paganorum Deus,</i>	53.	<i>Synodus prima Moguntia habita,</i>	90.
<i>Reginwardus,</i>	17.	T.	
<i>Reinbertus Episcopus,</i>	79.	<i>Tholff Episcopus Trondemmensis,</i>	72.
<i>Reinwardus Episc. Bremensis,</i>	81.	<i>Theotymus Scytarum Episcopus,</i>	31.
<i>Rembertus,</i>	10.	<i>Thiadericus Comes,</i>	27.
<i>Rimberdus Diaconus,</i>	13.	<i>Transmarini,</i>	62.
<i>Rex Franciæ cum militibus Terrã san-</i>		<i>Trogloditæ,</i>	67.
<i>Etam intrat,</i>	111.	<i>Trödemmis metropolis Normaniæ,</i>	71.
<i>Rodolphus Comes in Thietmarsia,</i>	101.	V.	
<i>Rosaueldum ciuitas,</i>	56.	<i>Ubsola,</i>	18.
<i>Roschild Metropolis Selandiæ,</i>	64.	<i>Vetus scriptũ de Ecclesia Bremesi,</i>	132.
<i>Rumigeruli qui,</i>	49.	<i>Vicelinus vir sanctus,</i>	214.
<i>Rupertus comes Palatinus,</i>	262.	<i>Vita humanæ fragilitas,</i>	59.
<i>Rutia,</i>	203.	<i>Vites in VVinlandia sponte nasci,</i>	73.
S.		<i>Vnni,</i>	17.
<i>Sala fluius,</i>	3.	<i>Vnno Episc. Bremensis,</i>	81.
<i>Sancti Ansgarij Legatio,</i>	74.	<i>Vnrvanus Archiepiscopus,</i>	30.
<i>Saxones olim quos Deos coluerint,</i>	4.	<i>Vnrvanus Episcopus Bremensis,</i>	84.
<i>Saxones quomodo ad cultum diuinum</i>		VV.	
<i>peruenerint,</i>	4.5.	<i>VVidgerus,</i>	16.
<i>Saxonia pars Germaniæ,</i>	3.	<i>VVegon,</i>	25.
<i>Saxonia in octo Episcopat. diuisa,</i>	204.	<i>VVelatabi,</i>	66.
<i>Saxonia quando primo Ducem accepe-</i>		<i>VVendilgard,</i>	22.
<i>nt,</i>	20.	<i>VVezel Madeburgensis Episc.</i>	58.
<i>Saxonia miraculum,</i>	84.	<i>VVidekind quando baptizatus,</i>	6.
<i>Saxorum gens ferocissima,</i>	3.	<i>VVilhelmus dux Brunsvicësis Episco-</i>	
<i>Saxorum gens ab Anglis egreditur,</i>	4.	<i>patum Verdensẽ inuadit,</i>	241.
<i>Schlasovik ciuitas funditus excisa,</i>	95.	<i>VVillehadi,</i>	19.
<i>Schlasovik Saxonum ciuitas à paga-</i>		<i>VVillericus Episc. Bremensis,</i>	77.
<i>nis euertitur,</i>	53.	<i>VVilzi,</i>	23.
<i>Sclauia duplex: maior & minor,</i>	203.	<i>VVinifridus Anglus primo Australes</i>	
<i>Sclau quando Christiani facti,</i>	23.	<i>gentes ad diuinum cultũ adduxit,</i>	5.
<i>Sergius,</i>	20.	<i>VVinuli</i>	66.
<i>Sigefridus Nortmannorum Episc.</i>	42.	<i>VVinuli populi fortitudine celebres,</i>	44.
<i>Somnium miraculosum,</i>	69.70.	<i>VVoldemarus Episc. Slesvicensis Ec-</i>	
<i>Sors vitæ humanæ fallax,</i>	59.	<i>clesiæ,</i>	108.
<i>Sturmiriorum Prouincia,</i>	45.	<i>VVolfredus,</i>	33.
<i>Suein Rex Danorum,</i>	54.	X.	
<i>Sueonum genti ordinatur Episc.</i>	91.	<i>Xenodochium Bremense,</i>	15.
<i>Sueonum populi multiplices,</i>	68.	Z.	
<i>Sueonum superstitio,</i>	69.	<i>Zacharias Papa,</i>	81.
<i>Synodus Episcoporum habita,</i>	47.		


F I N I S.











7402-5

